

Studiorum
sectorum
figurorum

1117


INSTITUTIONES BREVES ET NOVÆ REI BENEFICIARIAE ECCLESIASTICÆ: SIVE

**TRACTATVS DE BENEFICIIS
ECCLESIASTICIS.**

Adhibita forensi, de litibus eorum, locis propriis
obseruatione.

*Anthonio P. GREGORIO Tholosano, Iuris utriusque Do-
ctore, & Professore publico olim in universitate Tholosana,
Cadurcana, & nunc in Pontificiana iurium civilis & Pon-
tificij quoque Professore & Decano.*

Cum Indicibus capitum, rerum & verborum
locupletissimis.



*Ex libris F. Gouansellie
L V G D V N I*

Apud Ioan. Pillehotte, sub signo nominis Iesu.

1602.

CVM PRIVILEGIO.

O P E R A T I O N S

DIGATI.

HANC QVOQVE OPELLAM DE
SACERDOTIIS, SEV DE BENE-
FICIIS ECCLESIASTICIS; DEO
IMMORTALI, OPTIMO, MAXI-
MOQVE, VT RELIQVA: PETRVS
GREGORIVS DICAVIT, CONSE-
CRAVITQVE, AD GLORIAM ET
LAVDEM NOMINIS EIVS,
ET AD UTILITATEM
REIPVBЛИCAE
CHRISTIA-
NÆ.



ELENCHVS CAPITVM,
TRACTATVS VEL INSTITV-
tionum beneficiorum.



Cap.j.  *E legibus quibus utimur in tractatione beneficiorum.*
fol. i. a.

ij. *De origine beneficiorum Ecclesiasticorum.* 6.a

iii. *De cultu diuino, sacrificiis, sacerdotibus, & annona eorum in lege veteris Testamenti.* 9.a

iiij. *De cultu diuino, sacerdotio, sacrificiis & præbendis Christianorum.* 11.a

v. *De rationibus quibus bona & redditus in Ecclesia retinentur.* 18.b

vi. *De distinctione nominis beneficij & finitione beneficij.* 24.b

vij. *De residentia beneficiorum.* 32.b

viii. *De titulis beneficiorum.* 41.a

ix. *De reliquis verbis finitionis beneficiorum.* 42.b

x. *De divisione seu distinctione beneficiorum.* 46.a

De bene

ELENCHVS CAPITVM.

- | | | |
|---------|--|-------|
| xj. | <i>De beneficis innominatis & habentibus
affinitatem cum beneficiis nominatis.</i> | 54.b |
| xij. | <i>De erectione seu constitutione beneficiorum
per nouam fundationem seu creationem,
atque primum de causa in eo conside-
randa,</i> | 58.a |
| xiij. | <i>De personis in noua fundatione conside-
randis.</i> | 60.b |
| xiii. | <i>De locis nouae fundationi commodo.</i> | 70.a |
| xv. | <i>De dote quae fundationi nouarum Eccle-
siarum accedere debet.</i> | 74.b |
| xvi. | <i>De dedicatione & consecratione Ecclesie
fundata.</i> | 83.a |
| xvii. | <i>De effectu nouae fundationis vel erectio-
nis.</i> | 85.a |
| xviii. | <i>De secunda specie fundationis beneficij,
qua sit per restitutionem extincionis,
primum in genere.</i> | 87.b |
| xix. | <i>De suppressione beneficiorum.</i> | 88.b |
| xx. | <i>De unione.</i> | 89.a |
| xxi. | <i>De tertia specie extincionis beneficiorum
per extincionem eorundem.</i> | 98.a |
| xxii. | <i>De extinctorum per species beneficiorum
restitutione.</i> | 99.b |
| xxiii. | <i>De erectione beneficij, qua sit per trans-
formationem.</i> | 103.a |
| xxiiij. | <i>De vacatione beneficiorum, sub qua etiam
contit</i> | |

ELENCHVS

- continentur modi amittendi beneficia,
& de vacatione in Curia Romana, &
extra. eodem b.
- xxv. De amissione & vacatione beneficiorum
ex certis modis vacandi, & primum de
vacatione extra delictum ipso iure indu-
cta. 17.b
- xxvi. De vacatione beneficiorum ipso iure in-
ducta ex causa delicti possessoris, & de
effectu vacationis ipso iure. 131.b
- xxvii. De vacatione beneficij ipso facto tatu. 139.a
- xxviii. De vacatione beneficiorum ipso iure &
facto, & primum per renunciationem sim-
plicem in favorem certæ personæ. eod.b
- xxix. De renunciatione cōditionali seu sub modo
rescrutionis pensionis. 145.b
- xxx. De renunciatione cum regressu & ex causa
permutationis. 148.a
- xxxi. De effectu & communi causa renuncia-
tionis. 150.b
- xxxii. De vacatione per mortē seu per obitū. 167.a
- xxxiii. De vacatione per sententiam. 163.a
- xxxiv. De acquisitione seu de collatione benefi-
ciorum. 174.b
- xxxv. De personarum beneficiandorum qualita-
tibus, & primum de legitimis eorum
natalibus. 175.b
- De

C V P I T V M

- | | | |
|------------|---|-------|
| xxxvij. | <i>De ordine beneficiandorum.</i> | 179.b |
| xxxviij. | <i>De etate legitima beneficiandorum, moribus & scientia.</i> | 191.a |
| xxxviiiij. | <i>De personis qua conferre possunt.</i> | 203.a |
| xxxix. | <i>De modis conferendi beneficia.</i> | 212.b |
| xl. | <i>De iudicis & controversiis seu litibus beneficiorum.</i> | 217.b |
| xli. | <i>De transactione litis beneficiorum.</i> | 243.b |

F I N I S T A B V L Æ S E V
E L E N C H I C A P I T V M .





EXTRAICT DV PRIVILEGE DV ROY.

PA R grace & priuilege du Roy,donné & octroyé à Iean Pillehotté,Imprimeur ordinaire de sa Majesté à Lyon,d'imprimer ou faire imprimer tous liures nouveaux,n'ayans iamais esté impriméz , ou reueus, corrigez & augmentez outre leurs precedentes impressions, il est permis audict Pillehotte imprimer ou faire imprimer vn liure intitulé , *Institutiones breues & nouæ res beneficiaria Ecclesiastice, sive Tractatus de Beneficiis Ecclesiasticis : Authore P. Gregorio Tholosano, &c.* Auec defcnce tres-expresse à tous Libraires & Imprimeurs de ce Royaume , de n'imprimer , vendre , ne debiter ledict liure pendant le terme de six ans , à conter du iour & datte que ledict liure sera paracheué d'imprimer:sur peine de confiscation desdicts liures,& d'amende arbitraire. Car tel est le plaisir de sa Majesté, ainsi qu'il est plus à plain contenu esdictes lettres de privilege. Donnees à Saint Germain en Laye , l'vnziesme iour du mois de Decembre,l'an mil cinq cens quatre vingt & quatre. Et de son regne l'vnziesme.

Signees, Par le Roy en son conseil.

THIELEMONT.



D E B E N E F I C I I S B R E V E S I N S T I - T U T I O N E S.

De legibus quibus utimur in tracta-
tione beneficiorum. CAP. I.

- 1 *Quare agatur de leg. beneficiorū priusqñ de materia.*
- 2 *Legum authoritas.*
- 3 *Legis bona iudicium ut conueniat negotiis.*
- 4 *Qua leges sint preferenda in causis beneficialibus, &*
quod canones vincant leges ciuiles in spiritualibus.
- 5 *Ius Pontif. quibus constituitur libri, & de stilo Curie.*
- 6 *De Concilio Basiliensi, & eius authoritate, & de Prág-
matica sanctione.*
- 7 *De Consilio Constantriensi.*
- 8 *De Concordatis Gallicanis & Germanicis.*
- 9 *Locorum & Ecclesiarum consuetudines sequenda.*

Nomine Domini nostri Iesu Christi,
Sanctissima, & incomprehensibilis Trinitatis, Patris, Fili, & Spiritus sancti, in-
veccius suffragus beatissima Virginis Ma-
riae, & omnium Sanctorum, Amen.

Quia de beneficiis Ecclesiasticis, lites & conten-
tiones oriuntur quotidianæ, tantaqñ nunc incessit

A

I N S T I T U T I O N E S N O V A E

habendi libido, vt non onus sed lucrum & bona Ecclesiarum plures desiderent, & nihil non tentent ut ea assequi, & assecuta omnibus artibus cōseiuare & defendere possint: placut in epitomen & synop-
sin, quæ sparsim & in diversis peregrinisque tractationibus inuenire potui, quæque vel iudicata vidi,
vel audiui, methodo facilitiori tradere, quæ prodesse & Reipublicæ, & doctos aliqua ex parte iuuare valeant & tyrones ad beneficiorum Ecclesiasticorum cognitionem facile manuducere, technas artesque iniustè ambientium vel possidentium refellere, bonorum autem iustam possessionē cōseruare possunt.
Ordiemur autem ab ea parte qua fundamenta tractationi cōstituantur, atque leui quadā velitatione primum detegemus quibus sit innitendum authortatibus & legibus. Imitabimur Pomponiū dum in l.2.de Origine iuris, dicturus de magistratuum authortate, iuris diversas refert origines, & à quibus prodierint, quāue authoritate receptum fuerit.

2. Principia prima eorum quæ bene geruntur, queve prohibentur in republica consistunt in legibus: sine quarum constitutione erubescere se quipiam statuere vel decernere Iustinianus, quantumvis Imperator, ingenuè professus est, in §. consideremus, de triente & semisse. Nouella 18.c.5. Atq; in l.illam, 19. de Collatio.lib.6.C.tit.20. dubitare se dixit resoluere quæstionem occurrentem, quod nulla de ea constitutio proposita esset. Legum principia cōcedunt & philosophi, quemadmodum omnis ars sua habet principia, vt tradit cōtra Algazelē Auctroes, in Physi.disp.1.c.57. Ius autem est ars boni & equi. l.1.de Instit.iur.P. leges porrò & ab his qui potesta-

tem condendi habent ponit debent, vel appiobari,
vt necessariam habeant obseruantiam.l.i.& f.i.C.de
legib.& toto tit.C.de Veteri iure emul.& in proce-
mio Decretalium circa finem, & alibi sufficiuntq;
illar; pro negotio decidendo,& ad eas vt ad aequili-
brium lances, referenda sunt responsa & iudicia; si-
cuit & sepe legimus in sacra pagina Deum & Do-
minum nostrum Iesum Christum , consulentes ad
legem recipisse, vt D.Lucæ ca. 10. versic. 26. inter-
rogatus à iurisperito, de vita respondit, *In lege quid.
scriptum est? quomodo legis? &c Hoc fac & vimes. & ex-
cusans discipulos D.Matt.c.12.vers.5. In lege non legi-
stis, quia Sabbathis sacerdoles in templo Sabbathum vio-
lant, &c. Pugnaque illa Daemonis & Christi ex lege
omnino habuit fundamenta,D.Matthei c.4. & ibi
sepe scriptum est. Atque in pulchre dictis Comi-
corum c.65.ex Menandro proponitur hi versiculi.*

Tria yāp īsi dēxōdā

Δ' īr īpādā yīz̄lāt, ī k̄p̄ vōp̄s

Ūtāc ēvāȳcāt, ḥ̄t̄ r̄t̄cū īd̄er̄t̄.

id est, *Tria enim sunt hec, per qua omnia sunt aut se-
cundum legis, aut propter necessitatem, aut propter con-
suetudinem. Quæ videtur transcripsiæ Modestinus;*
in h.ergo.de Legib.Lex proditur, vt appetitus no-
xius sub iuri regula limitetur, per quam genus hu-
manum, vt honeste vivat, alterum non laedat, ius
suum cuique tribuat, informatur. §.ideoque, in pro-
mio Decretalium.& secundū Aristotelem, quem
refert Athenæus lib.xj.Diphilosiphon.h.cap.22.Lex
nihil aliud est, quam determinata ratio mixta ciuita-
tis consensum, que singula quo pacto facienda sunt
declarat. Consentit Philo Iudeus, dum in libro de

INSTITIONES NOVÆ

poenis & præmis, Lex inquit nihil aliud est quam in-
bens agenda, & vitanda prohibens: cui adstipulatur
Cicero 1. de legib. Sequenda itaque lex, & secundum
eam agendum & iudicandum, et si dura videatur,
I. prospexit. Qui & à quibus manu. liber. non fiant.
P. Nec licet ridicibus de lege iudicare, secundum
quam ipsi ferre iudicium debent, ca. in istis, 4. dist.
I. nemo, de Sentent. & interloc. omnium iudic. alio-
quin, vt ait Ciccr. 2. de iuuent. *Poiesas aabius pec-
catorum, dum in illi genti iudicantes, non ex lege in quam iurati
sunt, sed ex arbitrio iudicare.* Promittunt id ipsum iu-
dices, dum promouentur ad munus iudicandi & se
secundum leges iudicaturos, religione iuriſiurandi
obstringunt, l. rem non nouam, C. de iudic.

3. Cæterum quia conuenientes leges negotiis qui-
bus seruntur esse debent, nec omnes leges ad omnia
indifferenter negotia transferenda erunt, & vt ait
Ouidius 2. de Re medio Amor.

Nam quoniam variant animi, variabimus artes,

Mille mali species, mille saluis erunt.

Corpora vix ferro quedam sanantur acuto,

Auxilium multis succus & herba fuit.

Vt bonæ legis signum est quod accommoda & pro-
priè prospiciens negotio sit, c. erit autem lex, 4. dist.
sic boni iudicis partes erunt, singulis rebus proprias
leges adhibere. Eaque fuit intentio Solonis quando
sanxit, vt singulis rebus singulæ leges præscriberen-
tur, teste Demosthene contra Leptinen. Ius ita cer-
tum & finitū, l. 2. de iur. & facti ignor. lib. 22. P. tit. 6.

4. Proinde in causis beneficiis delectus erit ha-
bendus legum, primum in genere, dehinc in specie.
In genere, vt illæ leges que circa spiritualia, vel iuncta

ex spiritualibus & temporalibus, preferantur temporalibus seu secularibus. Clem. dispensiosa, de iudic. & ut dicitur in concilio Meldenii, Canonum statua custodiuntur ab omnibus: & nemo in actionibus vel iudicis Ecclesiastis, suo sensu sed eorum autoritate ducatur. c. i. & c. ne innitaris. de Constitut. lib. i. tit. 2. sicuti & rescriptū in causis matrimonialibus & spiritualibus, pontificias leges vincere seculares. c. Euphemium. §. i. 2. questione 3. ca. pen. & fin. de Secun. nupt. Assentitur Iustinian. in §. penult. in Nouel. vt clerici apud proprios episco. conuen. *Sed delictum, inquit, si Ecclesiasticum, egens castigatione vel multa Ecclesiastica, Deo amabiles Episcopi hoc discernant, nihil communicantibus clarissimis proninciis iudicibus: Neque enim volumus talia negotia scire omnino civiles iudices, cum oporteat talia Ecclesiastice examinari, & emendari secundum sacras, & diuinas regulas, quae etiam sequi nostra non dedignantur leges. & eadem ratione idipsum determinat cap. clerici, de Iudc.* Neque vtendum esse legibus Imperatorum in omnibus negotiis Ecclesiasticis, cautū expreſſe, in ca. legem Imperatorum. io. dist. eo quod princeps secularis, in ecclesiastica negotia nō habeat potestatem: & ideo legem ferendo, Ecclesiasticas personas ad obediendum nequeat ligare, vt docetur exemplis. c. quæ in ecclesiarū, & c. ecclesiæ sanctæ Mariæ, de Cōstitut. c. bene, 96. dist. c. inter, 33. quæſt. 2. Nisi forsan ecclesia postulet à principe, per eū aliqua de re ecclesiastica sanciti legem, c. consilia, §. hinc etiam, 17. dist. vel nisi in fauorem ecclesiæ condatur lex à laico, cōformis ecclesiasticæ, l. generaliter, de Episc. & cler. C. c. 40. generaliter, & quæſt. 1. vel nisi lex se-

INSTI TUTIONES NOVÆ

cularis principis approbetur, vel recipiatur à summo Pontifice, quo casu pro Pontificia haberetur: ut liquet ex pluribus transcriptis ex iure ciuili in volumen Decreti & Decretalium: probat & dicit. quæ in ecclesiastum, & ecclesia sancte Mariæ, de Constit. vel nisi lex principis ageret de rebus temporalibus, in quibus facii canones non deditantur sequi sacras principum leges, ut in i.c. de Oper. noui nuntiat.

5 Ut enim ergo primo loco in beneficialibus ecclesiasticisq; caulis, & principiis, iure diuino, quod pro fundamento est iuris Pontificij: de hinc iure canonico polituo, quod concluditur suis voluminibus, Decreto Decretalibus, Sexto Decretalium, Clementis, & Extrauagantibus, & stilo Curiæ Romanæ, prout ius diximus componi Canonicum, lib. de iuris arte. c. 8. vbi fusè de iure Canonicō, stilo, & regulis Cancellariæ, quarum regularum quedam in Gallia pro lege immutabiliter receptæ sunt, ut suo loco admonebimus, ut non possit illis derogari.

6 Imitimur quoque in questionibus beneficiorū ecclesiasticorum, Pragmaticæ sanctioni quæ ex Concilio Basiliensi sumpta est, & in Gallia recepta, nisi quatenus postea per Concordia fuit ei derogatum. Cœpit haberi Concilium Basiliense, circa annum domini millesimum quadragecentesimum trigesimum primum, & post multos annos absolutum: ut ait Platinus in Eugenio 4. Gaguinus, Paulus Æmilius & alijs. constatque ex ultima sessione 45. productum usque ad annum millesimum quadragecentesimum quadragesimum secundum, ita per undecim annos, mensis nouem, dies viginti septem, a Martino quinto primum in dictum Papia, & ob pestē ibi grallante

inter

intermissum & Senas translatū : deinde interuptū. ab Alphonso Aragonum rege, continuatū Basileæ post septenium habetur in §.fi.de authoritate sacerorum Conciliorum, in Pragm.sancti.vbi gloss.ad verbum *falso*, notat translationis Basileam instrumentum factum fuisse Senis 26. Februarij 1424. absolutū sub presentia Sigismundi Imperatoris praefide Juliano legato sedis Apostolice: & post eius reuocationem subrogato Ludouico Cardinali Arelatensi, vbi annatæ beneficiorum damnatæ , vel temperatæ, & plura de beneficiis, & contra Hussitas statuta: illuc orta pragmatica sanctio in Concilio Basiliensi edita, apud Bituriges in Gallia approbata à Carolo 7. rege Nō.Iulij 1438. & publicata in senatu Parisiensi 3.idus Iulij , eius anni , iuxta Gaguinum lib.10. Quæ tamen nec sine discordia fuit seruata, circa menses collat. beneficiorū: quæ tamen postea sedata fuit per Sextum 4. per distinctionem mensium, de qua in c.i.de Treuga & pace: in Extra.communi.lib.i.tit.finali.

Sed non solum ex cōcilio Basiliensi cōposita est 7
Pragmatica sanctio, sed partim etiā ex decretis approbatis consilij Constatiniensis, habiti sub Martino 5. vt liquet ex tit.de authoritate sacerorū Conciliorum, quod est decretum Constantiniensis synodi, acceptatum tamen & renouatum per Basiliense Cōciliū. Celeberrimum fuit illud concilium Constantiense mitum anno Domini 1414. in Germania, cui interfuerunt quatuor Patriarchæ , Cardinales, 29. Archiepiscopi , 47. Episcopi, 160. vel secundum alios 270. Abbates, & Doctores, 564. presidente ab initio Ioāne Papa aliquibus 23. vel 24. Neapolitanō,

INSTI TUT I O N E S N O V A E

in schismate & postea Martino 5. electo, electis tribus antipapis: & durant annos tres & aliquot meses, vide Onuphrium, & Platinam. Pragmatica porro sanctio fuit edita, nondum adhuc dissoluto concilio Basiliensi, nempe anno 1438. ut dictum est, & constat ex data ei apposita in fine eius, & titulo de conclusione Ecclesie Gallicanæ. Fuerunt autem postea in consilio Basiliensi quædam alia edita, quæ non fuerant ab Eugenio 4. confirmata, neque receptum etiam fuit per Eugenium illud concilium, nisi in certis causis, ut ibi exprimitur, & notat Gomes ad Regulam Cancellariæ de triennali possessore, in prefatione. Approbavit tamen Pragmatica sanctione contenta, quæ videbatur reprobasse Eugenius Papa, ut habetur in §. ne tamen in dissolutionem, sub titulo de causis, in Pragmatica sanctio. vbi glos. ad verbum *dissolutionem*, notat, Eugenium 4. ter conatum dissoluere consilium Basiliense, primum, paulo post concilium Basiliense inchoatum, cum illud transtulit Bononiam: quam tamen retraetauit reuocationem, anno Domini 1432. 16. Kalend. Martij, sui pontificatus anno 2. per literas quæ incipiunt, *ad sanctam Petri sedem*. Secundò reuocationem aliā fecit, anno 1433. per tres bullas, sed & hanc dissolutionem iterum reuocauit eodem anno, per bullas alias, que incipiunt, *dudum sacrum generale*. Subinde tertiam indixit dissolutionem eiusdem concilij Basiliensis, cum ei non placerent decreta eius, potissimum de annatis, & de electionibus, idque i8. Septemb. 1437. quæ tamen reuocatio damnata vel melius non admissa per regem Galliarum, & concilium ipsum Basiliense. Prohibuitque rex Carolus 7.

omni

omnibus prælatis sui regni ire Ferrariam quo Eugenius 4. concilium træstulerat, per literas publicatas in senatu Pauſiensi 10. dic Martij, anno 1437. Inchoatum nihilominus per d. Eugen. 4. conciliū, 5. Idus Aprilis Ferrariæ, anno 1438. & ingruente peste Florentiam traſlatum. In 26. & 27. ſeffione dicti concilij Basiliensis, tractatur de admonitione & citatione contra Eugenium Papam & Cardinales; in 28. & 29. agitur de contumacia Papæ Eugenii, & declaratur contumax quod tractaret de dissolutione concilij. Decreuit & concilium Basiliense in ſeffione 33. anno 1439. iuxta concilium Constantiense, ſeffio. 4. & 8. tres ut loquitur veritates, primū quod cōcilium generale eſt ſupra Papam. Secundū quod Papa concilium generale legitimè congregatum, ſine eius cōfensiū nō potest diſſoluere. Tertio quod predictis veritatibus repugnās pertinaciter, eſt cēſendus hæreticus, quas tamen veritates tres diſſonauit Eugenius hbello qui incipit, *Mosesservus Dei*. Platina tamen, in eius vita, approbasse Eugenium consilium Basiliense ſub fine vitæ eius, in hæc verba ſcribit, de eo loquens. *Conſilia Basiliensi, unde infinita mala orta ſunt, authoritatem dedit, approbatas eorum per literas apostolicas decreta*. Hæc Platina. Forſan hoc metu fecit, quia cum contemneret ve- nire ad concilium, anno 1439. ſeffione 39. electus fuerit in locum eius Amadæus, olim Dux Sabaudie tūc heremita dictus Fœlix 3. qui tamen ſe pontificatu abdicauit, anno 1449. & ceſſit Nicolaο 5. impellente & ſuadente Frederico 3. Imperatore, ut ſcribit Platina in Nicolaο 5. volunt aliqui in fine tomī 2. conciliorum, hunc Nicolaum 5. acta concilij Baſi-

INSTITUTIONES NOVÆ

Iiensis confirmasse, sed de concilio Basiliensi haeternus, sufficit annotasse Pragmaticam sanctionem in beneficiorum causis in Gallia maximè & alibi, exceptis his quibus derogatum est, posse legis locum habere. Videnda sunt bullæ Martini 5. & Nicolai 5. quæ determinant ea quæ recipienda sint edita in concilio Constantieni & Basiliensi.

- 8 Rursum inter leges beneficiorum præcipuas, in Gallia sunt concordata inter summum Pontificem Leonem 10. & Franciscum eius nominis primum regem Gallie, approbata Romæ in cōcilio septimo in Laterano habito, anno Domini 1515. vt colligitur ex prologo & datis Concordatorum, & de eorum auctoritate fusè Rebus in rubri, de coll. in Concord. Eisdem auctoritatis inter Germanos sunt cōcordata Germanica inita inter Iohannem Diaconum Cardinalem Legatum sedis Apostolicæ, & Fridericum Imperatorem & alios principes & Ecclesiasticos prælatos, approbata per Nicolaum 5.14. Calend. Aprilis anni 1447. in quibus vel maximè referuaciones quedam sublatæ sunt, & relictæ collationes libere ordinariis Ecclesias Germaniae, & temperatæ extrauagantes execrabilis, & ad regimen. de præbē. in extrauag. commun. Meminit de his concordatis Germaniae Puteus decisio. 47. incipit. *Nicolaus 5. l. 1.* Rebuffus in praxi beneficiū, ad regulam 4. Cancelleriae. Nos de his concordatis latius infrā ca. 24. n. 20. Cassiodor. decisione. vñica de pactis, incipien. *Concordata Germaniae.* Ioan. Paul. Ptolomæus decis. 85. incipien. *Veridunensis canoniciatus & præbenda.*
- 9 Eiunt & consuetudines Ecclesiarum, locorum, præmilia principum, in his etiam beneficiis obseruanda

uanda, prout conuenientibus locis Deo fauente latins explanabimus, quomodo autem in istis iuribus concurrentibus leges vel canones quæ videbuntur concurrere sit procedendū , & quæ leges aliis sint proponendæ, iam monui in lib. de Iuris arte.ca.8.in fine, & in Methodo parua iuris lib.2. circa finem, ideo non immorabor, & ad alia transeo.

De origine Beneficiorum Ecclesiasticorum
& causa. CAP. II.

- 1 *Historia originis beneficiorum repetitur : & primum docetur, religionem & cultum Dei ab omni seculo fuisse.*
- 2 *Cum religione fuerunt instituta sacrificia.*
- 3 *Quid sacrificare , & de variis rebus in sacrificio obl us.*
- 4 *De origine & necessitate sacerdotis & sacerdotij.*
- 5 *Sacerdotium Ethnicorum annona & Sacerdotiss.*

 Vanquam in Syntagmate iuris, li. 16.c.8. admonuerimus religionis ortum , progressum & ministrios ex antiquo esse, nihilominus tamen nunc ad institutum ordinem conseruandum , non pigeat quedam ex illis paucis repetere, alia plura & huic loco cōmodiora coniungentes, quæ historiam , serie ab ortu religionis ad beneficiorum Ecclesiasticorum distinctionem & prouentus constitutionem tetexere poterunt , & per synopsin exhibere. Initium ponò à religione ducendum : & illa, à nobis insito lumine in creatione naturæ humanæ per Deum , de quo scriptum est, Psal. 4. ve. 1. 7. *Muli, inquit, liscunt, quis ostendit*

INST V T I O N E S N O V A E

stendit nobis bona? & respondet, *signatum est super nos lumen vultus tui Domine, &c.* Docent & creaturæ ipsæ earumque consideratio, esse quoddam summū numen, summam causam, eamq; verum Deum, qui hæc omnia fecerit & conseruet: vt docet Iob.c. 12. vers.7.&c seq. & liber sapientiae,c.13.vers.5. & D Pau. ad Roma.ca.1.vers.2. Fieri etiam non potuit, vt qui ratione nütur homines, ita declinauerint ab illius splendorc, vt non didicerint esse Deum, quamvis qualis esset, ignorauerint. Fuit primus homo, & priorum seculorum homines, imbuti & instituti in vero Dei cultu, sūtque semper Dei mentio & sententia, vt quamvis à vera semita Dei, homines qui dam recesserint, vel malitia, vel negligētia: tamen remanserunt reliquiæ, etiam & opinio inter imp̄f̄simos, & Deū esse: quod & flagellis Dei, aut beneficiis, concedere vel inuiti, palamque asserere compulsi sunt. Hinc iuris gentium erga Deum religio esse dicitur, in l.2.de iustit. & iure in P. vbi & alias docuimus, cultum Dei iuditum à natura, modum autem colendi Deum alicubi à lege: vt tradit Aristote.lib.5.Ethic.vbi & Albertus magnus in 5.Ethī. tracta.3.c.5. Religionem dicit, quæ superioris cuiusdam nature, quam diuinam vocat, curam ceremoniāmque adsevit: & vt ait Cicero 1.Tusc.& de Leg.j. De hominibus nulla gens est nec tam immansueta, neque tam ferrea, quæ non etiam si ignoret qualem Deum habere decent, tamen habendum sciat. Et rursus de responsis Haruspicum, resp. *Quis est iam vocans, qui aut cum supplex in cælum, Deum esse non sentiat?* & ea que tanta mentis fiant, ut vix quisquam arie villa ordinem rerum aliquæ vicissitudinem persequi possit

possit, eam fieri prius. quæ nos fuisse prosequuti sumus explicatione longiori, Tomo 3. commentariorum Syntax. Artis mirabilis, lib. de Deo, cap. 1. & 2.

Ex causa religionis inducta statim ab initio sacrificia, tūm publica, tūm priuata. vt ea. 4. Genes. doceatur. Eāque ob plures & maximè tres causas, vt honoris, & laudis debitæ diuinitati testimonium aliquod signaretur: & gratiæ haberētur beneficiorum acceptorum, si non perfectè, tamen qualitercumque animi gratitudinem referentes. Dehinc vt postularentur necessaria: & tertio, vt depellerentur noxia.

Sacrificare nihil aliud est quam Deo munera offerre: vel breuius: sacrificare, est officium quod rei diuinæ facienda causa impenditum, apud Platonem in Eutyphrone. Sic quanquam veri Dei notio ex mentibus idololatrorum exulasset, attamen ea quæ religionis erant, in superstitione retenta sunt. Atque quidam pro sacrificio, obtulerunt Deo bonâ & gratiam voluntatem, preces, Laudes, Hymnos, Odas: quidam thura, fruges. Alij animalium victimas: vt caprum, Baccho: Ouid. 2. de Pôto, vel asinū, Plinius 24. l. 24. Cereri, porcam: Diana, Ceruam, vt sacrificarunt & Thessali canes, Isidi Anserem: Persæ, equum, Ouidi. 1. Fasto. alijs immolabant Taurum, Gallum, Oves, Arietes, Porcum: & alijs, quod crudelius, ipsum hominem: vt Chij, Arabes, Scythæ, Phœnices, Galli, & similes, de quibus & vide Macr. lib. 1. Saturn. c. 5. & 7. & lib. 3. c. 6. Alexan. ab Alexan. lib. 6. c. fin. Alij spolia, alij alia vota, ahavæ in sacrificium, & cultum offerebant munera, secundum ritus & placita vel propria, vel publica. Hinc ceremoniæ, litationes, dedicationes, viscerationes, iusta

I N S T I T U T I O N E S N O V A E
iusta sacrificia, patria, peregrina, & similia.

Subinde diuinis rebus ita authoratis, necessarij
4 fuerant qui regulas sacrorum prescriberent, cura-
rent & agerent: & ætis, templis, & tumultis vel lucis
sacratis, quæ ad cultum diuinum desiderarentur,
excuerentur, templa reficerent, sarta testaque con-
seruarent, ut ait Aristot. 6. Polit. c. fin. & lib. 3. ca. 6.
fueruntque inter eosdem Ethnicos sacrificia quæ
necessario sacerdotem exigerent, eumque assidui:
ut refert Plato 6. de Legib. Quod pertinet iuriscon-
sultorum Ethnicorum responſa, quæ sacerdotem
dum sacra faceret, in ius vocari non permittebant:
quod nō posset inde dimoueri propter religionem.
I. 2. de In ius voc. P. & Hermogenianus in I. vitri-
cūs, 60. §. fin. iuncto Caio. in l. vel senectutem, de
Donat. in. vir. & vxor. P. propter sacerdotium ade-
ptum, retineri commodè non posse matrimonium,
dixit, ob impedimenta videlicet officij sacerdotij.
Et Paulus in I. non distinguemus, 32. §. sacerdotio
de Recept. arbit. lib. 4. P. tit. 2. *Sacerdotio*, inquit,
aduementie, viadibunus an cogatur arbuer sententiam
discere. id enim non tantum honori personarum, sed &
maiestati Dei indulgetur, cuius sacris vacare sacerdotes
oportet. Quod & aliæ leges confirmant & religioni
hoc beneficium excusationis tribuunt. Habuit &
vnaquæque gentilium natio, in sua superstitione
sacrificulos, sacerdotes, sacrorumque ministros,
Aethiopes, Phœnices, Athlantides, Phryges, & in
summa omnes fere Barbari, Graeci & Latini, quod
admonuisse sufficiet. Refert ministrorum horum
ordines apud Græcos seruatos, Julius Pollux, lib. j.
*Onomasti. c. 18. Apud Romanos etiam erant flam-
nes,*

nes. Dialis, Martialis, Quininalis, Viminalis, Vulcanalis, Carmentalis, &c. Sacerdotes, ut apud Ljunum in j. Potitij, Pinarij, & Aruales, Augures, Dionys. Halicarn. 2. Salij, 12. Plutarch. in Numa, & alijs quos piget ob falsam religionem recensere: de quorum farragine tamen, nomenclatura & superstitione, si quis videre multa desiderat, consulat *Lilium Gregorium Geraldum* in *Syntagma de Diis seu idolis Gentium*.

Cum sacerdotibus habuit & nihilominus superstatio curam illorum, ut sacrificiorum: quare & Aristoteles refert 7. Polit. ca. j. Sacerdotibus fuisse circa exempla cōmessationes institutas. Herodotus quoque scribit, lib. 2. inter comoda quae accedebant sacerdotibus Ægyptiis, fuisse, quod nihil ex re domestica contérent aut impenderent, sed eorum singulis cibi sacri cocti esset, & carnis bubulae & anserinae. Atque Geneseos 47. cap. refertur fuisse ex publico sacerdotibus agros & annonas. Apud Romanos, ab initio quidem creati per Romulum sacerdotes ex singulis curis qui haberet in vicum sufficientem substantiam, ut ait Dionys. Heliacanalis, in 2. Postea non ita, sed publicis sacrīs pīfectis, annonae datae ex publico, ceterique ieditus collegis sacrificiorum distincti, quod & in sacris gētiliis vel familiarium institutis, à priuatis factitatum est. Indeque & sacerdotia dicta, que eius generis hominibus datae eo nomine fuerūt. Meminit sep̄ Luius de sacerdotiis Ethnorum ut libr. 30. duni notat filium Fabij, quo tempore factus est Pontifex maximus, habuisse twic dāo sacerdotia. Et colligitur ex epistolis Divi Ambrosij epist. 30. & 31. olim

&

INSTITIONES NOVÆ

& Vestales, ex fisco & publico alitas, quod & docet Symmachus lib. 10. Epistolarum, epist. 54. Narrat & cap. Iudicum, Micham Idololatrā fecisse sibi scuptile, eiique ædificasse ædicolam separatam & creasse sacerdotem cum Ephod & Teraphim constitutis ei in annum stipendum decem argenteis, veste duplice cum victu. Meminit Plinius lib. 12, cap. 14. Sacerdotes Arabiæ, ex thure, quod ex Arabia Sabotham defertur, mensuram certam accepisse nomine Dei sui dicti Sabin, cui inferuiebant: atque etiā in Thomna diuidi quoque inter sacerdotes easdem portiones, vt & lib. 12. c. 19. tradit, diuersas decimas Cynamomi inter sacerdotes Ægyptiorum. Rursum lib. 8. c. 2. veteres Romanos vīna aut nouas fruges non prius degustasse, quam primitias sacerdotibus libassent. Diis suis primitias quoque Ethnici & eorum sacrificiis obtulisse, probationē facit quod scribit Cato j. de Originibus, Mezentium Rutulis imperasse ut sibi offerrent, quas diis primitias offerebant, quare vocatum contemptorem Deorum. vt referat Macrob. 3, Saturn. ca. 5. Sed hæc hactenius de gentium moribus, & diuini cultus superstitione, annonaque & beneficiis sacrificiorum, dicta sint: quibus plura addere possem, nisi me de imposturis dæmonum, & erroribus Ethnicorum loqui pigeret. Et proinde illos missos faciam, tum quod indigni sint miseri verè sacrī, tum etiam, quod si quæ bona inter sua sacrificia usurpauerint, ea sufficiati fuerint à vero Dei cultu, eiisque religione, vt liquebit ex proxima veræ religionis historia & progressu, cuius volui separare filium à polluta illa idololatraturum religionem, quam tamen volui nihilominus

ominus indicare, ut intelligant pertinaces, Ecclesiā Dei nihil absudum, nihilve inauditum habere, cītca sacrorum religionem, & Dei cultum & prouentus, quod homines ratione vtentes luminēque vel naturali illustrati, non probauerint inter sua mendacia quæ veris coloribus obiectis, persuadere conatū sint.

De cultu diuino, sacrificiis, sacerdotibus, & annona eorum, in lege veteris testamenti. **C A P . I I I .**

- 1 *Quod cultus diuinus primū ab Angelis ficerit exhibitus.*
- 2 *Quis sacrificia & verum cultum Dei docuerit, de Adom, & aliis usque ad Noachum.*
- 3 *De Noacho, Melchisēdecho, Abrahamo & aliis.*
- 4 *De oratione cultus diuini tempore Mosis.*
- 5 *De ordinatione & reparatione ministerij cultus.*

 OEpit cultus diuinus in Angelis, qui sacrificium laudis & honoris Deo deferūt, continuè laudantes viuentem in secula seculorum, vt ait Daniel cap. 7. & D. Joan. Apocalyp. cap. 4. vide quæ diximus lib. de Angelis, c. xj. in tom. 4. comment. Syntax. artis mirab. Angeli fuerunt priūm creati ante mundum, secundum Græcos: vt & tradit Damascenus, Suidas, & alij: quibus assentiuntur Hieronymus, Hilarius, & alij quidam. Sed scholastici post D. Augustinum & Rabinos in bereschie Rabba, cœlum, tempus, materiam, faciunt Angelis coæua: vt cumq; tamen sit, constat fuisse eos ante hominis creationem, & ex his quosdam lapsos, Isaiae c. 14. ibi, *Quomodo cec-*

INSTITUTIONES NOVÆ
disti de cœlo Lucifer qui mane oriebaris, &c.

2 Inter homines , qui primus creatus est Adam, cultum quoque diuumini exercuit , & in suo exilio diuturnissimo , se Dei laudibus & Psalmis consolabatur, quare & Talmudici eum inter undecim Psalmorum authores connumerant , atque in Bababathra , tradunt , eum condidisse Psalmum 92. qui apud Latinos 91. incip. *Bonum est confidiri domino cui inscriptio, Psalmus cantici in diem Sabbathi*; quo beneficium creationis & prouidentiam erga res creatas celebrat: eo quod priore vespera Sabbathi creatus fuisset, & ideo illum simul atque Sabbathum illexisset cecinerit. Traduntq; insuper Hebræi, Adamum primum bouem sacrificasse , illumique ritum filios docuisse. Addit Guillelmus Nangiacus, Adamum in spiritu docuisse filios Cainum & Abelem offerre Deo decimas & primitias. Obtulit Cain agricola de fructibus terræ munera Deo : Abel pastor ouium , de primogenitis gregis sui & de adipibus eorum. Genes. 4. Enos dehinc filius Seth, alius rebus seculi operam nauantibus , cœpit inuocare publicè nomen Domini, sacerdotium religionisque cultum publicè profiteri & exercere, Gen. 4. in fine, & ex consensu omnium Talmudiçorum, hic censetur primus sacerdos publicus.

3 Noe post diluvium ædificauit Deo altare , & sacrificauit de cunctis pecoribus , volucribus & animalibus mundis. Gen. 8. vers. 20. Refertur & Genes. cap. 14. vers. 18. tēpore Abrahæ fuisse Melchisedech Sacerdotem domini , qui offerebat ei panem & vinum: quod & repetit D. Paul. ad Hebræos , cap. 7. vers. 3. hunc volunt fuisse Sem filium Noe : dicunt enim

enim hebrei, & D. Hieronimus in traditionibus, & in epistola ad Euagium, à Noe usque ad Aaronem, omnes primogenitos, Pontifices, sacerdotésque fuisse. Hunc Suidas regnasse in Sale tradit 113. annis, addit Iosephus lib. 6. belli Iudae. c. fin. cum ædificasse ibi templum toto erbe celebriterimum, in quo sacrificauit panem & vinum amore veterum: vide plura de hoc sacerdote, & quomodo duo fundauerit opidula sacerdotia, pro hostis pacificis Salem dicta, unde & ipse rex Salem, vide Annium Viterbiensem in commentariis ad Xenophontem de egiuocis, ubi & arguit Lyranum Bibliorum sacrorum interpretem. Eo tempore & Abraham in peregrinatione sua, inter Bethel & Hay ædificauit altare domino, & inuocauit nomen eius, Gen. 12. vers. 8. & c. 13. vers. 4. verum id forsan non tanquam sacerdos fecit. Notant enim (ut dixi) ultra D. Hieronymum Rabini ad c. 25. & 26. Genesios, primogenitos ante Aaronem iuræ primogenituræ habuisse præcipuum vestem sacerdotalem dignitatem sacerdotij, usque offerendi Deo, & ultra duplice partem præbendam in nobis temporalibus patris. Deus hoc videtur renouasse non sine miraculo Exodi c. 13. dum sibi statuit resuari & sanctificari primogenitos: quamuis & ibidem ratio alia addatur: successu tamen temporis, cum nec omnes primogeniti essent idonei ad tractandum cultum diuumam, in primogenitorum locum Deus misit sanctificari sibi unam tribum Leui, Num. 3. vers. 40. Reddunt aliqui ratione præelectionis huius tribus, quod omnes ferè aliae sacrificassent vitulo aureo, cum Moses ascendisset in montem secundum Rabimum Salomonem, ad c. 32.

Genes.alij tamen in causa ab eodis dissentient : quamquam constet Leuitici generis homines adhæsisse Moysi vindictam sumenti ab Idololatriis, vt habetur in dicto c.32.Exodi.

4 Tempore Mosis , religionis cultus ordinatus, certi delecti iussu Dei & consecrati sacerdotes , & ministri: sacrificia determinata , tabernaculum , altare, oblationes.Exod.c. 15. c. 16. c. 17. & seq. usque ad 31.& ferè per totum Leuiticum, & in princ. Numerorum. Erat Pontifex sacerdos primi & dehinc secundi ordinis alij,& posteà ianitores aliquique ordinati.4.Reg.cap.23.vers.4.Prohibita sacrificia priuata.c.17.Leuiti.Destinatae fuerunt annonæ, quibus cultui diuino vacantes aalcentur, primum quandiu peregrinabatur populus , oblationes factæ Deo, illis concessæ.Exod.cc.28. & 29.Postquam vero populus peruenit ad terram promissam , divisione facta, relicta sunt illis primitæ & decimæ omnium, & oblationes Num.18.& c.34.Iosuæ c.14. Exechiel. c.44.e.causa carpensis,de Verb.sign.c.1.c.quamuis, c.prohibemus,de Decimis.c.1.6.quest. 4. Statutum & quid ex sacrificiis deberet esse sacerdotum , Leu. c.2. vers.3.& c.7.vers.6.& c.10.vers.3. & c.24.veis.9. Constitutis sacerdotibus , & ministrorum gradus alij additi, partitis curis & annonis.Numero. cap.4. & alibi.

5 David quoque , cum restitueret posteà lapsum cultum diuinum , ministrorum gradus & vices ministrandi,distinxit, primo Paralipom.cap. 23. 24. 25. Et anno vitæ & regni sui ultimo, statum & formam sacerotalis ordinis ex concilio & iudicio duorum Prophetarum Gad & Nathan composuit, redigitq;

in certum ordinē officia & res:vt refert liber Seden-
gnolam. cap.14. &c. 20. diuisitque in viginti classēs
omnem numerum ministriū cultui diuino, pro-
hibendo ne alij aliorum ordinē , & vices pertur-
barent, cūm antea quisque Leuita, vnde cumque
Hierosolymam venisset, quolibet tempore haberet
potestatem ingerendi se ministerio,citrā discrīmen.
Deuteio.18. ver.7. scribit idipsum Iosephus lib. 7.
Antiquita.cap. 9. narratur & j. Paralipome.cap. 22.
Reparato ruinū templo per Ezechiām, ministeria
sacra quoque reparata & regis pēsonib⁹ nutrita.
2. Paralipome.cap.29.Iosephus lib.9. Antiquit. c.14.
isque precepit populo & habitantib⁹ Hierusalēm,
dare partes sacerdotib⁹ & Leuitis, vt possent va-
care legi domini.2.Paralipom.cap.31 ver.4.

De cultu diuino, sacerdotio, sacrificiis , & præbendis Christianorum. CAP. III.

- 1 De translatiōne sacerdoti⁹ & legis antique , in nouum
sacrificium & sacerdotium.*
- 2 Annone qua data fuerint personis ecclesiasticis in
primitua Ecclesia.*
- 3 Ecclesia primitua tempore Apostolorum diuitia.*
- 4 Quando publicè distincti gradus Ecclesiasticarum
personarum.*
- 5 Titulos maiorum & minorum beneficiorum , quis prius
diuiserit.*
- 6 Datur initium & progressus fundationū Ecclesiarum,
& redditum earum.*
- 7 De persecutionib⁹ contra Ecclesiam commotis Scri-
barum,Neronis,Domitiani,Trayan⁹.*

INSTITUTIONES NOVÆ

- 8 De persecutione sub Antonino Pbiotopho & Se-
nero.
- 9 Quando Ecclesia cœperit prædia possidere, & rati-
eius.
- 10 Quieuit persecutio sub Alexandro Seuero, & ibi de
Ulpiano.
- 11 De septima persecutione sub Maximino.
- 12 De 8. sub Decio, & 9. sub Valerino.
13. De 10. sub Aureliano, & de 11 sub Diocletiano.
- 15 De 12. sub Maximino alio, & de actis Constantini
magni erga fidem Christianam & Ecclesiam.
- 15 Aliae persecutiones Persarum & hereticorum.

15. Vm aduenisset tempus definitum à Deo
Cum Misericordia Dei filium suum unigenitum factum
ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub
lege essent redimeri, ad Gal. c. 4. vers. 4
in quo figuræ antiquæ veritatem: umbrae corpus
acciperent & lucem. Translatum ita sacerdotium,
translata lex & potestas antiquæ legis, in nouam.ca.
translato, de Constit. Nouum verumque reconcili-
ationis sacrificium, & verus sacerdos dominus
nostræ Iesus Christus, ad Hebræos c.2.& 3. cui data
omnis potestas in cœlo & in terra, D. Matth. c. 28.
vers. 18. omnia tradita à patre. D. Matth. cap. xj.
D. Ioannis c.3. vers. 35. Constitutus ab eo rex super
Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum
eius, Psal. 2. D. Paul. ad Colos. c.2. vers. 10. Rex regum, dominus dominantium. I. ad Timotheū cap. 6.
vers. 16. Apoc. c. 17. vers. 14. & c. 19. vers. 16. Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.
Psal. 109. ad Hebræos ca. 5. vers. 6. Ipse, vt rex, vt
sacer

Sacerdos summus & Deus , mandata & leges constituit veræ religioni : antiqua partum retinuit, partim sustulit , partim emendauit & auxit : sacrofæcum sacrificium præcipuum instituit.i.ad Corinth. cap.ii.vers.13.D.Lucæ cap.22.vers.19. Ab eo,& à religione & fide eius , fideles, dchinc Antiochiaæ primum Christiani dicti. Actor. c.ii.vers.26. Huic religionis & fidei ministros, cultores & prædicatores, elegit discipulos & Apostolos, D. Matthæi cap. 10. Marci 3.Lucæ 6.vocavit primum duodecim, & cœpit mittere binos , data eis potestate in spiritus immundos, D. Mar.ca.6.vers.7.potestatem insuper in sacris distribuit : & ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam Prophetas, ahos Euangelistas, alios pastores & doctores, in consummatione sanctorum in opus ministerij, & ædificationem corporis Christi,ad Ephes.c.4.vers.11.docetur & in c.sicut in uno corpore, & c.cum ex iniuncto, de hæred.

Annona porrò quam eis dedit qui suo ministerio & prædicationi manciperent,in hoc seculo exigua, verum sufficiens & sine inopia relieta & data & promissa , in vietu & vestitu necessario consistens, admoniti ut in Deo spem solū ponētes, non essent solliciti de rebus temporalibus,vt nihil possiderent nec etiam periculum descirent,nō aurum,non argentum in Zonis, non duas tunicas haberent, non virgam, sed scirent certò nutrédos iuri, cùm dignus sit mercenarius mercede sua,D. Matthæi cap.10.vers.9.D. Lucæ cap.9.cum his remunerationem promisit copiam in carlo , eamq; æternam & nulla aestimatione ierum temporalium æquandam. Venit Dominus noster Iesus Christus reducere errantes à via

I N S T I T U T I O N E S N O V A E

Paradisi, à qua peccatum parentes nostros, nōsque expulerat: via redēundī data Adamo erat, non ut viueret inter faeces huius seculi, impeditus deliciis vel falsis voluptatibus, sed ut in sudore vultus sui vesceretur pane suo, & terrā labore subigeret quae spinas & tribulos illi produceret. Genet.3. Laborantes à Deo iuvantur resicuturque, & desidiosi reproabantur. Admonuit nos idē Deus dominus & p̄ceptōr, D.Matthæi cap.6.versic.31.&c sequenti.
Nolite filie tū esse dacentes, quid manducabimus aut quid bibemus, aut quo operiemur, hac enim omnia gentes inquirunt, scit enim pater vester cœlestis quia his omnibus iudicetis. Querue ergo primum regnum Dei, & hac omnia adiacentur vobis. Nolite igitur filium tuum esse in crastinum: crastinus enim dies sollicius erit sibi ipso: sufficiat diei malitia sua. Et iterum D.Matthæi 19. ver.29.
Si vis perfectus esse, vende omnia quae habes, & da pauperibus, & sequere me.

3 Apostoli dehinc discipulique domini, & qui eo tempore nascente Ecclesia, sacra & cultū diuinum curarunt, & fidēpi seu religionem eandem Evangelizarunt, eadē annona & victus ratione contenti fuerunt, superflua contemnentes, & quo illa ætas perfectionis Christi nuperrimè sublati & in ecclum translati proximiior erat, cōtē etiam & perfectius in modo viuendi se gerebat: & qui catechizabatur in fide, communicabat in omnibus bonis ei qui illum catechizabat, iuxta p̄ceptū Dei & Apostoli ad Galatas 6.vers.6. Qui altari seruiebat, de altari viuebat. I.ad Corinth.ca.9.eum secundum Apostolum, 16.de Præbēd. Fiebant & collectæ eleemosynæ in diuersis regionibus, quæ distribuerentur & mitterentur

terentur his qui egerent, ad Galat. 2. & ad Colint. 9. Erant & ea ætate Christianis omnia cōmunia , fa-ctique Christiani vendebant possessa, & deferebant pretium ad pedes Apostolorum , qui distribuebant oblata , per diaconos iuxta necessitatem cuiusq[ue], Actorum 4. & secundum præceptum Dei, Deut. 15. verf. 4. *Omnino indigent & mendicis non erit inter vos.* Et hæc fuerunt prima cunabula Ecclesiæ Christia-næ, & dūtiatum eius.

Creuit postea numerus Christianorum & intra 4 vīginti aut trīginta ad summum annos , Euange-lum, quod Romæ p[re]dicatū fuit, peruenit in vni-ueſum orbem, ad Rom. c. 1. ad Colloſſen. c. 1. ver. 6. & docet Irenæus in primo , & Iustinus aduersus Tryphonum. Quocu[m]ca tunc sunt publicè vbiq[ue] gradus ordinum Ecclesiasticorum constituti, ostia-ri, acolythi, lectores, exorcistæ, diaconi, presbyteri: ex quibus & per ciuitates præfecti, præfules , seu episcopi, vt proponitur in c. cleros. 21. dist. & tota 23. distinctione. Et quia inter idololatras suis supersti-tiosis religionibus deditos, fuit disseminatū verbum Dei, quē admodū tunc false religioni vera op[er]a posita fuit, sic eorum sacrificulis & administris impietatis, oppositis sunt Ecclesiasticarū personarum facti or-dines. Et in locis vbi erant flammes illorum, positi Episcopi, vbi Archiflamines, Archiepiscopi, sacer-dotibus illorum, obiecti sacerdotes & presbyteri Christiani: cap. in illis, 80. distinet. quod constituisse dūnum Petrum , scribit Clemens Romanus eius discipulis , epist. 1. ad Iacobum. Leo 9. epist. 3. Bur-chardus libro 1. Decictorū cap. 155. vbi verum caput erat vnueris idololatiq[ue], Romæ inquā, ibi positum

INSTITIONES NOVAE

est caput sanctitatis, & culmen summi sacerdotij
cap. B.Petrus & Paulus 2.quest.7. ex diui Ambroſij
ſermone 66.in natali DD.Petri & Pauli.Rurſum in
maioribus vrbibus, apostoli & eorum ſuccelfores
conſtituerunt Patriarchas & primates, ad quos ma-
iores cauſe Epifcoporum deuoluerentur. c. vrbes,
80.distinct. In minoribus ciuitatibus conſtituerunt
Epifcopos, in modicis pagis presbyteros.cano.epi-
ſcopi non in caſtellis, ead.80.dist. Tenent Epifcopi
Apostolorum locum, iuxta prophetiam Daudis.
*Pro patribus nam ſunt tibi filii, & conſtitues eos principes
ſuper omnem terram.* cap.fin.68.d.c.in nouo 21.dist.c.
videntes, 12. quest.1. Elegerunt & Diaconos apo-
ſtoli, ca. dominus, 93.dist. Et diaconi quoque additi
Epifcopis in ministerium eorum, & vt tanquam oculi,
dum illi diuina celebrarent, pioſpicerent ne inſidie-
fierent ab Ethniciſ, c.diaconis,c.diaconi ſeptem,c.
diaconi Eccleſiæ,c.diaconi qui quaſi oculi, 93.dist.

5 Notat Damasus in vita S. Eucharisti 6. ſummi
Pontificis, & poſt cum Platina, Euchariftum titulos
in viba Roma presbyteris diuififfe, & ſeptem dia-
conos in ordinem redegiffi, qui Epifcopum cuſto-
dirent prædicantē. Et iſti ſunt diaconi Epifcopi qui
& Archidiaconi diſtincti ab aliis diaconis presby-
terorum, de quibus alibi. Euchariftus ita ſecundum
diuifionem ciuitatis Romanæ per curias factam à
Romulo, vt ait Dionys. Halicarnassæus in 2. conſti-
tuuit curiis propuos presbyteros, qui sacramenta cu-
ijsque curiæ ſibi commiſſæ hominibus præberent,
anno Domini 112. vnde & curiones dicti, à curia vel
à cura, & presbyteri Pattochiani, quod præberent
ſacramenta ſibi commiſſis & viciflīm, dicti comiſſi,

patochiani , quod presbitero præbenti sacramenta
 & alimenta spiritualia , illi vicissim præberent ali-
 mēta & necessaria temporalia, decimas & oblatio-
 nes, δέπο τε τα περιένν, à præbendo , & de hoc instituto
 Eucharisti , meminit Platina in eo. Isidorus tom. I.
 consilior. Cyprianus lib. I. epistolarum, epist. 9. Et hic
 alius genus annonæ accessit Ecclesiasticis personis.
 Quod autem fecit Eucharistus Romæ , idipsum
 exequi tentauit per vniuersum orbem , Dionysius
 summus pontifex : qui adeptus est sedem Pontif.
 anno domini 267. & diuīsit parochias seu terminos
 Ecclesiarum parochialium , per vniuersum orbem,
 singulisque assignauit propria cemeteria , & intra
 distinctos terminos excrescentes decimas. c.l. 13. q.
 1.c.pastoralis, de His quæ sunt à prælatis sine cōsen.
 capi. Et Dionysius ipse in epist. 2. Seuero Episcopo
 scripta, hoc se fecisse testatur. Diuisio illa fuit paro-
 chiarum tantum, non Episcopatum: quia iam limi-
 tes Episcopatum & Archiepiscopatum erant di-
 stincti, ut notat glos. ad d. c.l. 13. q. 1. idque conserua-
 tis limitibus diœcesan seu administrationum &
 prouinciarum , qui positi erant à principibus tem-
 poralibus antequam ibidem præponerentur Epi-
 scopi.ca. in illis vero ciuitatibus, 80. distin. quare &
 Episcopatus iurisdictione suam diœcesim adhuc ha-
 bere dicitur, & Archiepiscopatus , suam prouincia:
 διοικησις Græcis dicitur administratio aliquius loci,
 vel certæ partis prouinciae, vel totius. Quemadmo-
 dum legitur in libro, qui inscribitur, Notitia utrius-
 que imperij, sub Illyricana regione orientali , fuisse
 illas maximas prouincias, Macedoniam & Daciam:
 & sub Macedonia sunt diœceses, seu alias minores
 prouin-

INSTUTIONES NOVÆ

provincias, Achaiam Proconsularem, Cretam Consularem, & alias præsidiales. Sub Dacia, Mæsiam, Dardaniā & alias. Et sub Illyrico occidentali, fuisse Pannonicas, Valeriam Ripensem, Noricum & alias dioceſes. Meminit de dioceſi Ægypti diſtincte ab aliis provinciis. I. vnica, de Ptuatis carcerib. in hubē. lib. 9. C. tit. 5. Ex liberis ciuitatibus vel regiomibus, Imperatores vel Romani, qui eas capiebat & bello subigebat, faciebant provincias : nempe iure victoriæ, a vincendo ſic appellantes : ſic Vespafianus diſit provincias feciſe Achaiam, Lyciā, Rhodum, Bizantium, Samum, liberas antè ciuitates. Et Thraciam, Ciliciam, Tracheam, & Comagenem, apud Suetonium & Eutropium lib. 4.

6 Fuerunt igitur sacerdotes & prelati, iuxta determinationem parochiarum & dioceſeān & provinciarum ordinata : verum tamen, nō omnes qui intra predictos fines erant, Christianum nomen ab initio amplexi sunt, ſed paulatim cum tempore ad fidem conuerſi, non ſine ſanguine fideliū Christianorum, qui nō iuſi cum periculo capitis ab initio plerūq; apparebant. Nec tunc diuitiae Ecclesiam onerabāt, principibus aduersantibus religioni. Cum enim metu Tyrannorum nemo ſine periculo capitis auaderet ſe profiteri Christianum, nec niſi in certis illisque paucis locis publice cultus religionis fiebat, nec hiebat templa ædificare, aut ædificatis quid relinquare. Romæ ubi imperauit Pagani, fere uſque ad imperium Philippi primi, Arabis, qui imperauit ante Decium sub Fabiano Pontifice summo 21 martyre, qui ſedit anno domini 239. ut ſcribit Oſſius lib. 7. c. 13. Platina in Fabiano. Dicunt quidam hunc

hunc Philippum Gazas Imperatorias tradidisse Fabiano, ideoque iustum interfici a Decio, is enim Philippum & eius filium occidi curauit. Sicque scribit Ioannes Mairius in tractatu schismatum, & Sabellicus & Bergonensis lib. 8. Incipiebat Philippus cultum diuinum Christianus publicè profiteri, verum eo sublato, prohibitiones ne quis Christianam religionem amplectetur, factæ, ne fidem libere omnes declararent, néve templo deo publicè sacrarent, & dotarent. Decidebant interim ubique terrarum paulatim idolorum templo, obstantibus audacter Apostolis, vniisque Apostolicis & Christianis, & deficiebat & cedebat fallitas veritati, oportuit autem idolorum templo & superstitionem adimi & connelli, prius quam fides publicè & Dei templo ubique recupererentur, sic enim ut verus Hortulanus Deus, caput malas herbas euellere, priusquam bonum semen agris cordium hominum inseminaret. Et quia uberes sunt mala herbæ, & difficulter euelluntur sic pluribus tempestatibus prius agitata fuit Ecclesia fidelium, & dum laborauit, antequam idolatriam à cordibus hominum crux posset, ideo experta est plures persecutions ex quo voluit Dei operi insisterie, sapéque dum quiescere putaret commotos fluctus, tunc ortu sunt saevores inimici: ut non mihi fuerit, potuisse nisi tardè, redditibus abundare. Referam insigniores eius afflictiones, seu persecutions, dimeris & interpolatis temporibus excitatas.

Puma fuit mota ab Scribis Hierosolymorum, in qua D. Stephanus martyri coronam propria morte obtinuit, Actoriū 7. Euſcb. lib. 2. cap. i. Secunda fuit concita

INSTITIONES NOVAE

concitata à Nerone, in qua DD. Petrus & Paulus cum aliis Romæ occubuerunt, & alij alibi fuerunt que Romæ Christiani insimulati incendijs & misere innoxij trucidati, vt scribit Cornelius Tacitus in 15. & Suetonius in Nerone. Tertia mota à Domitiano Cæsare, anno Domini 97. secundum Eusebium lib. 3. cap. 12. & Eutropium lib. 9. Quarta concitata per Traianum: & aliquandiu per Adrianum continuata, de qua meminit Plinius Nepos, qui eā excusatione Christianorum, aliquantulum temperauit, lib. 10. Epistolarum, & de ea Eusebius scribit lib. 3. cap. 26. Quemadmodum Adrianus ab Aristide Philosopho Atheniensi, Quadrati Atheniæ Episcopi discipulo & Legato apprimè nobili & Sereno Grannio persuasus, Christiano persecui destitit, teste Eusebio Paph. lib. 3. c. 3. 8. 9. & Hieron. de Viris illustr. Aequus & in Christianos postea fuit Antoninus, & in eos 8. persecutiones cohibuit, vt scribit, Xiphil. ex Dione.

Verūm quinta persecutio, paulo post sub Marco Ælio Antonino Vero Philosopho, & Lælio Commodo Vero eius filio, in Asia & in Gallia. Sexta oīta sub Lælio Septitio Seuero, & filio eius Aurielio Bassiano Antonino Caracalla, anno domini 205. maximè in Africa & Ægypto, vt, scribunt Eusebius lib. 6. c. 1. & Paulus Orosius lib. 7. c. 17. Fuit hic Seuerus, qui octo primis annis Imperij non solùm æquus & beneficus Christianis fuerat, sed etiam vulgo in eos fuerenti palam restiterat, vt narrat Tertullianus libro quē edidit de hac persecutione ad Scapulam: postea tamē sub graui pœna, Christianos fieri vetuit, vt scribit Spartianus. Circa tēpora horū Cæsatū, puto editam leg. 1. de Iudæis. C. lib. 1. tit. 9. qua prohibetur

hibetur quippiam legale Iudeis vel eorum collegio Antiochenium, sic enim eo tempore Christianos vocabant Gentiles, Iudeos, ut plerumque.

Temporibus desuntis huius persecutionis, sub 9 Vrbano i. Romæ Pontif. Max. qui sedem adeptus anno domini 220. tempore Antonini Heliogabali, excepit Ecclesia Romana prædia possidere, quorum prouentibus alebat Ecclesiæ ministros, & eos qui martyrum gesta conscribebant, secundum Petrum de Natalibus. Hic Pontifex cum qui ea alienasset vel violasset excommunicationi subiecit: ut legitur in epistola Vrbani decretali apud Gratianum, & apud Platinam, Sabellicum & Polydor. Virg. lib. 6. de Inuen. ret. c. f. Epistola ponitur in c. 16. videntes, 12. q. 1. ubi & ratio adseritur, cur præter moræ Ecclesiæ primituæ, Ecclesia prædia, & immobilia tunc retinuerit. *Videntes autem, inquit, summi sacerdotes, & alij aique Lexita eis reliqui fideles, plus utilitatis posse conferre, si hereditates & agros quos vendebant Ecclesiæ quibus presidebant Episcopi, traderent: eo quod ex sumptibus eorum, tam presentibus quam futuris temporibus plura & eleganiora ministrare possent fidelibus communem viuâ ducentibus, quam ex prezzo ipsorum: cooperunt prædia & agros quos vendere solebant, matribus Ecclesiæ tradere, & ex sumptibus eorum vivere.* Ipsa veræ res in ditione singularium parochiarum Episcoporum, qui locum tenent Apostolorum, erant, & sunt usque adhuc, & futuri debet esse temporibus è quibus Episcopi & fideles dispendatores eorum, omnibus communem vitam degere voluntibus, ministrare cuncta necessaria debent, c. c. Meminit de hac epistola decretali Vrbani i. Ansel. lib. 7. c. 2. Burchardus l. 3. c. 3. Iuo parte 3. Decret. c. 5.

Quicunq;

INSTI TUTIONES NOVAE

- 10 Quieuit à fluctibus aliquantulum Ecclesia sub
Alexandro Seuero , filio Mammæ , qui & habuit
inter statuas Heroum quas venerebatur in Lar-
ario, imagines Christi & Abraham , sauebatque Iu-
deis, vt resert Lampridius in eo, idq; fuit tempore
Pontiani Romani sum. Pontif. qui fidelem adeptus
anno Domini 224. Scribit tamen Lactantius Vlpia-
num Alexandri tutorem , collegisse veterum prin-
cipum aduersus Christianos edicta, idq; lib.5.de of-
ficio proconsulis , vt rabiem iudicium aduersus eos
inflammaret, quod forsitan fecerat, quod assinis esset
Iudeis ex Tyro Syiorum regione, vt ipse ait l.i.de
censib.P.& faueret eis.
- 11 Quamobrem paulò post sub Maximino Imperij
successore, septima Christianorum orta persecutio,
maximè Praefulum & doctorum Ecclesiasticorum:
verum quemadmodum ea cum eius crudeli impe-
rio cœperat, sic etiam cum eodem finita, vt scribit
Eusebius lib.6.c.19. Oros. lib.7.c.19. Iulius Capito-
linus in eius vita : duravit autem per triennium, in
quo non solum persequitus est Christianos, sed ul-
trà, ficta acta Christi, & Pilati vulgavit, quæ in col-
legijs docerentur, teste Eusebio. Quieuit itaque per-
secutio sub Philippo Arabe, qui Gordiano successit
feturq; eum fuisse Imperatorem qui primum pio-
fessus publicè fidem baptizatusve fuerit cum filio
& Seuera coniuge, vt paulò ante diximus.
- 12 Octaua rursum orta persecutio sub Decio, anno
251. in odium Philipporū quæ duravit ad Galienum
vsque, vt ait Eusebius libr.6. cap.21. Nova fuit sub
Valeriano, Eusebius lib.7.cap.9.& seq. Orosius li.7.
cap.22. verum captus fuit à Sapore rege Persiam
Valeria

Valerianus, apud quem in continua fetuitute conseruit & mortuus est, q[uo]d claro Dei iudicio pessimus Galienus filius, pacem Ecclesias trepidam satisfactione restituit, ut refert Orosius lib.7. cap.15. & permisit Christianis recipere quae prius habuerant, veluti Cemiteria, ut ait Eusebius lib.7.cap.13.

Decima fuit sub Ameliano Imperatore, qui p[ro]p[ter]e-¹³
mus diadema capit[is] imposuit, ut narrat Vsp[er]gensis
Abbas & Euseb. lib.7.cap.25. Undecima grauissima
sub Diocletiano in Oriente, & Maximino in Occi-
dente: quemadmodum refert Eusebius lib.8. cap.1.
& sequenti. Orosius lib.7. cap.25. circa annum do-
mini 302. fuitque nouenies, in qua scie[re] per vniuer-
sum orbem subuersis sunt Ecclesias, & cuncte sacrae
scripturae, que inueniri poterant, in plateis publice
combustae, omnes ordines Christianorum trucida-
ti, ita ut, in aliquibus regionibus nullum vestigium
Christianismi appareret, ut notat Gildas libro de
excidio Britannie.

Duodecima per Maximinum eorum successorem ¹⁴
renouata in Oriente, iuxta Eusebium lib.8. cap.17.
& Orosium lib.7.ca.28. In Gallia tamen & Germa-
nia, quas regebat Constantius pater Constantini
Magni, pax data Ecclesias, ut scribit Eusebius lib.1.
de vita Constantini, Sozomenes lib.1.c.6. Post hos
factus fuit Constantinus magnus Imperator, qui
Christianus effectus, ut ait idem Eusebius de vita
Constantini, & lib.9.l Historiae cap.9. & Sozomenes.
lib.1.ca.3.lib Sylvestro Romano Pont. qui adeptus
est sedem Romanam anno domini 315. Hic clavidi
Idolorum templo rufsis, ut liquet ex l.i.de Paganis.
lib.1.C.ca.ii. Quam legem falsò quidā codices ad-

INSTITIONES NOVÆ

scribunt Constantio eius filio , cùm tamen referat ad Constantinum Nicephori.lib.8.cap.18.& 25.& in Codice Theodosiano, lib.16.tit.10.l.4. n̄ si dicamus & Constantium cùm patre imperasse, quod verum est, & ita de vtroque lex erit intelligenda. Misit & Constantinus ad omnes gentes Imperij ut repudiatis idolis Christianam religionem amplecterentur: ut narrat Theodoretus lib.1.c.16.ipse templo vbiq; terrarum Deo adificari iussit , teste Niceph. lib.7.ca.49. Et ex publicis tributis per singulas ciuitates vestigal certum deduxit , ac cuiusque locis & Ecclesiis & clericis deputauit: eāmque munificentiam firmam & perpetuam haberi voluit, Sozo.lib.1.c.8. aliāque plenāque in fauorem Ecclesie statuit.inter cætera permisit Ecclesiis relinquere testamēto vel donatione, & Ecclesiis libere ædificare.cano. futuram,15.& seq.videntes.12.uestigio.1.1.1. C.de Sacrosanct. Eccles. Quod antea non docet diuus Ambros. aduersus Symmachum. Permisserunt idipsum Martianus & Valentini. Cæsares,l. generalite,17.de Sacrosanct. Eccle.C. Extat & constitutio Martiani in Nouellas eius in Breuiatio Alarici : vetuit tamen posteā Archadius Cæsar Ecclesiasticis quippiam donari, etiam testamento,l.20.& 27.de Sacrosanct. Eccles.in Codice Theodosiano. Christianus tamen erat: forsitan hoc statuit propter abusum clericorum , qui bona Ecclesie relicta , in proprias voluptates transferrent ; vel secundum voluntatem & intentionem qua relicta bona erant , non dispensarent ; vel quid nimum bonis temporalibus intenti , diuinum cultum segniūs exequerentur. Fuit enim & illa causa postrema, ob quām Vestales etiam

etiam inter Ethnicos, successions & possessionis
relictorum fuerunt incapaces, ut liquet ex Gellio
lib. i. c.12. & D.Ambrosio aduersus Symmachum.
Ceterum quemadmodum Symmachus conquestus
est de hac lege contra Vestales edita, lib.10. epist.
epistola 54.CC.Valent.Thedot. & Archad' o scri-
pta: sic de lege Archadij conqueritur D. Hieronymus
ad Nepotianum 7.part.3. *Pudet, inquit, dicere:*
Sacerdos: sacerdotum, virga, muri, scoriæ, haevitatem ca-
pient, solis clericis & monachis id lege prohibetur? &
prohibetur, non à persecutoribus, sed à principibus
Christiani. Ceterum notabimus leges Archadij
predictis, non fuisse in Codicem Iustinianorum
transcriptas, & ideo reiectis, admissa lege Con-
stantini in igni, quamquam in Gallia & alibi alicubi,
ius non sic Ecclesi's nouas possessiones, immobi-
lia, sensus & seu tales redditus, sine regio diplomate
retinere, & nisi impetrato iure morticini vel à rege
vel ab aliis à quibus licet.

Fuit decimitteria persecutio Ecclesie sub Si-
pore secundo Rege Persarum in Peisia , suauis Ma-
gnum & Iudicatum , ut scriat Sozome lib. 2.ca.8.
Amian. Marcellinus lib. 25. & sub Isdegetde & Gor-
tano filio eius , qui duravit per triginta annos . Eo-
dēmque fere tempore morta alia decima quarta per-
secutio per Julianum Apostatavm , ut scribit Rufinus
in t. cap. 32. & 36. Amian. l. p. 20. & Eutropius lib. 10
quim tamen sustulit eius successor Ioannianus : po-
stea nonni Estanicoram , sed hereticorum s̄epe ortar
in Ecclesia impugnationes , & perturbationes , de
quibus nunc dicere supercedebat .

INSTITUTIONES NOVAE
De Rationibus, quibus bona & redditus in
Ecclesia retinencur.

CAP. V.

- 1 *Liberitas adificandi Ecclesias, quomodo & quam
restricta.*
- 2 *Offerendum Deo bona voluntates non sunt responda.*
- 3 *Ratio cur bona etiam feudalia acceſſerint Ecclesias.*
- 4 *Aliaratio.*
- 5 *Item quod libera detur dominis disponendi de rebus
suis facultas, tam in vita quam in morte. & contra
eum sint invincibilis,*
- 6 *Quatuor aliae rationes fructuum colligendorum in
Ecclesia, ex quatuor causis ob quas dissidebantur
fructus Ecclesie, de quibus & in sequentibus 7. 8.
9 & 10.*

1  Am antea in 2. libro Syntagmatis iuris,
cap. 28. tradidimus aliquas rationes cur
ultra primicias & decimas, bona tem-
poralia in Ecclesia retinerentur: ut nihil
foisan addendum tunc videretur, cum illa sufficere
arbitramur, verum quia subit memoriam aliarum
rationum probatio, prosequendo originem benefi-
ciorum, non putau ab instituto alienum breuiter
eam, proponere. Cum igitur primum Ecclesias ad-
ficare & eis relinquere & donare licuit: ne libertas
in detrimentum religionis conuerteretur, eadem
libertas adificandi, & modus relinquendi vel do-
nandi, disfinitus est iure Pontificio & Imperatorum
& Principum: ne Ecclesia sine cultu diuino deser-
ta conſtrueretur, destituta clericis ob nullum vi-
uendi

uendi beneficium, & ne vietus relieti pretextu, iam
cœptum opus imperfectum relinquatur.c.nemo,
de Consecr.di.i.cap.ad audientiam , de Eccles.ædi-
ficat.c.i.de censib. §. si quis qdificationem, de Eccles.
tit.Nouella 131.

Bona voluntas primo loco offerentium prædia 2
Ecclesiæ contemnenda non fuit , dum sponte Deo
de suis offert in testimonium sui obsequij, nō quod
Deus bonis nostris temporalibus egeat , ipse enim
nobis dedit , sed quia Deus acceptabile habet do-
num in recognitione superioris Domini oblatum,
vt de decimis dicitur in c.tua nobis, 26. de Decim.
& gratum Deo iure approbatum , dum se quis &
sua deo sanctificat,l.generali lege,13. & Authen. in-
gressi, de Sacrosanct.Ecc.C.Nouella 5.ca.5. munera
Abelis acceptauit Deus , Gene. 4. & viduæ minutæ
duo,Marci cap.12.

Maluerunt plures se suaque potius Ecclesiæ 3
subiucere , vt nutrici vel matri,quam ditioni & Im-
perio principum. Et idcirco successu temporum,
tot ducatus, comitatus, principatusque quod nunc
sunt & fuerunt , accellebunt Ecclesiis.Eo pacto Sa-
xones superati à Carolo magno inquis animis tu-
llerunt imperium , nec prius quieuerunt , quam ab-
acto iugo secularis Imperij, Episcopis permetteren-
tur vt diuina religione soli constringi videren-
tur, quamvis & gladius temporalis illis non deeslet,
& tributa quedam illis præstaret.Sufficiebat enim
Saxonibus , ad speciem exhibita libertas, quod re-
gum & exactorum tributorum manus non pate-
rentur.sicut scribit Crantius lib.2.Vandalæ cap.22,
Eadem ratione , vt idem scribit eodem lib. 2. c. 31.

INSTITIONES NOVÆ

quietè regi cœpit à suis prælatis, & populus impleri Alderburgū ciuitas, postquam conuersa ad fidem, concessa fuit ditioni Pontificis Marconis primum, per Othonem magnum cum orani Obotitorum prouincia, vsque ad fluum Paum, & ciuitatem Demyn. Addidit autem Otho rationem dum hæc ficeret: nempe se hoc agere ut Episcopi temporaliū rerum affluentia haberent, vnde populi posseñt sibi conciliare fauorem, & honorabiles ellēnt regulis. Legimus etiam Iosue cap. 20. & Nume. 35. ex iusu Dei datas vrbes Sacerdotibus & Leuitis ad habitandum, & suburbana eaiū ad alenda iumenta eorum, de possessionibus filiorum aliorum Israel.

4. Fuerunt & oblationes iste bonorum & principatuū Ecclesiæ à principib⁹, regibus & Imperatorib⁹ factæ, in redemptionem peccatorum, cùm ea bona relinquantur Ecclesiæ, vt distribuantur in alimoniam pauperum fructus, vt non immerit⁹ qui ea retinent tanquam sacrilegi ab Ecclesia enciendi sint, in c. qui oblationes defunctorum, & 2. sequentib⁹. 13. quæst. 2. clerici ex bonis Ecclesiæ aliti, peccata populi dicuntur comedere. ca. pastor Ecclesiæ, 1. quæst. 2. Oſeæ 4.

5. Dehinc si iustum & secundum naturam visum est voluntatem domini rem suam in aliud transferre volentis, ratem haberi, & per traditionem, de Rerum diuisione, apud Iustin. l. in te mandata, C. Manda. cum similib. id ipsūmque iustum visum sit in libertate concessa disponendi morituris, l. verbis legis, de verbor. sign. P.l. 1. ad leg. Falcid. P. §. disponat, de Nuptiis, in Auth. §. fin. de Leg. Fusia Caninia tollenda. si contractus irreuocabiles sint. l. sicut,

sicut, de Actionibus. I. in commodato, §. sicut, Commodati; si donationes firmæ sunt, I. velles nécne, dē Reutoc. donat. C. si liceat collegiis licitis, vicis, ciuitatibus, municipibus, donare & legare, I. recusare, §. item si municipes, I. omnibus, 26. ad Senat. Trix bell. in P. l. 3. C. eod. I. ciuitatibus, I. si hæres, §. vicis; de legat. i. I. hæreditatis, 12. de hæred. instit. C. I. collégium, cod. tit. C. Quid prohibet quomitus possit relinqui, donari, Ecclesiis & earum præpositis? Certè ad inuidiam dignitas Ecclesiæ, ut neque vlla alia, est trahenda. I. ad inuidiam, C. de his quæ vi metusve causa sunt. ne deteriores conditiones sint meliores inferioribus, vt ait I. seruus, 4. Quod vi aut clam, P. I. non solum, 13. de Noxalib. act. cap. euin qui, de Præb. in Sex. Nec personis Ecclesiasticis officium debet esse damnosum, arg. cap. cùm non debeat, de Elect. I. sed si unus ex signatoribus, Quibus mod. restam. operian. P. Nec religionis ratio obesse debet quæ solet alioquin titubancia & dubita firmare; & omissa stricta iuris tatione, maxima & potissima ratio habetur, quæ pro religione facit, vt respondit Papinian. in Liunt personæ, 43. de Religios. & sumpt. fun. P. Quare & omni remedio Pontificali & principali compelluntur hæredes, relieta a defunctis ad pias causas, præstare, & implete circa ea statuta, I. hæreditas, §. j. de Petitione hæredit. I. nulli, C. de Episcop. & clet. Auth. hoc amplius, C. de fideic. §. si verò, de hæredib. & Falcid. Nouel. j. cap. si hæres, cap. tua nobis, de Testa. lib. 3. tit. 26. Consensus gentium omnium est, diuinę maiestit̄ iti dicata non posse sine grauissimo criminē factilegij templis admitt̄. Sacilegiumque grauius esse furto, haberé quæ

INSTITUTIONES NOVÆ

capitale suppliciū.l.aut facta,16.§. locus, de Pœnit.
P.de quo nos multa lib.33.Syntag.nur.c.16.

- 6 Quatuor insuper rationes possunt colligi reddituum Ecclesiæ, ex quatuor partibus in quas statutum erat diuidi fructus.Prior erat pars destinata alimentois præpositi Ecclesiæ , seu Episcopi : secunda, quæ danda erat aliis clericis officio diuino vel ministerio ibi laborantibus:tertia, ad nutriendos pauperes: quarta ad fabricam Ecclesiæ , & ad eam fertam teatramque habendam. cap.quatuor, cap. Vulneranæ, cap.de redditibus,11.qu.2. Neque quicquam dubitat has iustissimas esse causas. Quod pertinet enim ad ministros, dignum est eos alii ex labore Ecclesiæ præstato, c. extirpandæ, c. cum secundum Apostolum, de Præbend.D.Matth.ca.10. D.Marci 6.D.Lucæ 9. cap.cum sit Romana,9.de Simonia.& scriptum est, *Non alligabis os bene iaurans.* Deut.25. ad Galat.6. *Neque iniquum est, si qui fratres tua nobis servinant, metant temporalia,* 1. ad Corinth.9. quia alioquin merces laboris non est neganda mercenario. Leuit.19. Deuter.24. Tobiae 4. Salarium laborum ex pactione peti potest , & si conuentione constitutum non est , extraordmario iudicio peti honeste potest, l.j. de Variis & extraord. cognitio. l.vmc. C. de Salar. Remuneratio naturalis est,& ad remunerationem, laborum naturalis etiam obligatio , l.sed & si lege, §.consuluit,de Petit. hæred. P.l.Attilius,de Don.P. Et quamquā procurator de litis parte cum cliente pacifici non possit , tamen nihil prohibet salarium ratione laboris à procuratore peti.l.si remunerandi, 6.in princ.& §. Marius, & l.Salarium, 7.Manda.P. vide quæ dixi lib.27.Syntagma.c.2.

Clerici

Clerici olim omnibus suis propriis renunciabant vel Ecclesiae consecrabant, unde æquum erat de parte quæ Deo datur nutriti, ratione cuius & clerici dicendi, cap. cùm secundum Apostolum. de Præben.c.cleros, 21.distin. quemadmodum & apud Grecos ij dicebantur $\pi\lambda\chi\alpha\iota$, quos Athenienses in vrbes à se captas desertas, aut parum populosas mittebant, certam portionem possessionis singulis assignantes, vt scribit Suidas in verbo $\pi\lambda\pi\chi\alpha\iota$. Reparationes etiam Ecclesiarum necessarie sunt, ne illis collapsis cultus diuinus tollatur & proinde cùm satis fugidi sint homines, maximè seculis, & essent tempore persecutionem ad reædificandas & instaurandas Ecclesiæ, fructus isti Ecclesiarum subducto cultu diuino, rectius non potuerunt reseruari, quām ad hunc effectum, iuxta prædictos canones, & ca. decernimus, io. quæst. i. ca. vni. io. q. 3. cap. i. & de Eccl. ædificat. Reseruari autem fructus reliquos in fauorem pauperum, nemo sanæ mentis potest reprehendere; non minus quām cùm Apostolorum tempore, Christiani vendebant que habebant & ferebant pretia ad pedes illorum, vt distribuerentur secundum qualitatem & necessitatem cuiusque. Boni Ecclesiæ fuerunt, vt secundum prouidentiam prelatorum distribuerentur pauperibus, inter quos erant qui nihil habentes sc Dei obsequio & servitio mancipabant; & alij inopes Bona sponsæ Christi Ecclesiæ inquam relinquuntur, vt dispensatores eius, membris Christi distribuant, non vt sibi conseruant, c. aurū, c. gloria Episcopi, 12. q. 2. D. Ambro. lib. 2. Officio. c. 28. Bona Ecclesia sunt patrimonium Christi, ca. cùm ex eo, de Elect. in Sext.

I N S T I T U T I O N E S N O V A E

& dominium eorum, penes Deum. Communis eorum usus pauperum & prepositorum cum & illi propria non habent. cap. expedit. 12. quest. 1. id ipsum in c. fin. quoniam quicquid, 16. q. 1. ubi distinguuntur, ut ita demum participare debeant in bonis Ecclesiasticis praepositi, si aliunde nihil habeant, non aliter aditurque sententia valde Ecclesiasticis metuenda, ex D. Hieronymo ad Damasum Papam, *Quis bonus parentum & opibus sustentari possunt, si quod pauperum est (De bonis Ecclesie agit) accipiunt, profecto sacrilegium incurvant & consumunt : & per afflictionem talium, inducum sibi manducant & bibunt.* Quod isdem verbis iterum relatum in c. clericos, cum 3. canonibus sequentibus, 1. quest. 2. & glo. in explicatione dicti cap. clericos, valde laborat & nihilominus tandem concludit, debet quidem clericis qui deseruunt Ecclesiae, portionem ex bonis Ecclesiasticis, si abundantes suscipiunt curam: quia nemo tenetur militare suis stipendis: veruntamen peccare mortaliter, si abundantes accipiant, & ex cupiditate sua reseruant, nisi & sua Ecclesie & pauperibus communicent. Citantur in eadem glossa alij conuenientes textus iuris Pontificij. Addamus Prosperum lib. 2. de vita contemplativa, ca. 9. & 10. cuius verba referuntur in cap. 7. pastor Ecclesie, 1. quest. 2. addemus & Concilium Aquitancense, ca. 107. in quibus traditur, quod pastor Ecclesie, his quibus sua sufficiunt non debet aliquid erogare: quando nihil aliud sit habentibus date quam perdere. Et quod nec illi qui sua possidentes dari sibi aliquid volunt, sine grandi peccato suo unde pauper victurus erat, accipiunt, & c. D. Paulus gloriam suam,

suam, eāmque maximam ducebat sibi esse, quamvis qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere debeant, quod Euangelium gratis prædicasset, & manibus suis operando necessaria sibi suppeditasset, & i.ad Corinth. ca. 9. *Ego autem inquit nullis horum quibus Euangelizans bonis et suis sum expeditus enim mihi mori mavis quam ut qui gloriam meam exeruerit.* Euacuandam autem iri intelligebat, si ab his quibus prædicabat voluisse accipere vitæ temporalis expēsas: sperans in futuro seculo maius prænum se accepturum, sicque explicatur in ca. 9. sacerdos, i.q.2. Audi & D. Paulum dicentē act. c. 20:

A genit. in n. ill. us concupini, prius ipsi sensis, quoniam ad omnia quae mihi opus erant, & hic qui merum sum, ministeriarum manus esse. D. Augustinus quoque, in epistola 50. ad Bonifacium, relatus in can. 3. quod autem nobis, 23. quæst. 7. bona Ecclesiæ dicit esse pauperum, & prepositorum si pauperes sint, & ut compauperum: verba eius, *Quia tamen bona si pauperum compauperes sumus, & nostra sunt & illorum.* Si autem primum quæ nobis sufficiunt possidemus, non sunt illa nostra sed pauperum quoniam procurationem quoadammodo gerimus, non proprietatem nobis usurpare donec damnibili vendicemus. Et rursus in cap. conuenientior, 23. q. 8. bona clericorum dicuntur esse pauperum, quæ nec in potestate sunt Imperatorum, nempe quod in tempore necessitatis sint egenis communicanda. ca. sicut hi, 47. distinct. l. facimus. C. de Sacrosan. Eccl. Videant & Ecclesiastici, quid de bonis Ecclesiæ ab illis possibilibus sentiat D. Chrysostomus in c. 26. D. Matth. hom. 86. Legimus apud Sozatum lib. 7. histor. eccl. ca. 25. & Sozomenem lib. 8.

cap. 12. Chrysantum Episcopum nihil præter duos panes pro victu , singulis diebus ex bonis Ecclesiæ accepisse.

§ Nec inutilis erit consideratio intentionis eorum qui largiti sunt bona Ecclesiæ, ratione cuius & iuxta eorum voluntatem, si quod iustum est seruetur, expendi debent, nec possunt in alios usus conuerti, l.i. & 4.de Administ.rer.ad ciuit,pertinen.lib. 50.P. tit.8.nisi forsan ex causa in magis pios , arg.li.legatum ciuitati,10.de Vsu & usu fact.leg.lib.33.P. tit.2. cum similb. ibi nota. Non ignoro tamen hic quod dicunt ex consuetudine hodie ferè ubique receptū, ut perfecti vel beneficiati possint de fructibus beneficiorum præceptis disponere & testari : quam certè consuetudinem non ausim dicere corruptelam, neque disputabo quid fiat, sed tracto quæ fieri sacrosancti canones iubent. Liceat mihi tamen per venerabiles & sanctos & bonos præpositos tantum referre , de hac consuetudine quod D. Augustinus dixit in tractatu 50.in Ioann.c. 12. qui referrui in ca. 12.exemplum domini accipe.12. quæst.1. *Exemplum,* inquit, *domini accipe connuersantis in terra : quare habebat loculos, cui angeli meministraverint? Nisi quia Ecclesia sua loculos habiuerus erat. Quare fures admisi; nisi vi Ecclesia patienter fures tolleret?* Neq, hic esset contemnenda principis secularis authoritas , vt in Gallia regis qui habet Imperium à Deo , & vt Christianus debet bona Ecclesiæ conseruare : perquā sollicitè caueretur ne bona & redditus Ecclesiæ in abusum venirent. Ut olim rex Iudæ Ioas , consilio sacerdotis Ioiadæ , prohibuit sacerdotibus accipere pecuniam in templum Dei.per sanctos & transeuntes conse

consecratam & oblataim à populo, donec refectum fuisse templum: neque ex Gasopilacio pecunia ad illa opera accipiebatur , quin adeisset scriba Regis, & Pontifex in numeratione pecuniae. 4. Reg. 12. &c 2. Pat. 24. Conseruare debet princeps Ecclesie & prepositos in suis priuilegiis & libertatibus, verò in ultra in malis, potius debet in bonis Ecclesiæ prouidere : reipublicæ enim curam habet, & Ecclesia est in republica, non respublika sola in Ecclesia , vt ait Opta. Mileuit. hb.3. ad Palmencia. Sic & aliquando Concilium generale Chalcedon. c. 26. & Carthaginense quartum dum videret Episcopos abuti dispensatione bonorum sibi commissorum, statuerunt Episcopatibus & economos pro bonis temporalibus regendis , adēpta administratione Episcopis : quod & firmatum Concilio 7. generali sub Iustiniano I. probatur, & c. cum simus, 9. quæst. 3. c. diaconum, ca. volumus , ea. quia quisbusdam, 89. distin. Nouella Instit. 6. 7. & 133. Ceterum illa prohibitio disponēdi de fructibus Ecclesiæ , déque illis non appropian- dis intelligitur de clericis beneficiatis habentibus administrationem : non de percipientibus fructus ex Ecclesia ratione mercedis, secundum glossam ad c. fin. ad verbū reseruari, de Offic. ordinarij , in Sex. aut ratione laboris, aut magisterij, vt notat copiosè glos. fin ad can. 12. de quibuldam. 37. dist. Non dubitatur etiam , pauperem clericum, qui sine propriis est, & habet patrem, aut matrem, aut proximos pauperes, posse illis clargiri quippiam ex bonis Ecclesiæ ratione eleemosynæ. Si enim tenetur pauperibus etiam extraneis ex illis concedere , multo magis & proximis. c. i. de Cohabit. cler. & mulie. cap. omnino confi

INSTITIONES NOVAE

confitemur & ibi plura Glossa congerit, 31. distinct. Dicunt tamen iura, id permitti eleemosynæ causa, non autem ob pomparam & fastum proximorū, quia tunc & dñites & accipientes ad restitucionem tenerentur, c.1. peruenit, 16. qu. est. 7. ca. peruenit, 1. q. 3. vbi & Gregorius 7. Episcopos qui nō sacerdotibus sive dioceseos decimis & oblationes dabant, sed militibus lucis servitoribus (sic loquitur) & quod grauius dicit, consanguineis, ponit inter maximos hereticos & Anachristos & Simoniacos : vbi tamē glossa terg uersatur, illu l putans de iure decimadi dictum, sed non de fructibus decimariū, cūm tamē textus de utrisque agat. Atque Limberius Seafnebargensis narrat. Episcopum quendam Bibergensem, coatra excommunicationem & priuisionem Gregorij 7. favore militum, quibus multa laudiebatur, Ecclesiam illam retinuisse per aliquod tēpus: & in ipsius Gregorij regesto lib. 5. simile quiddam reprehēetur in Henr. m. Episcopo Metensi.

8 D'Actum & in ead huc, de testam. per viam eleemosynæ de suātibus beneficij pols beneficiatum disponere, non aliter. Addere licet quid de hie te senserit Clemens 4. qui factus sum. Pontifex scripsit nepoti de dotandi & mirandī sorore, & monuit, ne propter suām dignitatēm eam vellet altiori tradere, & se tantrū n ei opem lūturum, si filio multis si nphciis desponsa set, in trecentis lōbris Turonensis nō am illus. Refert eius epistolam Petrus Micerius Hispanus, notarius Birchunonensis, scriptor Hispanice historiæ, in eis Historia, pagina 69. & Oauphratus in annotationibus ad vitam Clementis 4. apud Platianam. Putarem & ego, si quidem meum petere

peteretur iudicium, nunquam fuisse eam intentio-
nem Ecclesiæ permittētis bona clericis, neque lar-
gientium eadem eidem, vt prælati vel præpositi seu
beneficiati fructus sibi proprios facerēt, vel in suos
vſus profanos, aut proximorum transferrent. Alio-
quin enim, & Ecclesia delinquendi occasionem de-
disset, quod ablit dicere: & qui bona largiti sunt
Ecclesiis, si cogitassent quidem vel piæsumpliſſent
leuit, futurum vt prælati Ecclesiarum voluissent
ex illis proximos ditare, nunquam donaſſent; &
elegiſſent potius suis & proximis relinqueret, quam
ita ad extraneos transferre vel videre talem vſum
vel abusum contrarium intentioni. Quamobrem
sublato abusu, non video, si tam sancte institutum
Ecclesiæ ferueretur, de vtendis & distribuendis bo-
nis Ecclesiasticis, prout diximus habuisse multas
cauſas, quomodo possit conuelli, piætextu eorum
quæ in Ecclesia primitia ſetuata ſunt, vt bona
oblata distribuerentur pauperibus & indigentibus.
Nam & hoc etiam nunc fieri debere iura statuunt.
Quemadmodum cōtrā, non video quomodo bona
poſſunt defendi ab Ecclesia, si prælati, qui custodiæ
& distributioni faciendæ iuxta ſacros canones præ-
positi ſunt, pernicioſe illis abutantur in contume-
liam Dei & largitorum.

Subinde non potest improbari quod immobilia
Deo conſercentur: nam & Deus hoc permisit, &
vetuit proximis largitorum, redimere, Leuit.27. &c
ca>nulli liceat, 12. quæſt. 2. At nullam video me ha-
bere defendendi prælatos rationem, dum ea bona
extra vſus destinatos, iuxta propriam effusionem, in
profana cōuertunt. Sed relinquam hanc grauen-
nimum

nimum restitutionis lapsus causam, quæ curæ debet esse Pontifici maximo & Cœlius, inò verò quæ potius cuique Ecclesiasticę personæ committenda, ne inimicis & hostibus fidei ipsi sint scandalo, obnoxij Dei ineuitabili iudicio, quod durissimè animaduertet in eos qui suæ perditionis fuerunt autores, &c alii scandalo. Et speradum melius in futurum, siquidem verum sit quod legi in quodam libro inscripto onus Ecclesie, cap. 16. de sexto statu Ecclesie, §. 9. Refert enim Thelephorum scriptisse, Ecclesiam in sexto statu reformatam, & propter excellus procorum puniendam, deinde reddituam ad paupertatis integratem, &c. que sequuntur, quæ non transcribam, ne officio alieno à Iuris consulti munere fungi videar. Propero ad finitionem beneficij.

De Distinctione nominis beneficij, & finitione. C A P. VI.

- 1 *De beneficij nomine in genere.*
- 2 *Beneficiorum in genere distinctione.*
- 3 *Beneficij Ecclesiastici Synomina.*
- 4 *Beneficij nomen quando omnia genera beneficiorum & quando tantum certa conueniat.*
- 5 *Beneficij Ecclesiastici finiuio.*
- 6 *Munus quæ significet.*
- 7 *Beneficiorum onera realia.*
- 8 *De beneficiorum annatis.*
- 9 *De decima Pontificali.*
- 10 *Patronus ab Ecclesia nutriendus.*
- 11 *De horis canoniciis dicendis à beneficiatis.*

- 12 *De pœnis non decentium, & num teneantur ad restitu-
tionem fructuum perceptorum.*
 13 *Scholasticus vel clericus, num teneatur horu cano-
nicas dicere.*

BENEFICII nomen, generalem habet appellationem, per quam, bonum omne vel prærogativum, vel aliud alicui datum, ex quo uiuari possit, vel melior fieri, continetur. In commendato, §. sicut, Commodat. P. Bonorum appellatio, aut naturalis, aut ciuilius est. Naturaliter bona dicuntur, quod beent, hoc est beatos faciant: beare est prodesse, l. bonorum appellatio, 48. de Verb. signific. Beneficium dici non potest, quod nulla utilitate sentitur, ut ait Caius. lib. ii. cap. 28. beatum dicit Isidorus, lib. io. Etymol. qualis bene auctum: sic Seneca 3. *Infolens est beata uxor.* Plautus in Penulo etiā, videtur beatam uxori rem refeire ad bona que uxori habet, bonam, ad probos mores. Dum ait, *Bonam ego quam beatam esse primò dici m. d.* Sic apud Eustathiū ad Odyssēa. 2. 6. ὁλῆς apud Græcos opes sunt. Et ὁλῆς diues & beatus, id est, ut loquamus cum superiori acceptione nominis, qui auctus est utilitate diuitiarum. Sic enim & Socrates in œconomico Xenophontis, dixit τὰ γείρατα possessiones & diuitias, τῷ δὲ τὸ γένετοι, ab utendo, ex quibus usus aliquis vel utilitas percipitur: ut contra, bona proprie dici non possunt, quae plus inconmodi quam commode habent, ut notat Iambolenus, in l. proprie bona, 83. de Verbo signific. Quare & bona hæc, dedicata omnia ære alieno. l. subsignatum, 39. §. bona, co. tit. de Ver-

INSTITIONES NOVÆ

bor. signif. l. mulier bona, 72. de Iure dot. Ita in summa beneficij nomen ad omnē largitionē, utilitatis alicuius concessionē, referti poterit, vt & in c. cū liberum, de Sepult. dū religiosi, qui mortui corpus, quod effoderat in aliena Ecclesia, tenetur restituere, & omnia beneficia quae inde consecuti fuerint.

2. Verūm quia non de omni beneficio instituta est tractatio nobis, distinctione beneficiorū p̄ius utemur: dicemusque beneficium aut esse seculare, seu temporale, aut Ecclesiasticum seu spiritale, vt in c. fālicis. §. si qua verò feuda, de Pœn. in Sex. ibi, si qua verò feuda, iuraciones, officium, beneficium vel spiritale vel temporale, &c. & in Clem. i. vers. à feudis, eod. tit. Ex his quædam sunt pure secularia, à secularibus seu laicis personis, secularibus, & de re seculari, concessa: id est, cū dans, accipiens & res, seculares seu temporales sunt. Quædam puiè ecclesiastica, de rebus ecclesiasticis, viris ecclesiasticis, per ecclesiasticos concessa. Quædam ex his mixta, quæ possunt diversi generis esse. Si quidem à secularib. seu à laicis res prophane donari possunt Ecclesias vel ecclesiasticis personis, in causam piam vel ecclesiasticam. Quædam contrà, ex rebus vel prouentibus eccliaz, donari possunt personis laicis: vt feuda, præbendæ seu mercedes laborantium: puiè beneficia secularia dici possunt, auxilia vel remedia, quæ dantur à principib: vt beneficium Hadiani, seu epistole eius, cōcessum fideiulloribus. in §. si plures, de Fideiuf. l. si. de Constit. pecun. C. Beneficium restitutioonis in integrura, l. 7. de In integr. restitut. P. feudum seculare, tit. de Duobus fratrib. à capitano inuesti. lib. 2. feudor. ut. 18. tit. De Beneficio siatris, lib. 1.

lib. i. Feud. tit. 20. Participat cum secularibus , feudum quod datur laico ab Ecclesia , ut c. que in Ecclesiasticum , 7. de Constit. feudum & dictum Ecclesiasticum , cap. 1. & 2. de Feud. lib. 3. tit. 20. Proutius etiam viuis præbendæ , qui dantur magistro gratis docente Grammaticam , c. pen. de Magistriis . lib. 5. tit. 3.

Beneficium magis propriè Ecclesiasticum illud , est , de quo nobis proponitur tractatio , quod synonima haec habet : ut in primis dicatur beneficium , cap. 1. de Reg. ut. in Sex. ca. cum in cunctis , de Elest. de hunc sanctuarium Dei , c. consuluit , de Iure patron. item Ecclesia , d. c. consuluit , & c. fi. Ne pœla , vices suas , & sacerdotiū à saeculis tractatis , c. pen. Ne pœla , vices suas , quo & nomine dictum apud Ethnicos , & apud Linum lib. 9. Gens potissimum ad aram Herculis familiare erat sacerdotum , &c. Inde apud Modestinum in l. i. ad l. Iul. de ambi. P. *Vi magistratum , sic sacerdotium petere ultra prescriptam firmam , habet centum aureorum multam cum infamia.* & in l. vitrius , 60. cum 2. sequentibus , de Donat , inter virum & uxorem , in P. sacerdotium superueniens dabant occasionem soluendi matrimoniū bona gratia : quia vix utrique vocare commode quis posset. idē Nouella 26. c. fi. agit & de sacerdotio , in l. non distinguemus ; §. sacerdotio , de Recip. arbit. Erat & Ethnici sacerdotium cum numero & cura exhibendi ludos populo in honorem suorum idoliorum , quae deos dicebant : quare pro diucria populorum appellatione , & ludorum , diuersam quoque appellationem sortita sunt beneficia , quamadmodum in l. i. de Naturalibus , lib. 5. C. ut. 27. Constantinus meminist non licet senatoribus , præfectis , vel duum-

piris, vel his quos sacerdotij Phæniciarchię vel Syriarchię ornamenta condecorant: donare aliquid filii suscep̄tis ex ancilla, &c. De sacerdotijs etiam Alitarchia, & Syriarchia meminit l. vni. de officiis comitis Orientis. lib. i. C. tit. 36. de Asiæ sacerdotio, & l. in honoribus, 8. de Muncib⁹ patrimonio. lib. io. C. Meminit & l. fin. de Expensis ludorum in C. Theodosiano, de ludis Alitarchis, Syriaarchis, Agnotheus, & Asiarchis. Et iterum de ludis sacerdotalibus Aphricanorum & aliorum, & editione illorum, mentio fit in l. i. de spectaculis eodem. Cod. Theod. &. in l. 145. de Decurio. & l. 176. eo. tit. & l. fin. de Tyronibus, in codem Cod. Theod. Et apud Optatum Mileuitanum lib. 3. & Victorem de persecutione Vadal. D. Augustin. in fine epistolæ 5. Sacerdotiū etiam in iure pontificio, pro ordine & dignitate eius qui accepit sacrificandi potestatem, pro presbyteratu. ca. translata, de constitutio. c. nemo, c. cum ex eo, de Electio. in Sex. facit cap. clerros 21. dist. Inde dicimus, quædam beneficia sacerdotalia, quæ presbyterium exigunt seu sacerdotem, quædam non sacerdotalia, ut dicemus Deo fauete suo loco, & interim doceri potest ex ea. cui de non sacerdotali, de P̄eb. in 6. Dicitur & aliquando Episcopatus sacerdotium, l. si quenquam, de Epi. & cler. C.

4 Rulsum beneficij appellatio in iure, generaliter ad plures species beneficiorum refertur: aliquando ad certas contahitur. Generaliter continet omnia in c. i. de Regul. iur. in Sex. continet ita præbendas, quæ in victu & vestitu consistunt. cap. olim, de Verbo. Ignfi. canonizatus, in cap. 9. ex multis. i. q. & alia vt notat glo. ad c. vnic. de Reiuem p̄emura in Sex.

īti Sex.glossi.in c.execrabilis, in veibum, *beneficium*, de Præb. in Extraua.Ioha. 22.c. postulaſti , de Resc. Strictè contra aliquando beneficium intelligitur, quando profertur ab homine , maximè in impetratiōnibus , vt tradit̄ Cœdima. in Clem.si Romanus, de præben.Nec etiam appellatio extendit ad alia quā ad nominata in impetratiōnibus,vt in c. cum in illis,16.de Præb.in Sex. in materia odiosa iestrin-gibili appellatione beneficiorum non veniunt dignitates, niſi expiēſſe dicatur, vt Cl.i.de ſequenti. i. poſſeffio. & fructuum. Clem.i. de cauſa poſſefſ. Id-ipſum de curam habentibus dicit̄, ne veniant ap-pellatione ſimplici beneficij , c.fin. de Præb. cōque & curam habētia & dignitates trāſcant in aliud no-men elegans & proprium , alia autem beneficia in-nominata remaneant in putis terminis , vt de con-uenientiōnibus dicit̄ in l.wriſgentium , §. i.de Paet. Si tamen à lege nomen beneficij profertur , gene-tale ad omnia intelligitur , niſi exceptio vel ratio singularis beneficia diſtinguat , ſecundum Felinum ad c.postulaſti,16.colum.de Rescrip.

Ecclesiastici beneficij, prout nunc traſtamus,de-finito , à nobis traſlita & explicata libr.17. Syntag-mi. c.2. erit : vt ſit *diſtincta & ſpirituale munere con-venientia uirum ecclesiasticorum poroſi & certis adibus ſacris in hoc aſſignata , vi perpetuo per clericos ad uitam vienda , clericis legiūmē aſſignetur.* Duo in beneficij ſunt, tēporalia bona , & munus ſpirituale: quemad-modum in homine , anima & corpus , ſi quis obie-cerit, i.q. 3. illaque bona temporalia , non quidem communiter à pluribus percepta , ſed dum viuit ſunt diſtincta, faciunt beneficium, in c. ex parte, de-

INSTITIONES NOVÆ

Concessio.præbe. Munus spiritale, in beneficiis est officium, quod impendi debet Ecclesie ab his qui titulum, vel redditus beneficij capiunt, quod propter qualitates diuersas beneficiorum diuersum est, prout impositum est, ut si præbenda detur cū onere dicendi singulis diebus Missam, in e. significatum, de Præben. si oporteat Sacra menta administrare, prædicare verbum Dei, vt in curam habentibus animarum, vel cum alio onere.

- 6 Munus in iure, tria significat, I. tribus modis, 18. de Verbor. signi. P. primum donum cum causa. I. inter donum, 194, de Verbo. simf. & promiscuè prodono hodie. Mar. in I. munus, 214. de Verbo. signi. vide Laurentius Vallam lib.6. Elegantia. c.39. Alciat.3. dispuñtio. c 13. quamvis lex Cincia mineralis distinctionem quandam adhiberet; prohibendo ne quis ob causam orandam, donum munisve acciperet, apud Festum & Linum h.34. Secundò Munus dicitur onus sine honore. I. honor, §. 1. de Mune. & hono. P. vt tutelæ, militiæve munus. Tertiò munus dicitur officium, vt militaria munera: interdum cū honore, interdum sine honore; dicta I. honor, & I. munerum, de Muner. & hono. P. Munus quod necessariò obimus, more, lege, imperiove eius qui iubendi habet potestatem. I. manus propriæ, 214. de Verbor. signif. Officium ab efficiendo, apud D. Ambrosium li.3. Officio. Munus interdum & personæ, interdum patrumonij quando res debent, vt personæ quod corporibus, labore, cum sollicitudine animi ac vigilancia existit. I. r. & f. de Muner. & hono. P. Disputat porrò pluribus Ioānes de Selua, in tractat. de beneficio, i. parte, q.7. num beneficia habeant munus spiritale, verū nos paucis dicimus, ea

que muneris appellationi subniciuntur, & in beneficis iuueniti posse, & officium quod & labore & animo sit exequendum. Neque quisquam est ordo Ecclesiasticus, qui non habeat sibi coniunctum munus & officium, quod clare liquet ex titulis de Offic. Archidia. de Offi. Archipresbyt. de Offi. primicij. de Offic. sacristæ. de Offi. custod. de Offi. vicarij.

Onera realia seu munera, quæ ratione rerum beneficiorum præstatur, multa etiam iuuenientur inter quæ iura Episcopalia ordinatio & extraordinaria, subfidiaria, c. de monachis, de Præbē. c. concurrēte, de Offic. ordin. c. cum Apostolus, de censib. c. requisiuti, de Testa. Si exemptio vlla beneficiuni non defendat, c. quoniam, 21. & c. penit. de Privileg. Sunt & pensiones orierantes suetus beneficij, ut in c. nisi essent vni prouidi, de Præben. c. quamuis, co. tit. in Sext. c. ad audientiani, in 2. de Rescip. Docebit autem quid sit pensio, & in quibus rebus beneficij constituatur, & de aliis quæ ad eam pertinent, vltra Gigantē tractatu de pensionibus, Rebuffus in tractatu de pacif. posses. in decima octaua extensio-
ne, à n. 91. usque ad 139. Sed & tractatu de congiua portione, examinat que pensio præstanta sit à beneficiario, eius vicario perpetuo. hixta cap. extir-
pand. 6. qui verb. de Præben.

Sunt & rursus annatæ, que & vacantiæ dictæ, ad onera beneficiorum pertinentes, que dantur adueniente noua vacatione & collatione, de quibus tit. de annatis, in Pragmati. & Cōcorda. in Extraua. suscepit, ne sede vacante, in Extrauaganti. communib.

Proxima annatis est decima pontificalis, de qua in Clem. vlti. de Decimis: que etiā potest ad principes

INSTITIONES NOVÆ

pertinere, ex priuilegio summi Pontificis, alioquin enim imponi non potest,c.clericis,de immu.Ecclesia.in 6.quod tamen cap.ex parte correctum est,per Cle.vni.co.tit.Tradūt etiā Regem Gallorū generali priuilegio suffultū, vt possit cū videbitur hāc decimam à beneficiariis exigere nomine domi gratuiti, vt notatur in stylo parlamēti.4.par.ti.4.de priuileg.

10. Est & onus alendi patronum Ecclesiæ vbi ad summam peruererit penuriā seu inopiam. cap.no-bis,de Iude patron.Alia onera ponuntur,alimentatio pauperum,Ecclesiarum reparatio,alimenta clericorum,in c.vobis enim.23. cum 8.sequentibus 12. q.2.c.1.& 4.de his, de eccles.xedifica. Disputati & de reparatione ecclesiarum amplius in ca. fi. de his quę sunt à maio.par.cap.Imperatores etiam Theodosius & Valentinia. in l.nemine,ii.de Sacrosanct. eccles. onus rerum ecclesiasticarum in angariis & parangariis ponunt. *Neminem inquit, ab angariis vel parangariis, vel planstris, vel quolibet munere excusari precipimus, cum ad felicissimam expeditionem nostris numeris omnium provincialium per loca, quā iter accipimus, debeant nobis solita ministeria exhibere, sic et ad sacrosanctas Ecclesias possessiones pertineant.* Rursum idem Cæsares,in l.nullus penitus,21. de Cursu pu-blico.lib.12.C.tit.51. *Nullus penitus cuiuslibet orationis dignitatis, vel sacrosancta Ecclesia, vel domini regia, tempore expeditionis, excusatione angariarum vel parangariarum habeat. trāscripta in li.5. Synop.Basilic.tit.1.c.7.* Angariarum nomine vigilæ,stationes,gestationes, in usum belli contineri,tradit Vegetius 2.de re mil-ta. Quę necessitatis causa tempore expeditionis subeuntur, angariæ nomen ipsum, necessitatem & acceleram

accelerationem cursus & ventionis ostendit: ut non possit haberi ratio rerum aut personarum pro illis, siquidem, ut Herodotus lib.8.scribit, agens de publicis censoribus, qui nobis *les Postes*, dicuntur, tertio, inquit, τὸ διέφανη τῶν ἵππων καλέεται Πέρσαι ἀγγαρίον ad est. Hunc censum equorum Persae vocarunt angarium, ἀγγαρίον ibi Iomice pro, ἀγγαρίον quod est ipse cursus equorum, unde ἀγγαρία officij eius præstatio, angaria. Suidas quoque annotat ἀγγαρία esse, ἀντητὸν ἡ διάλεικα ακούστων, ἡ ἐκ Σιας γνωρίων ὑπερον, id est, Angariam esse, coactā & multam servitutem, & servitū quod aliquis vi adactus obicit: quare angaria euit, illius officij præstatio, quum quis ad currendum vel batuandū aliquid adigitur. Distinguuntur ab angaria, ἀγγαρία: ēst enim, ut dicunt Graci, ἀγγαρία ἡ παροδία ἡ στάτη τῆς δημοσίας ἡ δὲ τῆς ἡ διέφανη ἡ πόλεως, ὡς τοιχὸν ἐπεῖδεν ὅτι τύπον. ἀγγαρία ἡ δὲ τῆς πλαγίας ēst ē. Archadius Iuriscon. in l.fin. §.cursus vehicularis, de Vaca.muner. lib.50.P.ut.4. minus hoc dicit personale. *Cursus vehicularis*, inquit, item *angararum prabus*, personale n. m. est. Statuerunt aliquando Honorius & Theo. CC. I.ad instructiones, 7. de Sacrof.Ecc. C.ad instructiones pontium & itinerū, etiam diuinas domos & venerabiles Ecclesiastēs teneū, cōq, non essent inter fordia munera. Fuerūt & alia onera & ierbis Ecclesiastēs imposita; cum à personis Ecclesiasticis, tum etiam à temporalib. seu seculariib. magistratiib. & pūncipib. que tamen reiecta fuciūt, nisi in quantū per Ecclesiastēm approbata sunt, vel ab ea liberè cōcella auxiliū charitatiū gratia, iuxta c.i.de Immunita. Ecclesiastē. in Sex. & cap.4. cuius.t.t.apud Gregor. facit Authen.

INSTITIONES NOVAE

vel constitutio Friderici, Caff.de Sacrosancta Eccl.
C.Pugnat eōtra has illicitas angarias exactas,&im-
positas Ecclesiae & personis ecclesiasticis, adueſus
Ludouicum Regem Galliarum Iuo Carnutensis,
epist.266. 73. 82.151.271. & ait ſummum Pontificem
ſub anathematis vinculo prohibuſſe : & quamuis
etiam ſecundum Iacobum de Arena , Iac. Rauen-
natem, Iacob. Butfigarium, Baldum ad Iad instru-
ctionem,de Sacri.Eccle. C.teneantur Ecclesie con-
tribuere cum laicis ad refectiones mœntorum &
pro fortificatione , vt loquuntur , ciuitatis , tamen
non poſſunt de iure cogi per laicū gubernatorem,
vel per princepem : ſed per earum iudicem compe-
tentem,vt notant Cynus & Bald.ad d.leg.ad instru-
ctiones,vide Guido.Papæ.decifio.78.& d.7. Diftin-
guunt & Cynus & Baldius vltra , quod si contribu-
tio fuit ad milios & moenia ciuitatis , ad ornatum
eius , quod perfonæ ecclesiasticæ nec Ecclesia ad
eam tenentur : ſi verò fuit ob necessitatem , & ob
belli ſuſpicionem , teneantur ita tamen , vt per ſe-
cularem iudicem non poſſint cōpelli , ſed per Epi-
ſcopum. alleg.c.i.de Immun. Ecclef. in ſex. Obſer-
vandum tamen , onera realia rebus imposta, tran-
ſire in Eccleſiam : & eam ad pŕeſtationem obliga-
re,vt diſputat Guido Papæ.decif.79.Bartho.Et Peti.
de Bella Perti.in l.rescripto,§.fin.de Muner.& hon.
P.quia conſtitutio principis ligat poſſeffiones cleri-
corum in eorum territorio ſitas,c.poſtulaſti,de for-
compet. & temporalium bonorum ratione, clerci
principibus ſunt ſubiecti. §.his itaque, n.q.i.c.foli-
ta,de Maior. & ob.facit cap. ſi tributum,& ibi Ar-
chid.n. q.i. Si tamen realia illa non ſunt onera ad-
hærentia

herentia rebus, superindicto non possunt onerari clerici clerialiter viuentes, pro rebus etiam rusticis, tamquam pro folidis munerebus, vt in l. placet, C. de Sacro. Eccles. Plenius de hac re Guido Papaeus, dec. 381. 382. 383. 384. vbi & de nobilibus, vt non contribuant etiam ad onera rebus quas acquisierunt imposita.

Clericis hominibus insuper fuit iniunctum onus ⁱⁱ aliquid dicendi officium diuinum seu precum ordinariarum, nec in summa datur beneficium nisi propter officium, c. f. de Rescrip. in Sex. c. pastorale, 53. & fin. de appellatio. Diurnum officium & nocturnum, preces sunt, quæ certis & designatis horis dici debent, iuxta sacrorum canonum sanctiones, vnde dicuntur horæ canonicae, quæ quibusdam locis dici debent, vt in Ecclesiis collegiatis signo dato, pulsatis campanis, vt c. i. de Celeb. Missâ. aliquibi sufficit priuatim dicere: & ex causa permittitur, vt simul & semel omnes uno contextu mane dicantur, iuxta cap. i. de Celeb. Missâ. Iam enim & tempore Clementis Romani, & Apostolorum, distinctæ sunt preces aliquomodo iuxta certas horas, vt liquet ex libris eius constitutionum apostolicarum, & tépote Clementis Alexandri, vt ipse scribit 7. Stroment. n. erat distinctiones seruatae, & meminit de tertia, sexta, nona, Commune hoc omnibus, vt obonovij dictioni holarum, eas dicat sine syncopatione attente, deuotè, & sine interruptione. c. doentes, de Celeb. Missâ. Cl. i. eo. titu. Intitulati Ecclesiis collegiatis, singulis diebus & horis tenentur in Ecclesia esse, vt pensum suum orationum, decreta temporibus perfruant, alioquin si non satisfiant,

INSTITIONES NOVÆ

ciant, & admoniti contemnāt, possunt deponi, iuxta ea. fi. 92. dist. ex concilio Græcorum Bracharensi Martini c. 64. & Toletano 1. ca. 5. Cæterū in quæstione num omnes clerici teneantur ad munus seu officium dicendi horas canonicas; distinguendum est, de clericis & officijs precum; aut enim sunt presbyteri, & proculdubio tenentur, dicto cap. 1. de Celebratio. Missa. & clem. 1. co. tit. aut sunt in minoribus ordinibus constituti, infra subdiaconatum, in quo casu subdistinguendum, an habeant beneficium, an non habeant. Si non habeant, consuetudo excusat, ut non teneantur ad horas canonicas. aig. cap. cùm dilectus. de consuet. Panor ad cap. 1. de Celebra. Missa. Quod si quis ex patrimonio Christi viueret, & esset intitulatus ecclesiæ, putarem eum teneri ad horas aliquas, d. cap. fin. 92. distin.

12 Quare Iohannes Calderi. ad cap. 1. de Celebra. Missa. tradit beneficatum non dicentem Officium per negligentiam, & nulla rationabili causa excusatum, teneri ad restitutionem fructuum perceptorum tempore quo non dixit. Ratio poterit priori eius sententie dari: quod ob non residentiam possit quis pruriari beneficio, ca. penul. & fi. de Cleii. nō residē. Si vocati contumaces non venerint, cap. vni. cod. tit., in Sex. nempe ob cultum diuinum non factum, idè multo magis poterūt, quo tempore non dixerint officium, & cultum intermisserint, fructibus eius temporis. Secunda ratio, quia datum ob causam, ea non soluta repeti potest. l. i. & sequentibus. de Conditio. causa data causa non secuta. P. toto titulo. C. de condition. ob causam datorum datur, autem beneficium causa officij, ut dictum est.

Et pio

Et proinde dicebat repeti posse fructus Calderin. neque ferendum eum qui lucrum quidem amplectitur, onus autem subire recusat. l. vni. §. pro secundo, de Cadu. tollen. C. l. fin. §. sed cum in secundam, C. de sur. regula niz. secundum naturam. Duratamen visa est hæc sententia Cardinali, neque etiā placuit Pano. ad d.c.i.de Celebratio. Milià. num.9. Cumus sententia contariæ ratio prior esse potest, quæ respondet secundæ adlatæ in favorem sententiae Calderini: Quòd beneficium non detur simpli- citer, eamque ob solam causam, ut cōtinuè & per- petuò officium horâsve canonicas dicat, sed etiam quia clericus est, & vt assumptus in sorte vel par- tem Dei, nutritur in sorte illa dominica c.2.c. epi- scopus, 4.ca. cum secundum apostolum, de Preben. aliaſque ob causas. Namobiem etiā una ex illis deficiat, nempe quòd non dicantur aliquando horæ canonice, tamen dum aliæ remanent, quæ suadent beneficium retineri, sustinebitur beneficij possessio. arg. l. liberorum, xj. §. i. de His qui notan. infamij. Deinde 2. pro omissione diuini officij, alia pœnia seu pœnitentia à iure negligentibus est imposta, quam priuationis aut institutionis fructuum per- ceptorum, vt in c.29. si quis in cle. o. 7. q. 1. in quo ex Concilio Agathensi, c.64. sic scribitur. Si quis in cle- ro constitutus, ab Ecclesia sua auctoribus disfuerit, id est, in Nauitate demissi, Ipsib[us] Santa, Pascha vel Pentecoste, dum potius secularibus lucris studet quam ser- vatio Des parere, conuenit vi & iennio à communione sus- pendatur. Similiter diaconus aut presbyter si per tres heb- domadas ab Ecclesia suis desuerit, huic damnacioni fac- cumbat Requirit & ius admonitionē & correctionē

ante

INSTITIONES NOVAE

ante depositio.nem c.si.92. dist. Possunt & indici à confessoriibus aliæ poenitentiae ex arbitrio pro en-
cunctantis omissionis diuinæ officij , cùm hodie ri-
gor canonum poenitentialium non seruetur , sed
remittatur ex arbitrio confessorum . cap. 2. & ibi glo.
ad verba, *viximus fuisse*, &c. quæsitus, de Pœn. & ie-
missio . lib. 5. tit. 38. c. mensuram, de Pœnit. dist. 1. cap.
tempora, 26. q. 7. Neque obest quod dicitur, propter
non residentiam priuationem induci beneficio-
tum : nam hoc verum est , dilationibus & vocatio-
nibus , reique cognitione adhibitis. Sed nec in illa
priuatione quam fieri posse dicitur , mentio habe-
tur , quod ideò debeat damnari ad restitucionem
fructuum perceptorum ante priuationem ob non
residentiam, etiam per decennium, quo absens fue-
rit, in ca. ex parte, de Cleii. non residen. Arbitratur
tamen Panor. ad d. cap. 1. de Celeb. Mulfium. tutius
esse in foro conscientiae & animæ priorem senten-
tiam, de restituzione fructuū, credere venire , at in
foro fori posse contrariā locū habere verū pro omis-
sione dicti officij , posse nihilominus absolutionem
dari, imposita pœnitentia, vt qui omisit iterum di-
cat officium; neque putat peccatum mortale, si per
oblivionem , vel propter infirmitatem , vel ob alia
quædā impedimenta, & nō ex malitia fuerit omissum:
quæadmodū & excusabitur qui nō habet libros seu
Breviarium vt dicat , dummodū officij omissionem
suppleat, per psalmos alios, vel *Pater noster*, &c.

13 Porro controvèrtitur , num absens studioū cau-
sa, teneātur horas canonicas dicere. In qua quæstio-
ne, sunt qui dicāt scholarē nō teneri, si dimiserit vi-
cariū idoneū in Beneficio , vt Bal. in procœmio De-
cretalium ad verbū, *Gregorius*, nu. 14. Joānes Andreas

ad c.i.de Celeb. Missa.Joannes de Lignario,ad cle.
i.eo.tit. Lucas de Penna ad l.hac lege, de Prox.sac.
scrinio.l.i.12.C.in 4.q.Sunt alij qui dicāt,scholasticū
sue is beneficiatus sit,aut non,sue in maioriib. siue
in minorib.ordini.fuerit cōstitutus,teneri horas di-
cere,vt nec Episcopus ratione studij valeat dispen-
sare,cuius sentētiæ est Nicolaus de Ploue,in tract.
de horis canoniciis,parte i.q.6.post alios ibi citatos,
& Albertus Trotius in tracta. de pefectione cleri-
corum,c.42.& alij. Porro Host.& Ioan.Andi.vt re-
fert Alberic.de Ferraris,de horis cano.nu.22.dicūt
expresse ita non fuisse definitū,& lubēter audituros
quod de eo Ecclesia statueret.vt refert Hotatius Lu-
cuis de priu.schol.priu.100.Et mihi certè hberū erit
dicere scholasticis maximè profuturū, si diuinis of-
ficiis incumbat, postulantes à domino sciētiā & sci-
pturarum intelligentiā.hæc enim est cōpēdiosa via
ad doctrinā vberimā plus orare , quam studeat,vt
plura notabilia hac de re tradidi, vidēda in cōr.ad
lib.2.Syn.aitis mirab.c.i.to.i.cōmēt.Ordinatus verò
in Ecclesia aliqua,aut intitulaus seu beneficiatis,of-
ficium dicēdum euit, psallēdive modis tenēdus,se-
cundum mores Episcopatus,in quo quisq; euit inti-
tulatus vel beneficiatus,c.instrutio Missiū,de Cō-
fessi.dīs.2.ex cōcilio Gerūdīsi,& in c.altaria,de Cōfes.
dist.i.c.h.i.12.dīs. Potest & clericus inscīmēs Episco-
po, se accommodare officio diuino quod ipse dicit.
Clem.2.de Celebri. Missa. si ipse cū Episcopo horas
dicat,nō aliter,secundum mentē eius Clemēti.Item
si quis habeat plura beneficia diuersorū officiorū,
precum, potest dicere horas , secundum usum ma-
joris seu dignioris beneficij , & magis dignum tra-
hit ad se minus dignum. capit. quod in dubiis , &c

INSTITUTIONES NOVAE.

Confecrat. Eccles. vel alta : etiam in officiis diuinis aliis dicendis, Clem. dignum, de Celeb. Missa. ca. de his, 12. dist. quod si beneficia sint equalis dignitatis, potest eligere officium eius quod voluerit, eritque locus gratificationi. arg. c. duobus, de Rescr. in Sext. & I. fin. de religio. & sumpt. funer. P. Si tamen publicè agendum sit officium dignum, dum praesens erit in Ecclesia, eius Ecclesiæ ritum & ordinem seu formulam psallendi & celebrandi sequetur, secundum consuetudinem eiusdem, & aliis ibidem existentibus conformis efficietur, ca. in his, u. dist. cyp. cognovimus, 12. quest. 2. c. quia circa de priuilegiis, cap. de monachis, 16. q. 1. Ex cōcilio Tridentino hodie vſus communis Romanus receptus, antiquitus ex principio Pij 2. Maneuae concessio, domestici regis & regiae Francie, capellam & clericis eorum, poterant officium dicere ad vſum Romanum vel Parisiensem. Vide de his, &c de pluribus quæstionibus de officio diuino per beneficiatos & alios clericos q̄bundo, apud Cosmam Guymier, in cōmen. ad §. i. tit. qual. horæ sunt dicende extra Choium, ad verbum, reueantur.

De residentia beneficiorum.

C A P. VII.

- 1 Quod residentia in omni beneficio exigatur etiam minoris valoris.
- 2 Vt maioris in dignitatibus.
- 3 Cardinales residere tenentur in titulis.
- 4 De ratione residentie.
- 5 Alias ex edificiorum religionis & bonorum Ecclesiæ.

- siarum deterrimentis, sumpta residentia ratio, & de
presentia magistratum necessaria.*
- 6 *Praesentia prepositorum mulierum prodest.*
 - 7 *Quomodo priuetur beneficio non residentis.*
 - 8 *Residentia absentis excusari potest dispensatione aut
consuetudine.*
 - 9 *Et quando pro praesente habetur, ut si qui absint pro
proprio prelato, vel summo Pontifici.*
 - 10 *Si absint studiorum causa, & rationes.*
 - 11 *Quamdiu duret hoc studiorum privilegium. c. 12.*
 - 12 *De percipiendis per studentes fructibus beneficiorum.*
 - 13 *De absentia rationabili excusante non residentiam, ut
infirmitatis causa.*
 - 14 *Inimicite capitales.*
 - 15 *Peregrinatio.*
 - 16 *Negotia Ecclesie.*
 - 17 *Dispensatio, & quando cessant excusationes.*

V E R B A que in finitione ponuntur, qui-
bus significatiui portione bonorum tem-
poralium esse certis ædibus assignatam,
aperte probant, ratione ædium sacra-
rum vel beneficij, piæpositos fructus percipere,
& cum fructibus munera spiritualia illius Ecclesie
non alterius, curare debere, & ideo ut possint ea
exequi, exigere assiduitatem piæpositi. Quare con-
stituitur regula generalis, omne beneficium requiri-
rere residentiam, cap.ad hæc, 13. de Præb. ex concil-
io Lateranen. sub Alexandro 3. habitu, cap.rela-
tum est, 4. cap. quia nonnulli, cap. quia in tantum,
de Cler. non resident. cap.fin. de Offic. Vicir. cap.
peruenit, de appellatio. cap. singula, 89. distinet.

INSTITUTIONES NOVÆ

1. generaliter sancimus, 40. de Episcop. & cleric.C, quantumuis sit minimum,c.conquerete,6.de Cler. non residenti. Quia postquam quis minimum acceptauerit, & de eo debet esse contentus , vel illud dimittere non cum illo aliud iungere,d.cap.quia in tantum,5. cap.præterea,14. cap.de multa, de Præb. cap.execrabilis,circa finem,de Præben.in Extrauagant. communib. & vnicum Vicariatum iure quis potest habere tantum, ca.fin.de Offic.Vicar.neque licet iure communi possidere vnum beneficium & vnam Vicariam, perpetuum maximè,nec duos Vicariatus,can.i.eod.tit.de Offic. Vicar. duabus enim Ecclesiis nemo commodè inferuire potest , & dum utramque curare properat , neutri fidem reddere quibit,ca.presbyteros,16.quæst.i.l.nemo, de Assess. C.d.c.quia in tantum, de præb. & c.quia nonnulli, de Cleric.non residen.Placuitque ut habens Ecclesiam, si alteri se permittit intitulari,priori priuetur, c.literas,de Concessio. præb.ca.si quis iam translatus,21.quæst.i. c.super mordinata, & c.de multa,de Præben. Et si clericus non possit, vel nolit residen-tiam in beneficio facere, non erit ei conferendum, cap. relatum est nobis, 4. de Clericis non resident. lib.3.tit.4.

2. In maioribus etiā,multo magis habebit idipsum locum, & residere tenebūt in illis eorum præpositi: sic in sessione 6.cap.i.de reformatione, in Concilio Tridentino in hæc verba constitutum. *Si quis à Patriarchali , primatiali , metropolitana seu Cathedraū Ecclesia , sibi quocunque titulo , causa , nomine seu iure commissa , quocunque ille dignitate , gradu , & preemi-
nentia profulget , legitimo impedimentoo seu iustu , &*

rationabilibus causis cessantibus, sex mensibus continuus extra suam dioecesim morando effuerit, quarta pars fructuum unius anni fabrica Ecclesie, pauperibus loci, per superiorem Ecclesiasticum occupandorum pœnam ipso iure incurrit: Quod si per alios seu menses in hunc modi absentia perseverauerit, aliam quartam partem fructuum similius applicandam, eo ipso amittat. Crescere vero contumacia, ut superiori sacrorum canonum censura subjiciatur. Metropolianus suffraganeos Episcopos absentes: Metropolitanum vero absensem, suffraganeus Episcopus antiquior residens pena interdicti ingressus Ecclesie eo ipso incurrienda infra tres menses per lucras seu nuncium Romano Pontifici denunciare teneatur: Qui in ipsis absentes, prout cuiusque maior aut minor contumacia exegerit, suprema sedis autoritate animaduixerit, & Ecclesie ac pastoribus utilioribus prouidere poterit, sicut in domino nouem salubriter expedire. Idipsum postea confirmatum & explicatum in eodem concilio, sessio. 23. cap. 1. de Reformatione: & posseatum ad Cardinales & in Bulla Pij. 4. super residentia prælatorum, & aliorum residere debentium, sub data 7. Kalen. Decembrii anni 1564. & Pontificatus eius anni 5.

De Cardinalibus, quod illi etiam in suis titulis teneantur residere & alioquin admoniti priuari possint, tractatur in c. 2. de Cler. non resident. Iustinianus in §. & illad etiam definitus, cap. 2. Nouellæ 6. Quomodo oporteat Episcop. &c. Statuit, ut nemo venerabilem Episcoporum foris à sua Ecclesia plusquam per totum annum abesse audieret, nisi per imperialem hoc fieret iussionem, tuncque esset inculpabilis; alioquin sacratissimis utriusque dioecesos

I N S T I T U T I O N E S N O V A E

Patriarchis , iniungit, vt compellant Deo amabiles Episcopos suis inhætere sanctissimis Ecclesiis , absentes vocent , & contumaces priuent Episcopatu. Et in Nouella 123. §. interdicimus , de Sanctissimis Episcopis prohibitum , ne ultra annum Episcopus relinquat Ecclesiam suam, etiam ex necessitate, aut cum licentia Metropolitani aut Imperatoris. Et si fecerit, prohibetur, ne ei ab economo Ecclesiæ administrantur expensæ: dehinc statuitur, admonendos à Metropolitanis ut redeant, & si non redierint, reuocandos iuxta canonicas sanctiones & regulas, & nisi intra definitum tempus rediuerint, ab Episcopatu expellendos , & alios in locum eorum subrogados.

- 4 Ratio residentiæ, vt monui à cura & solitudine impendenda Ecclesius , oritur , ut attendant præpositi sibi & universo gregi , in quo Spiritus sanctus posuit, regere Ecclesiam Dei , quam acquisiuit sanguine suo. Actor.20. Et vt alibi præcipitur , ut in omnibus laborent & ministerium suum impleant . 2. Timoth. 4. D. Ioan. ca.10.cap. si rector 43. distinct. ca.aduersus, 7. quæst.i. c. nisi de Renunciatio. Implere autem non possunt , si greges sibi commissos mercenariorum more deferant, si custodiæ eorum non incumbant, quam sine peccato maximo omittere non possunt, obnoxij rationibus reddendis animarum quæ perierint eorum negligentia & absentia: sanguis enim illarum de manibus illorum à supremo judice requirendus. Ezechiel.33. & 34. & Act.20.cap. Ephesus 43. distinct.

Nemo etiam ignorat quantū detrimenti accedat rebus & ædificiis Ecclesiariū , & religionis inculta, ob absentiam Episcoporum & præpositorum, quot hæresi

hæreses absentibus pastoribus sequuntur in gregem
destitutū custode, etenim lugubris hæc spectacula,
ante oculos cuiusque obuetantur, ut non opus sit
memoriam narratione longa & vulnera refricare.
Hocque commune malum, & maioribus & minoribus Ecclesiis neglectis contigit. Testis erit ipsa
Roma, quæ postquam Clemens 5. anno Domini
millesimo trecentesimo quinto, transtulit sedem &
curiam in Galliam, sensit inestimabilem rei suæ ia-
cturam: nam per septuaginta quatuor annos, quibus
ibi remansit, cum omnium Christianorum magno
incommodo, ut ait Platina in vita Clem. 5. templa
vibis magna ex parte ob solitudinem, & situm cor-
ruere, absentibus us ad quos ea restituere pertine-
bat: totâve Italia tumultibus & seditionibus pro-
priis penè corruit, labefactatis moribus, donec re-
stituta fuit sedes loco pristino, per Gregoriū xj. qui
omnia quoque collapsa reposuit, & mores resor-
mauit suo aduentu, ut scribit Plat. in Grego. n. Vo-
l. later. libr. 22. Anthropologiæ. Magistratum solici-
tudo & cura, presentes semper desiderat p̄epositos,
ut non sine ratione licitum nō esset praesidi Prowincie
egredi Prowinciam nisi voti soluendi causa, &
ea lege ne abnoctare ei liceret, teste Maitia. Julisc.
in L. illud, 15. de Offic. praesid. in P. Sicut nec Tribu-
num plebis per unum diem absente Roma licuit, ut
ait Dio Caflius, lib. 37, sic enim scribit de Metello
nepote, qui se, urbe relata, ad Pompeiū contulerat.
Atque Gellius lib. 3. cap. 2. Titus Liuius lib. 36. refe-
runt edictum à Consule, non licuisse Senatoribus,
quibus ius sententiam dicendi in senatu esset, &

INSTITIONES NOVÆ

minoribus magistratibus longius vrbe abire quam
eo die redire possent. Nec prætori licuit vrbe abesse
ultra dicem dies. Cicero 2. Philippica.

6 Rectius geritur negotiū vbi præsens ac testis est
is cuius est ipsum negotium, vnde ortum adagium.
Frons accipitio p[ro]p[ter]o, id est, prior & melior, apud
Plinium lib. 18. ca. 6. Meminit Plutarc. in Apoph.
Antigonom Secundum, cū esset aduersus Ptolomei
regis absentis milites pugnaturus, gubernatorique
admoneret plures esse naues hostium, dixisse: Pro
quot naibus suppitas quod ego hic presto sum?
sentiens ad omnia negotia pluimum habere mo-
menti si princeps magis strenuus præsens cunctis
rebus interficit.

7 Cæterum non dicetur ipso iure priuatus benefi-
cio, si in eo residentiam debitam non præstiterit, sed
opus est causæ cognitione & iudicio, ca. 2. & ca. re-
latum, de Cleri. non resident. Quia plures esse pos-
sunt causæ, quibus absentia sine damno & culpa
esse possit. Et prouide vocandus est absens, vt con-
sumac[i]a cōiectus, priuetur, c. inter quatuor, & c. si.
de Cleri. non resident. quod si nesciatur vbi absens
sit, vt difficile vocari possit, voce præcomis publicè,
vel in loco beneficij vocatur. ca. tuæ deuotionis, II.
de Cier. non resident. in eius §. 1. datur alia pena
absentium, vt in eos procedatur etiā per sententiam
excommunicationis & suspensionis, & in c. fin. eius
tituli, alia vt per substractionem prouentuum ad-
dicandorum Ecclesius derelictis cogantur redire.

8 Excusari autem potest absentia beneficiati, pri-
mum per connuentiam, in simplicibus beneficiis,
c. cum iamdudum, de Piæbend. 2. ex dispersione
plurium

plurium beneficiorum possidéorum, sufficit enim dispensatum in altero residere. Glos. ad §. sed insuper, in verb. *Pluralitate*, de Collat. in *Pagina*. *sanc-*
tio. Cùm enim aliquid conceditur, omnia cen-
 sentur collata, sine quibus concessio uti non possu-
 mus. l.2. de Iurisdict. omnium iud. P.l. fin. de Offic.
 eius cui manda est iuri. P. Iquidam consulabant,
 de Re iud. P.c. cum vigesimum, de Offic. deleg.

Tertio, quis excusat à residentia in his causis
 absens, in quibus nihilominus habetur pro præsen-
 te: cuius primum exemplū sit, in absente existēte in
 servitio summi Pontif. et si eius familiaris sit. c. cùm
 dilectus, e. ad audientiam, 21. de Cler. non resident.
 & in personis que videtur esse pars corporis pri-
 ncipis. vt l. quisquis, ad leg. Jul. majest. ca. si quis cum
 militibus, 6. quæstio. 1. Id ipsum si sint in servitio vel
 familiaritate sui Episcopi, duo videlicet ex canonis-
 cis, non amplius: habent enim tanquam præsentes,
 integrum plæbendā exceptis distributionibus quo-
 tidianis, c. ad audientiam, 21. & cap. de cætero, de
 Cler. non resident. Ecclesia in Episcopo & Episco-
 pus in Ecclesia, d. c. scire debes, 7. quæst. 1. Familiates
 olim dictos famulos, docet Seneca lib. 6. epist. quia
 & Oseis olim famul seruus dicebatur: quemadmo-
 dum apud Vlpian. in l. i. de vi & vi anima. P. familiæ
 appellatione ferui continentur, & in l. ædiles aiunt;
 §. familiæ, de Ædilit. editio. P. Et qui subneantur
 nobis familiæ nomine continetur, vel lege, vt vxor
 vel natura, vt filij, nepotes. l. pronunciatio, 195. §. fa-
 milia, de Verb. signific. Sunt & familiates qui fie-
 quenter cum aliquo conuersantur, unde familiari-
 tas, in l. obseruandum, de Offic. præsid. P. Atque in

INSTITIONES NOVÆ

dicto c. cùm dilectus, de Cleri. non resid. familiares suos summus Pontifex dicit eos, qui circa illum se obsequiales exhibent, & qui in servitio eius sunt. Sunt quippe & homines liberi, qui bona fide nobis seruiunt, l. qui bona fide, 23. & l. homo liber. de Acquit. rer. domi. P. Familiares & commensales Papæ dicuntur officiales, & alij qui cupiunt panem seu annonam ex palatio eius, qui custodiam palati habent, & alij, ut notat Gomes in fine processiō ad regulas Cancellariæ. Bonifacius 8. in c. fin. de Verbor. signif. in Sex. clericos proprios & domesticos Episcopi explicat dici, qui familiares existunt, & sunt eius expensis continuè domestici, commensales, etiam si quos ex illis aliquando pro gerendis eius negotiis abesse contingit. Omitis familiaris est domesticus, secundum Felinū ad c. in literis, de Testib. Dominicus etiam ad d. c. fin. de Verb. signif. in Sex. veram dicit esse familiaritatē quæ corpore & dentibus fit. Vide multa quæ ad explicationem familiaritatis, commensalitatis, & servitij prælatorum pertinent, apud Gomes. ad regulam Cancellariæ, de impetriantibus beneficia vacantia per obitum familiaris Cardinalium, q. 13. quæ omnia docent, pio negotiis prælati familiares ei adesse, & ita pro presentibus in beneficio habēdos, tanquā absentes pro necessitate Ecclesiæ, cū prælato Ecclesiæ inseruāt.

10 Secundò, pro presentibus habentur, qui studiorum causa absunt, l. Seia, 20. §. Pamphilæ, de fundo instructo. lib. 33. tit. 7. iuncta lege Pauli, l. quæ situm est, 76. de Lega. Ideò beneficiati absentes studiorū causa, excusatui à residentia, maximè si absint de licentia Episcopi, constituto Vicario, c. cùm ex eo,

de Electione in Sex. cap. tuæ, c. relatum, de Cleri. non
residen. c. licet, de Præbend. & c. 2. de Privilégio, in
Sext. etiam si sint religiosi, Clem. i. §. cæterum, de
Stat. monach. Id ipsum si absint, non ut discant, sed
ut doceant, cap. fi. de Magistris. Videnda lessio 5. de
Reformat. Concilij Tridentini. Ratio alia istius ex-
cusationis, quod studiorum causa absens, videatur
pro veritate Ecclesiæ abesse, dicto c. cum ex eo, de
Electio. in Sext. & cap. fin. de Magist. nam eiuditi,
& qui erudiant, illustrant Ecclesiam, & ei veluti
columns ædificant, quibus sustinet & conseruari
possit: necessariaque Ecclesiasticis censetur etiam
canonum & temporalium cognitio, maximè præla-
tis, c. 1. & 2. 39. distinct. Sunt qui dicant, studentem,
ut gaudeat hoc privilégio absentiae, petere & obti-
nere debere licentiam a superiori, cuius in arbitrio
sit inquirere, num studii quibus incumbere decreuit
sit sufficiens & idoneus, Gl. ad c. elatū, ad verbum
prælatorum, de Clet. non resident. & ibi Pano. & alij,
qui dicunt etiā denegante Episcopo licentiam, posse
adiri superiori, vel eius vicariū qui concedat. Addit
& gl. ad c. inter quatuor, ad verba, *sine iusta causa*, de
Cler. non resid. non debere clericum abire etiam ex
iusta causa, sine licentia sui prælati, cum bonum nec
sit faciendū sine eius licentiā, c. cum monachi, 16. q. 1.
propter obedientiā, ne conténatur, & propter quam
omitti etiam debet bonum, c. 99. quid ergo, ii. qu. 3.
ex Gregor. c. 12. lib. 35. in Job. Sed & Episcopi olim
quamvis iusta haberet causam absentiae, tamen non
excusabantur, nisi licentiam seu permissionem im-
petrassent, vel à Metropolitano, vel ab Impera-
tore, ex cuius iustū poterant Reipublicæ negotia

INSTI TUTIONES NOVÆ

alibi agete par annum, §. & illud, cap. 2. Nouell. 6.
Quomodo oporteat Episcop. &c. notat & Balsamon in Concil. Chalcedoni. c. 4. Neque poterant ad curiam principis venire etiam pro necessitate Ecclesiae, priusquam accepissent literas permissorias à suo Metropolitano vel principe, §. nō autem aliter, cap. 3. dictæ Nouellæ, Quomodo oporteat Episcop. generaliter etiam presbyter vel alius clericus, transiens in alienam diocesim recipi non debet, sine commendatibus literis sui Episcopi, per totam 71. dist. & 72. quę etiam dari non debent nisi ab instanti rogato, ca. 2. d. 72. dist. ex Concilio Caithagin. 3. cap. 21. & ex Concilio Antiocheno, c. 7. c. fin. 71. dist. Veruntamen receptione est sententia, hoc beneficium absentie studiorum causa indulgeri iure ipso sine licentia prælati. per d. c. relatum, de Cler. non resid. Si sic legamus c. relatum, quod absentes possunt remoueri, nisi de licentia suorum prælatorum, vel studio literarum, vel pro aliis causis honestis contigerit eos absesse: quo loco distinguetur licentia ab studio literarum. Receptione & ita consuetudine seie vbiique, ut beneficiati se ad studia literarum conferant, sine licentia prælati. Panor. ad c. tuæ, nu. 5. & Imola ad c. ex tuæ, nu. 9. de Cler. nō resid. Legum autem optima interpres consuetudo, l. si de interpretatione, de Leg. De hinc & autoritate Apostolica licentia generalis studendi, & declarata causa legitimia absentie, data est, in c. f. de Magistris, quā inferiori Episcopus non potest retractare. c. cūm inferior, de Maior. & obedi. Quamobrem & dicunt, pro literis de non residendo, vel pro licentia studendi, nihil posse exigi, Archidiaco. Præpositus, Do-
mini

minicus ad c. de quibusdam, in 4. & 9.37. distinct. Rebuffus in praxi beneficio. tit. de Dispensatione ratione artatis, eo quod hoc sit beneficium iuris & debitum. Addere licet, quod frustra precibus impetratur, quod iure communi conceditur. I. vnica, de Thesauris, lib.10. C. tit. 13. Hie excipio leges & statuta capitulorum, si quae sint qua velint impetrari debere à capitulo licentiam studendi, vel ab Episcopo, eaque de re tempus definitum sit: nam illæ seruandæ erunt. cùm Canonici in receptione in canonicatum iurauerint statuta & consuetudines collegij se seruaturos, Ratione etiam obedientie claustralis, permisso in studiis erit etiam pialetati exigenda. Clem. I. §. cæterum, de Stat. monach.

Cæterum excusatio concessa studiorum causa ⁱⁱ
absentie, in perpetuum tempus non est, sed ad certum, legitimum studij perficiendi gratia. d. Clem. I.
§. cæterum, de Statu mona.ca. cum co. de Elect. in
Sex. ibi, *Elaſſi vero iſi ſpiennu*, &c. vide de septenno studiorum causa concessio, & quando continuum & discontinuum iungitur eius ſepenni tempus, apud Horatium Lucium, de Pr. uilegns Scholasticorum, priuilegiis, 96, & 94. Tempus studiorum completorum concessum graduandis in Concordatis Gallicanis, decennium in Magistris seu Licentiatis aut Baccalaureis in theologia: ſepennium, in Doctoribus seu licentiatis in iure Canonico & Ciuiili, aut Medecina: quinquennium in Magistris seu Licentiatis in Artibus, à Logicalibus inclusuè, §. piaterea volumus, verbi tempus autem, de Collat. in concor. vbi excipiuntur nobiles ex utroque parente, pateti videlicet & matre, in quibus, pro quinque-

INSTITUTIONES NOVÆ

quennio expressè iuriis civilis & Pontificij, non pro graduandis in theologia, dicetur sufficere tueri studium, quod firmatur constitutione Ludouici 12. atti. 7. 9. xj. & concilio Basiliensi seu Pagiati. sanctione, in §. Tertia pars præbendarum, verfic. *videlicet*, de Collat. quinquennum ad minus in iure civili perdiscendo requirit Iustinia. in §. sed quia solitum, in processio, ut mirau non possum de querundam temeritate, quos aliquando vidi acceptasle potestatem contendit statuta Academæ cuiusdam, qui nūquam mysteria Academiarum cognouerant. imò nec per omnes gradus ad summum peruenient, audacter inter alia capitula statuisse contia ipsius scientiæ patrem Iustinianum, sufficere tueri. Verùm transseat hic articulus cum erroribus aliorum, ipsi videantur num qui non norint colores, de his iudicare possint. Et poterit Academia tranquilla & viris doctis instructa, de tempore conuenienti graduandis, non addicta legibus incertis, pro ingenuo & capacitate eorum qui profecisse & meusse gradum ostendent, disponere. Verùm tempus studiorum definiri in sua plenitudine oportet, non tam fauore graduum, quantum perfectæ scientiæ adipiscendæ, cuius ratione absentia studiorū tempus quinquenij vel septenij definitum est à sanctis canonibus, ut pudendum fuerit lege yelle minucie in aliqua Academia iure statuti, tempus à summis Pontifici studiis concessum, & inter priuilegia Academiarum repositum, contra eos qui exererunt Academias priuilegiatas, & ita priuare personas ecclesiasticas hoc priuilegio absentiæ studiorum causa. Erit ergo septennum ad minus, cōcessum absentiæ studio

studiorum causa clericis & beneficiatis, per d.c. cum ex eo, de electio. in Sex, confir. Concil. Trident. ses. 5. c. i. de Reformat. in fine, dummodò in Academis priuilegiatis studeant, nō in villis aut aliis oppidis per seipso sine Academia priuilegiata, c. fraternalitatis, de Cleri. non residen. & non potest tempori ita fauore studiorum concessio, eiusque priuilegii derogari per consuetudinem aliquam, vt dicitur in c. fin. de Magist. Angelus consil. 245. in 6. dubio. Antonius Butrigar. consil. 42. Horat. Lucius in priuilegio scholasticorum, 98. in tercia ampliatione.

Hinc sequitur quod etiam nominatum decisum 12 est, vt studiorum causa absentes habeant fructus beneficiorum, referuata pensione, vel sufficientibus fructibus Vicarus in eolum locum pendente tempore in Ecclesias subrogatis, d. c. cū ex eo, de elect. in Sex. ca. fin. de Magistris, ca. licet, de Piacib. ca. 2. de Priuileg. in Sex. in Conci. Tridenti. sessio. 5. cap. i. de Reformation. in fine. Si tamen de præbendarum & canoniciatum fructibus percipiendis agatur à canoniceis vel præbendatis studiorum causâ absentiibus, subducuntur distributiones quotidianæ, quæ non nisi præsentibus in choro dantur, d.ca. licet, de Præben. & glos. ad ca. fin. ad verb. integrò, de Magistris. quod & in aliis absentiibus excusatis rescriptum in c. cætero, de Cler. non residen. apud Grego. cap. vniq. tit. in Sex. glos. fi. ad cap. 2. Priuileg. in Sex. Obseruandum tamen, vt si tantum quotidianæ sint distributiones, quæ faciunt præbendam, & yltia sit quedam distributio quæ in fine anni datur singulis, dicta glossa præsentibus debita, datur tantum studiis absentiibus, si verò fiat distributiones tatum us qui horis diuini officij intersut, & nō aliis qui non

INSTITIONES NOVÆ

inter sunt, quāuis in vrbe vel in claustro præsentes sunt, neque illæ illis qui studiorum causa absunt debentur. Nisi illæ distributiones essent sole quæ præbendam constituerent, nam tunc illæ daretur scholasticis absentibus, ne priuilegium studiorum de consequendis fructibus præbendæ in absentia sit inutile, & vt aliquid operetur, vide Feli. conf. 18. & ad c. f. de Magist. & ad c. Jacobus, de Simo. Boerni decif. 17. nu. 3. Horatium Lucium, de priuileg. scholastic. priui. 98. limitatione 3. Nec oblitus glossæ antiquæ, quæ videbantur dubitasse, num essent dandi redditus ecclesiastici clericis existentibus in scholis, eo quod redditus illis darentur pro sedulitate seu diligentia adhibita officiis concessis, vt in c. 26. concessio, 12. quæst 2. & ibi gloss. fina. & cano. generaliter, & ibi glossa, & can. charitatem, 16. q. 1. Siquidem illud dubium hodiè expressis conciliis sublatum est & decissum. Magis tamen videretur obesse c. f. de Rescript. in Sex. dum Bonifacius 8. revocat gratias à se & prædecessoribus per importunitatem petentium ambitiosam concessas, & per indulgentias perpetuas, de percipiendis fructibus beneficiorum suorum, distributionibus quotidianis duntaxat exceptis, siue in scholis essent, siue in altera Ecclesiarum suarum residerent. Ceterum dicemus in illo c. Bonifacium agere de indulgentiis perpetuis ratione studiorum, vel alter conceffis, non autem de temporalibus, studiis iure concessis, quæ non incident in ambitiosam, & prohibitam petitionem vel impetrationem; eo quod motu proprio sum. Pontificis sine petitione ullius censeantur concessæ in dispositione legis generalis, quemadmodum alia priuilegia

legia in corpora iuris clausa, vt notat Baldus nu.2.
Barthol.nu.6.Castren.s.nu.6.Iason.nu.15.ad Authét.
quas actiones, de Sacrosanct.Eccles.C. Neq; etiam
summus Pontifex derogando priuilegiis quibus-
cunque, ideo censetur derogare priuilegiis in cor-
pore iuris clausis, gloss. ad Authen. qua in prouincia,
ad verba, *omni priuilegio*. Vbi de crimi.agi oport.
C.gloss.ad.§. hæc considerantes, ad verb. *priuilegio*,
Ut omnes obediunt Iudicib. prouincia.in Authent.
glossa ad l.2. §. legatis, ad verba, *non compelluntur*,
& ibi Barthol.& ad l.hæres,in princip. & ibi Barth.
quoque, de Iudic.P.

Sed hæc haec tenus de illa excusatione quæ stu- 13
diorum causam habeat. Videamus de aliis quæ à re-
sidentia dispensat, si videlicet absentia sit rationa-
bilis, dicta Clemen.1.§. cœtuū, de Stat. monach.
vbi notat glossa inter rationales causas esse, si absit
propter loci & aeris intemperiem, propter infirmi-
tates, vel propter capitales inimicitias. Idem notat
gloss.fin.in cap.fin.de Cleli.non resident.Infirmitas
quippe excusat absentem non venientem, cap.ad au-
dientiam, 5.de Cleri.non residen. ca.præsentium, 7.
quæst.1 Et sciun e intelligitur, qui per infirmitatem
prohibentur quominus recipia inseruant, l.3.§. Sti-
chus, de Statu liber. & tales tempore infirmitatis
pascendi sunt, l. in rebus, &. possunt, Comoda. P.
Aha ratio in ca.1. de Clelio ægiota.ne metu huic
priuationis tempore infirmitatis, alij deterreantur
ab obeundis muneribus ecclesiasticis. Tertia, ne
afflictio detur afflictio, si daretur priuatio beneficij
aut fructuum,c.cum percussio,7.quæst.1.c.ex parte,
c.5.& fin.de Cleri. ægiota.1. diuus Marcus, de Offi.
præfid.

præsid.P.l.iure succursum, de Iure dot.P.Quo sit ut
beneficiato seu prælato ægrotanti non imponatur
priuatio, sed detur coadiutor, c.scripsit, c.quamuis,
7. quæstio.1.& ferè per totum titul. de Cleric.ægro.
Coadiutoris prima & optima ratio fuit, ut daretur
ad supplendum officium eius, qui illud non potest
exequi, vel propter senectutem, vel propter mor-
bum, vel alio modo, cap. 2. de Supplen. negligen-
prælat.in Sext. vbi glossa 2. ait, coadiutoriam finni
morte eius cui datur, neque mortuo eo qui iuuabat-
tur, censeri coadiutorem in locū eius subiogatum.
Videlicet autem plura de coadiutore & eius potesta-
tē, in glos.ad §. cui rei graue, ad verbum, *Iurisfultu*,
de Collat. in Pragmat. sanct. & apud Rebuffum in
tractat.nominationum, quæst.8.num.26.apud Car-
dinalem,& Ioannem Andreā, ad c.f. de Cleri.ægro-
ta.Oldrad.Cōsil.44.vide & c.vnic.de Cleric.ægro-
ta.in Sexto.

- 14 Capitales itimicitia excusant a contumacia non
venientem, in c.bonæ memoriae, in 2. de Election.
Interaperties quoque aeris, & mortis imminentis
metus, c.quorundam, 74.dist. c.ad supplicationem,
& c.nisi cùm pridem, de Renunciat. Item alia legi-
tima impedimenta itineris, iuxta l.2.si quis cautio, P.
15 Exit & causa peregrinationis excusatio, adhibita
licentia sui prælati, gloss.ad cap. relatum, ad verb.
Prælatorum, & ad c.inter quatuor, ad verba, *Sine m-
ista causa*, de Cleric.non resid. per c.36.non oportet
ministros altaris, de Consecrat.distinct.5.

Item si abest pro negotiis suis, c.præsentium, 7.
q.1.vel pro negotiis Ecclesiæ suæ, d c.ad audientiam
in fine.de Cleri.non resid.

Postremò & à residentia excusatur cui indulgen-
tia datur à summo Pontifice, ea de re, cap. penult. de
Cleric. non resident. Quæ tamen gratia, vt reliqua
privilegia, expirat reuocatione, vt c. si. de Rescript.
in Sex. vel necessitate in Ecclesia existente clericorum,
c. pen. ex parte, de Cler. non resid. c. placuit, 21.
quæst. 2. vel cessante causa excusationis, veluti ægri-
tudine, impedimento, &c. c. cùm cessante, de Appel.
l. adigere, §. quamuis, de Iur. patr. P. vel elapso tem-
pore præfixo excusationi, vt in c. cù ex eo, de Elect.
in Sext. elapso septennio,

De Titulis Beneficiorum. C A P . V I I I .

- 1 *Titulus beneficij unde formetur.*
- 2 *Titulus an alienari possit.*

Verbè illa rursum, *Ceris adibüs assignata*,
posita in finitione beneficij, indicant ti-
tulum beneficij, ex quo beneficium, &
beneficiatus appellantur. Mos antiquus
fuit, ne admitterentur in clerū, nisi in certa Ecclesia
adscripti essent, in qua digni essent habití qui stipen-
diis ecclesiasticis nutritur, vnde & clericus di-
ceretur, c. cùm secundū Apostolū, de Præb. in Sext.
c. cleros, 21. dist. totque tantum in Ecclesia institue-
bantur, quot nutriti poterant, non plures, c. i. de In-
stitutio. lib. 3. titul. 7. cap. quoniam, 9. de Vita & ho-
nesta. cleri. c. fin. de Verbo. significa. l. non plures, de
Sacrosanctis Eccles. C. §. 1. vt determinatus sit num-
clericor. in Nouel. & tot ordinabantur quot nutriti
poterant, cap. autoritate, de Institutio. cap. cùm
Martinus, de Constitutionib. cum similib. Inde ab

INSTITIONES NOVAE

Ecclesia in cuius alio erant descripti clerici, eius Ecclesiæ & tituli esse dicebatur & ut clerici Ecclesiæ sancti Stephani, sancti Pauli, &c. & ex illis clericis, eidē Ecclesiæ maioribus ordinibus inseruitur crebantur ordinati, ut formula ordinationis in ordine Romano docet, vbi sic ponitur pronuntiatio Archidiaconi nomine Episcopi, *De titulo sancti Stephani, eligimus Petrum in lectorem ad eundem uacuum.* Et hoc est quod legimus in sacris canonibus, neminem sine titulo ordinandum, cap. sanctorum canonum, & cap. neminem, in 1.70. dist. ex Concilio Vibani 2. habito Flacentiæ, & Chalcedonensi c.6. meminit & Niceph. Calixtus lib. II. ex istis ordinatis, assumptos diaconos, subdiaconos, & ex diaconis, presbyteros: èò etiam pertinet diuīlio fructū Ecclesiæ, quoium una pars, clericis scilicet, in ea intitulatis, debebatur. in c. de redditibus, & ca. quatuor, 12. qu. 2. Et quia illa portio à certa Ecclesia nominata, titulo aliquo distincto ab aliis percipiebatur, siebat ut ei Ecclesiæ adstricti essent ordinati, sub eius annona & titulo, nec possent se ab eadem in aliam sine proprij Episcopi consensu, transferre, & si de facto id fecissent, possebant reuocari, etiam per sententiam excommunicationis: quemadmodum refert Gregorius Turonensis, lib. 10. c. 14. Factum de Theodulpho diacono Parisiensi, à Raiginimodo eius Episcopo excommunicato, quod ab Episcopatu Andegauensi noluisset redire ad propriam Ecclesiam. Et in Concilio Tridentino, sessione 23. c. 16. statutum, ne ullus in posterum ordinetur clericus, quin illi Ecclesiæ, aut pio loco, pro cuius utilitate aut necessitate assumatur, intituletur, vbi suis fungatur munerib. néve inceru

vagetur

vagetur sedibus : & vt, si locum inconsulto Episcopo deseruerit, ei sacerorum exercitio interdicatur. Idem statutum antea in Concilio Niceno, c. 15. & 16. in Antiochen, c. 7. Chalcedonensi c. 13. can. sanctorum, 70. distin. Trahi in argumentum potest, quod Constantinus, in l. mancipia, de Seuis fugitiuis, statuit, ut mancipia diversis artibus praedita, quae ad Rem publicam pertinent, in usdem ciuitatibus permanerent, nec inde auocarentur vel solicitarentur, & quod Valent. & Theodos. CC. iubent in l. fin. eiusdem tituli, publicos seruos deputatos fabiis, vel aliis operibus publicis, si tanquam propriae conditionis immemores se immiscuerint ancillis, vel dominibus alienis, restituatur pristinae conditio-
ni cum uxore & liberis.

Hæ intitulationes, quæ requiebant assiduitatem, seu residētiā intitulatōrum & clericōrum, impo-
suerunt necessitatē Episcopis ordinandi tantum eos qui haberent titulum alicuius Ecclesiæ, aut sufficiens patrimonium ad viētum quod pro titulo esset, alioquin non habentem ordinantes cum nu-
trirent donec illi prouidissent de aliquo beneficio Ecclesiastico. ca. 2. 4. & ca. tuis quæstionib. 23. de Præbend. Et promde factum ut non minus obligari aut alienari possit bona pro titulo supposita, quam bona ipsa Ecclesiastica, aut nisi obseruata solennitate, ca. sine exceptione, 12. questio. 2. & ita disputat glossa ad d.c. tuis quæstionib. ad verbum, suspen-
sori, & ibi Panorm. videlicet si res certæ in titulum definitam tunc illæ sunt inalienabiles, nō etiam, si generaliter patrimonium pro titulo fuerit suppo-
situm: nam eo casu ex patrimonio alienari bona po-

INSTUTIONES NOVAE
terunt, sicque intelligenda predicta glossa ad d. cap.
tuis quæstionibus, alioquin fallax & dubia. Et ita
quoque in comitiis Aureliae habitis, artic. 12. decre-
tum. Prouentus vel bona supposita in titulum cle-
ricalem, ab ordinato vel alio eius nomine non posse
alienari, vel hypothecæ subiici vel oppigneratiæ
tempore promotionis consentit Cœcilium Tridentinum
session. 21. de Reformation. ca. 2.

De Reliquis verbis finitionis beneficij.

CAP. XI.

- 1 *Beneficia perpetuo à prouisit, id, quandiu vixerint.*
- 2 *Ratio prior, argumento matrimony corporaliss.*
- 3 *Alia, à beneficio principis permanente.*
- 4 *Alienatio rei Ecclesia permitta.*
- 5 *Beneficiati an usurarij, an usufructuarij sint, disputatur.*
- 6 *Beneficiorum Ecclesiasticorum capaces clerici tantum, non laici.*

Postrema verba finitionis beneficij docent perpetuū possideri debere beneficia à prouisis seu clericis, qui ea possi-
deant, id est, quandiu vixerint. Perpetuum
intelligitur, primò per subrogationem similium, &
eiusdem qualitatis & officij, ut in l. proponebatur,
de iudicis. P. l. cum debere columnam, de Seruit.
urbanor. præd. l. si grege, de Legat. l. l. sicut, §. penul.
Quod cuius. vniuers. P. l. seruitutes, §. si sublatum,
de Seruitur. urbanor. ptæd. P. Perpetuum ita bene-
ficium

ficiunt inter clericos, quia uno mortuo alius in locum eius in beneficio substitutur. Itē perpetuum, quod per vitam habentis conceditur, quandiu videlicet vixerit. L. i. de Iure dot. P. §. i. de Perpetuis & temporalib. act. Item & in perpetuū datum, quod sine præfinitione temporalis conceditur, l. 3. de Except. P. alioquin nihil simpliciter perpetuū sub sole dici potest, quod generationi & corruptioni obnoxium sit, ex motu continuo. §. vt autem lex, de Non alienan. ieb. Eccles. in Nouell. quod & secundum Ptolomaeum lib. i. quadripartiti operis, cap. 2. procedit ex duplice materia circulo lunæ supposita, igne & aere, ex volubilitate, cursu, ortu & conuolutione stellarum. Sic omnium rerum semper quasi naturali lege, mutatio est. Aelius Spartianus in Seuero Imperatore. *Creata, omnia & mutabilia. Quorum enim esse à mutatione incepit, ea omnia mutationi sunt subiecta, aut in interitum eum, aut sunt per electionem aut pro voluntate mutabilia, vt ait Ioannes Damascenus, lib. i. Orthodoxæ fidei, cap. 3. Causam mutationis Rerum publicarum, etiam esse censet Socrates in Repub. Platonis, quodd sic natura comparatum est, vt nihil permaneat, sed in ambitu quodam mutationem quandam temporis accipiat, quod & refert Aristotel. libro 5. Politicor. cap. 12. Moriuntur regna, principatus, imperia, ciuitates etiamque aratro subiiciuntur, l. si ususfructus, 21. Quib. mo. ususfruct. amittit. Horatius lib. i. Carm. Od. 16. &c in summa, vt ait Lucretius i. de Natura.*

Et quasi longinquæ finere omnia cernimus aeo.

Et hoc modo perpetua non diceretur beneficia, habita ratione mutationis, extinctionis, & alterationis,

I N S T I T U T I O N E S N O V A E

quæ possunt aliquando beneficis accidere, ut dicemus, Deo fauente, paulò post, in ca. 19. & sequentib. usque ad 25. Dicimus autem & perpetua, intentione exigentium, quæ est ut perpetuo sint, & semper per clericos regantur, & clericis conferantur utenda quandiu vixerint; quæ & intentio legis & canonis est, ut etiam nolit semel promisso illis priuari, sine maxima, eaque iustissima causa. c. i. de Cleric. argio. c. scripsit, c. quamuis, c. qualiter, ca. petisti, 7. quæst. i.

2 Cuius iei prior ratio à matrimonij corporalis firmitate, quod non potest disoluiri nisi morte coniugum: ca. an quod in subditus, & ea. quos Cœs 33. q. 2. D. Matthæi c. 19. l. i. de Rit. auptia. P. & dotis causa perpetua, l. i. de Jure dot. Neque matrimonium ad tempus iniiri potest. Äquiparatur antem eonnectio Ecclesiæ & pælati matrimonio. in hac indissolubilitate & aliis quibusdam, cap. inter corporalia, de Transl. Episcop. c. sicut vir, 7. quæst. i.

3 Alia, quod beneficia principis non habent finem temporis vel loci, l. iurisperitos, de Excusatio. tutor. P. nisi ex potestate concedentis dicamus, quod verum est, à summo Pontifice beneficia posse confiri ad tempus, ut liquet ex c. pastoralis, 7. quæst. i. ca. si gratiole, de Referip. in Sex. unde p̄dcent cōmendē. Hinc etiam, quod beneficia perpetua sint, concluditur non posse in viuorū beneficiatorum locum quemquam ordinari, nec viuentis beneficium antequam vacet posse impunè concedi, vel possideat, c. in primis, 2. quæst. 2. c. non fūrem, 2. eum qui. 7. q. i. c. i. 2. 3. & c. ex tenore, de Concef. præb, cum similib.

4 Sequitur etiā ex verbis finitionis, quibus dicitur,
Ad vitam vienam, dari beneficiorum beneficia: beneficatos

cūtōs non habere alienandi bona Ecclesiastica au-
thoritatem, quia ius vtendi fruendi, est, salua rerum
substantia, §.i. de vſufruct. apud Iustin. in l.i.eod.tit.
P. minus autem est in vſu, l.i. de vſu & habitā. P. §.i.
eod.tit.apud Iustin. cap. fin. de Pignor. extant tit. de
reb. Eccles. non alien. apud Greg. lib.3. tit.13. & lib.3.
Sexti Decret. tit.9. & lib.3. Clementina. tit.4. tota 12.
quæst. 2. l.i. ubi temp̄ cum sequētib. C. de Sacrofanc̄.
Eccles. & in Nouellis de Ecclesiastica. reium alien.
& simil.

Controversia est, num vſurario an vſufructuario. §
similis sit possessor beneficij, idque ratione dispo-
sitionis inter viuos & in ultima voluntate, fructuū,
vt querit glossa ad c. quia nos, ad verbum *testam̄en-*
tum, de Testam. & nos tractauimus lib.42. Syntag.
cap. 7. magna quippe inter vſuratiū & vſufructua-
riū distinctione, §.i. de Vſu & habitatio. l.i.2.3. 4.5.
ii.12. de Vſu & habit. P.l.i. de Vſufruct. §.i. eod. tit.
apud Iustin. vſusfructus sine vſu non est; vſus sine
fructu, l.i. si habitatio, 10. §.i. vſus, & §.per seruum, 14.
§.vſusfructus, de Vſu & habitat. P. vſus personalis
non transfertur, l.2. §. domus, cum §.ll. lequent. de
Vſu & habitā. Quidam putat beneficiarios similes
vſufructuiis: quod habeant potestatem locandi
fructus Ecclesiæ, cap. fi. Ne Prælat. vices suas; cap. 2:
de Loca. verū illa iuria id non probant: quia non
in sui gratiam, sed Ecclesiæ propriæ, locare illis per-
misum, vtc. 2. de locato docet. Alij contra dixerunt
tantum vſurarios, quorum & nos sententiam sequi-
m̄ur, cum solo vietu & vestitu contēti esse debeant;
cap. clericus qui, & c. duo, 12. quæst. i. & reliqua de-
beant vſibus pauperum Christianorum & cultui

INSTYTUTIONES NOVÆ

diuino,&c aliis piis negotiis , quibus debent illa tribuere, cap. Episcopus, 10. quæstio. 2. 1. ad Corinth. 6. cap. res Ecclesiæ, cap. nulli, cap. si priuatum, cap. fin. 11. quæstio. 1. Sunt enim dispensatores tantum, non proprietarij vel vsufructuarij , cap. præcipimus, 12. quæstio. 1. ca. non satis, 86. distinct. Et vtitur Episcopus rebus Ecclesiasticis, non tanquam propriis, sed velut commendatis, ca. sine exceptione, 12. quæst. 1. & reuocatur donatio fructuum ab eo facta , vltra 20. solidos, in cap. 57. si quos de seruis, 12. quæstio. 2. Nec licet mancipium Ecclesiæ emancipare Episcopo , nisi aliud quippam valoris eiusdem donet Ecclesiæ , & habeat consensum & subscriptionem clericorum, cano. si quis qualibet, & cap. qui mancipium, 12. q. 2. c. si quis Episcopus, 12. q. 5. Alexan. ab Imola. consilio 15. volum. 2. tradit, volentem testari de fructibus, & quæstis ex beneficio , dispensationem obtainere debere, & licentiam à summo Pontifice, Panorm. etiā ita resoluit, in ca. cùm esses, nu. 21. de Testam. & ostendit pluribus , beneficiatum esse usurarium & non vsufructuarium , nec facere fructus suos, nisi in quantum pro victu & vestitu sufficiant, si aliud non habeat: suos tamen posse diceat, non ut proprios habeat, sed in quantum distribuere possit quibus debet, puta in pauperes: & alia à iure statuta: non in proximos , vel alios non indignos, vel in alia, quam pia opera, quod & probat cano. si quos de seruis, 12. q. 2. vbi donatio de fructibus, facta, reuocatur, facit & cano. iudicatum, 89. distinct. vbi Episcopatus & patrimoniu Episcopi , intelligi debent, quantum ad dispensationem , quia clerci sunt dispensatores bonorum Ecclesiasticorum, cap.

principimus, 12. quæst. i. cap. non satis, 86. distinct. & ita etiam oportet exaudire iura quæ fructus suos facere beneficiatos aliquando dicunt, ahoquin inquit c. 3. de Præb. ratio nulla permittit, ut quod pro communi utilitate datum esse cognoscitur, propriis cunusquam usibus applicetur. Cæterum glossa ad cap. præsenti, de Officio ordinarij. Sext. distinguit, & ibi Ioan. Andreas & Hostiensis, ad cap. si quis, de Pecul. cleric. inter clericum habentem administrationem & non habentem: ut clericus habens administrationem possit donare, moderatè tamen, quandiu viuit: & ita comparari posse usufructuario, c. cæterum, de Donat. cum vero cœperit infirmari, non possit: quod tunc, inquit, nihil habeat præter usum, & usuário comparetur. Et addit Ioannes Andreas, quod hic administrator, dominus non sit, sed procurator, ca. 2. de Donat. quare hic inquit glossa elemosynam quidem facere potest, cap. ad hæc, de Testam. testari vero non potest, ca. cum in Officiis, cod. tit. cum similibus. Quod si clericus non habet administrationem, sed sit simpliciter clericus, & personaliter, ut ait glossa, beneficiatus, in vita & in morte comparatur usufructuatio, quantum ad id, ut faciat fructus suos, & sic de perceptis & reconditis possit testari, & ait probari hanc distinctionem, ex cap. requisuit, §. illud, de Testament. Qui tamen §. loquitur de fructibus & bonis peruenientibus ab beneficiatum administrationem non habentem, aliunde quam occasione Ecclesiæ, de quibus non dubitatur quoniam non possit testari. ut in cap. quia nos, 9. & cap. relatum, 12. de Testamen. Authen. licentiam, de Episcop. & cleric. C. Quare

I N S T I T U T I O N E S N O V A X

Panormit. ad d. cap. cùm in officiis, nra.7. reprobat glossam, ca. præsenti, & ait prohibitionem testandi de fructibus Ecclesiæ , etiam habere locum in simpliciter beneficiatis, ut in canonicis & præbendatis, quamvis consuetudo sit in contrarium , quam improbat, nisi in modicis, iuxta cap. cæterum, & ca. relatum, de Testam. sic idem 9. Panorm. in c.1. & pen. de Pecul. cleric. Nullo modo beneficiatum de fructibus beneficij posse testari defendit Archidac. ad cap. statutum, §. assessorum, de Rescript. disputat & idem Archidac. in summa, 12. quæst. 5. x. tum beneficiatus testari possit de fructibus ex præbenda. & Speculat. in tit. de testam. monachor. §. 63. Joannes Andreas, ad c. relatum, in 2. de Testam. Butrigar. in Clement. fin. de Pignor. Porriò Guido Papæ , in decisio. 110. ait permissionem testandi de bonis quæfatis ex labore in Ecclesiam impenso, vel aliunde, intelligēdam in simplici clero vel sacerdote, administrationem vel curam animarum non habente, non in aliis. *Nisi inquit, sit consuetudo in contrarium, quo casu valeret,* per ca. cæterum, §. licet, de Testam. canonicos verò regulares, nullo modo testari posse, §. illud, de Monach. in Nouell.

6 . Quæd si verum sit, vt verissimum puto, clericum beneficiatum non posse ipso iure disponere vel testari tanquam de propriis & patrimonialibus , de fructibus beneficij , multò magis & prohibetur illi libera dispositio ipsius beneficij, ne possit illud iure hæreditario in quem voluerit transferre, quia sanctuarium Dei iure hæreditario transferri nequit, cap. consuluit, de Iure patron. cap. ex transmissa, de Iure patron. c.1. de Præb. c. ex transmissa, & cap. ad extirpandas,

pandas, de filijs presbyt. neque quisquam eligit sibi successorem propria authoritate, c. Episcopo, in 1. & 2. & c. plerique, ca. Moyses, c. Apostolica, S. quæst. 1. nisi accedat cōsensus superioris & electorum, ut in ca. si transitus, & ibi glossa. 79. dist. can. petuisti, 7. q. 1. Neque enim hodiè defertur sacerdotium, ut olim fiebat, iure sanguinis filii tribus electæ, Nu. 3. & 25. Exod. 28. & 29. quo sit quoque ut neque coram ordinario, vel ordinario iure, quis possit beneficium in favorem personæ à se electæ beneficium renunciae, & nisi ex authoritate summi Pontif. ut dicemus infra cap. 28. in vacatione per renunciationem.

Postrema verba finitione beneficij, quæ tradunt ⁷ clericò legitimè conterrī debere beneficium: ostendunt & clericos tantum beneficiandos, idque iure & per legitimam collationem. Et ostendunt laicos beneficiorum esse incapaces: ut in cap. cùm adeo, de Rescriptis, cap. 2. de Institution. cum similib. & sine canonica institutione beneficium teneri non posse, cap. 1. de regul. iuris. in Sext. de quibus suo loco Deo fauente postea tractabimus copiosius: hæc interim sufficient pro intelligentia finitionis.

De diuisione, seu distinctione beneficiorū

C A P. X

1. *Diuisio prior beneficiorum, in propriè & impropriè beneficia.*
2. *Subdiuisi, in maiora: & minora & qua maiora fini vi summas Pontificatus.*
3. *Cardinalatus.* 4. *Patriarchatus.* 5. *Primatia.*
6. *Archiepiscopatus* 7. *Episcopatus.*
8. *Chorepi.*

INSTITUTIONES NOVAE

8. Choropiscopatus. 9. Abbatis. 10. Abbatia relatione, maiore & minora.
11. Beneficiorum 3. diuisio, in curam habentia, animarum, & non habentia.
12. Beneficiorum 4. diuisio, in regularia & secularia, & qua sint illa. 13. De commendatione.
14. De 5. diuisione, in collegiata & simplicia beneficia.
15. De conuenientibus & caputularibus.
16. De 6. diuisione, in patronata, & non patronata.
17. De 7. diuisione, in beneficia villa murata, & non muraria.
18. De 8. diuisione, in habentia dignitatem, personatum, officium, preposuoram, administrationem.
19. De prepositura.
20. Prelature sunt dignitates.
21. De 9. diuisione, in beneficiis anominata, & in nominata.
22. Prioratus, & species.
23. De Archidiaconatu. 24. De Archipresbyteratu. 25. Se Primiceriatu.
26. De curatis & eorum synonymis. 27. De Monachatu.
28. De prabenda simplici, vel canoniali.

I. **B**eneficiorum diuisionem iam tradidimus, lib. 17. Syntagmatis, cap. 3. quia tamen ordo institutus tractatus beneficiorum, & eam desiderat, paucis ea quæ ibi pluribus explicauimus, & ea quæ ibi paucis, hic pluribus explanabimus. Prima itaque diuisio erit, in beneficia quæ propriè beneficia, & quæ non propriè talia. Propriè beneficia sunt, ea quæ habent has notas vel signa; si insit portio distincta, si in perpetuum conferatur, & per Episcopum, & habeant munera spiri-

Spiritalia coniuncta , quibus alia adduntur à Panor. concil. 47. incip. *Illud de iure queritur , an in literis , in vol. 2. consi , Anchār. ad c. i. de Reg. iur. in Sex. Dec. ad rub. de Refr. Si prouisus sit persona Ecclesiastica , & in summa , si conueniat finitio beneficij Ecclesiastici proximè explicata . Impropriè beneficia illa dicētur , quę prædicta nō admittūt , de quibus postea .*

Subdiuidemus beneficia propriè accepta , primū in maiora & minora : & erit secunda diuīsio , ex cap. penult. de Verbor. signif. c. maioribus , de Præbend. Talia autem dicuntur , vel ratione dignitatis , vel ratione prouentuum . Ratione dignitatis & ordinationis , primum beneficium & maius , est summus Pontificatus , c. i. de Maled. ibi , *in depressionem officij . & beneficij nostri , &c. ab ea enim potestate omnes reliquæ ecclesiasticæ tanquam eius adiutrices & suffraganeæ pendent , c. ad honorem , de Authorit. & vs. pallij. Sedes Apostolica , prima sedes , post illam aliae Patriarchales , c. vrbes , 8o. dist. In persona Petri omnis Ecclesia significata est , vt ait D. Augustinus super Ioannem tracta . 50. ad c. 12. ca. 6. quodcunque ligaueris , 34. q. i. & Leo Papa ad Episcopos Venetienses , epistol. 87. Huius muneric scilicet publicationis salutis æternæ sacramentum , ita dominus ad omniū Apostolorū officium pertinere voluit , vt in beatissimo Petro Apostolorū omniū summo principaliter collocaret : vt ab ipso , quasi quodā capite . dona sua velut in corpus omne diffuderet : vt exortē se mysterij intelligeret esse diuini , qui ausus fuisset à Petri soliditate recedere , quod refertur in cap. ita dominus noster . 19. dist. & quemadmodum ex lib. 7. Etym. Isidori , c. 12. refertur , in c. cleris , §. Pontifex . 21. dist.*

INSTITIONES NOVÆ

21. distinct. Pontifex princeps sacerdotum, est quasi via sequentium. Ipse & summus sacerdos, ipse & Pontifex maximus nuncupatur. Ipse enim efficit sacerdotes atque leutas, ipse omnes ecclesiasticos ordines disponit, ipse quid vnuquisque facere debat, ostendit. docetur & in cap. in nouo, ea. 21 dist. De primatu eius sacerdotij etiam agitur, & quomodo Vicarius Dei in terris, sit sum. Pontif. in ca. 2. & 4. de Translat. Episcop. Nos copiosè iam egimus de summo Pôt. eiusque potestate, lib. 15. Syntag. c. 3.

3 Secundò, inter maiora beneficia, Cardinalatus, ratione tituli adhaerentis est, vt in c. 2. de Cler. non resid. & ratione officij seu dignitatis, pars corporis sum. Pontif. c. si quis, 6. q. i. Ut de consiliariis Imperatorum in l. quicquid, ad Leg. Iuliam maiest. C. Cardinales fratres coadiutores sum, Pontif. ca. fundamenta, §. docet, de Elect. in Sex. c. per venerabilem, Qui filii sint legit. collaterales, c. Cõstantinus, 96. distinctio. columnæ Ecclesiæ, Clement. si quis suadente, de Pœn. Vide quæ diximus de Cardinalibus & præstantia corū, in 15. Syntag. iur. vniversi, c. 4. Gomes. in procem. Regular. Cancell. quæst. 4. & tit. iuncta glos. de Numer. & præstantia Cardinalium.

4 Tertiò, Patriarchatus inter maiora beneficia, qui quatuor sunt. Romanus, Cõstantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, c. inter quatuor, de Privileg. c. sancta Romana, eod. tit. de Privileg. in Extrauag. commun. c. sancta Romana, de Electione. Patriarchæ minores summo Pontifice, maiores primatibus, ca. vibes, 80. distinct. Diximus de Patriarchis, lib. 15. Syntagmat. cc. 5. 6. 7. 8. 9. vide Iuonem epistol. 238. de illis.

Quarò,

Quartò, primatia, aliud beneficium maius, quæ 5
 Metropolitanis præest in aliquibus, veluti prima
 sedes & maior alicuius regionis, cap. nulli Archie-
 piscopi, 99. distin. & de reverentia primatum, cap. i,
 eadem 99. dist. diximus, & de primatibus, nos lib. 15.
Syntagma. c. 10. in primatæ & Patriarchali potesta-
te definienda, antiquus mos seruandus. cap. duo, de
Officio ordin. vide Iuonem epist. 58. 65. & 133. & de
primatu Lugdunensi apud cundem, epistol. 61. 65.
68. & 122.

Quintò, Archiepiscopatus, cui præest Metropo- 6
 litanus, in præcipua ciuitate prouincie residens,
 habet sub se Suffraganeos Episcopos, in c. vni. 101.
 distin. cap. nulli, 99. dist. Archiepiscopus, princeps
 vel primus Episcoporum, c. clerros, 21. dist. Nos mul-
 ta de Archiepiscopis & Metropolitanis. in d. lib. 15.
Syntag. cap. ii. videlicet cap. saluator, de Præben. in Ex-
trauag. commiu.

Sextò, Episcopatus, beneficium maius Episcopi 7
 vocati sunt in partem sollicitudinis Archiepiscopi:
 in ca. i, & seq. 9. quæst. 3. quibus cura data est Eccle-
 siastum, Episcopi dicti, can. clerros, 21. distin. est inti-
 tulatio beneficij Episcopatus, vt in c. i. 18. qui i. nos
 de Episcopis multa diximus, lib. 15. *Syntagma. cap. 12.*
 & in explicatione c. conquerente, de Offi. oidi.

Septimò, Chorépiscopatus, pars regionis vel 8
 diocesos Episcopi, à particulari quodammodo
 Episcopo gubernata, constituebat beneficium, do-
 nec sublati fuerunt Chorépiscopi ut inutiles, cap.
 quamvis, c. Chorépiscopi, 68. dist.

Octauò, Abbatia inter maiora beneficia nunc. 9
 Abbas pater monachorū inter prælatos numeratur
 in c. 2.

I N S T I T U T I O N E S N O V A E

in c.2.de Iudic. Abbatia est virorum,& mulierum,
cap.indemnitatis, de Electio. in Sext. nos multa
de Abbatibus,& Abbatibus,lib.15.Syntagm.c.13.vide
glos.ad cap.ex transmissa,de Renunciat.

- io Sunt alia beneficia etiam, quæ maiora & mino-
ra, relatione facta ad alia, dici possunt, quæ ex aliis
diuisionibus colligi poterunt, & ideo omitto, ne
multoties repetere idipsum oporteat.
- ii Tertia diuisione beneficiorum, ut alia dicantur ha-
bete curam animarum:alia minime. De hac distinc-
tione,in c.cum singula,de Præbend.in Sext.cap.de
multa,eod.tit.apud Gregor.cum similib. Cura ani-
marum dupliciter consideratur, ut notat Innocen-
tius,ad cap.cum satis,de offic.Archidiaco,primum
quando is qui beneficio præficitur, tenetur sacra-
menta conferre certis personis ciusdem beneficij,
Clement.dudum,versic. verum, de Sepult.&c. ut ibi-
dem, tenetur prædicare, seu proponere verbum
Dei,& confessiones audire facit, c.i.eod. tit. de Se-
pultur.apud Gregor. cui etiam datur absoluendi &
ligandi potestas,in cano.omnis utriusque sexus, de
Pœnit. & remissio. Quamobrem quæ eius generis
sunt beneficia, exigunt præpositum actu presby-
terum seu ficerdotem: vel qui talis intra annum
fieri possit,c.licet canon. & c.commissa,de Electio.
in Sext. excepto legitimo impedimentoo,ca.cum ex
eo, de Electio. in Sexto. Secundo loco,curam ani-
marum dicitur habere beneficium, ratione curæ
iurisdictionis contentiosæ forensis, quæ adhæret
quibusdam beneficiis,vt c.executebilis,§.f.de Præb.
in Extrauag.communib. c.dudum, in 2. de Electio.
habet ita curam Archidiaconus,c.i.de Offic.Archi.

&

& Archipresbyter, cap. i. de Offic. Archipresb. Non curata vulgo, seu sine cura dicuntur, quæ prædicta non habent beneficia simplicia, collatione facta cum curam habentibus, à quibus distinguuntur: & ita beneficij appellatione tantum continentur generali, cùm alia transeat in proprium nomen, ca. fi. de Præbē. vt de iurisgentium conventionibus dicitur, in Iurisgentium, 7. §. i. de Pact. P. Dixi de curionibus, plebanis & Vicariis perpetuis, lib. i. Syntagmatis. cap. 24.

Quarta diuīsio, vt beneficiorum alia regularia, 12 alia secularia sint: illa quæ personis regulam religionis aliquam professi sint: haec, quæ clericis non religiosis conseruantur, e. cùm de beneficio, cap. cùm singula, de Præbend. in Sext. Clem. i. de Electio. §. statutus de Collationib. in Concordat. Quæ sint regularia vel secularia, prius cognoscimus ex fundatione, in qua statuitur per quos sint regenda, gloss. in §. idem ordo, ad verb. *regularibus*, de Coll. in Pragmat. sanction. Ioannes de Selua, tractat. de beneficio, in i. parte. quest. 4. num. 13. Deinde contra erectionem, erunt vel secularia, regularia: vel contraria, regularia secularia, si per quadraginta annos pacifice fuerint possessa à personis alterius qualitatis quam fundatio statuat, dict. e. cura de beneficio, de Præbend. in Sext. Rota decis. 32. quæ incip. *fuit dubitatum*, in Novis. Ioannes Staphilensis auditor Rota, in tract. de literis gratiæ, & formis expectatiuarum, forma 8. Requiritur autem, vt possessio illa pacifica habeat titulum, scilicet institutionem, & bonâ fidem, aliter non mutaretur qualitas beneficij, per c. vigilanti, de prescript. & latè probat Rebutus ad §. vo-

INSTITIONES NOVÆ

Iamus, ad verbum, *regularia*, de Collat. in Concord. Tempus quadraginta annorum, commune est inter Ecclesiæ ad Ecclesiastica pœscriptibanda, c. de quarta, de Præscription. cum similib. eius tituli, c. cum Ecclesia, de Caus. possession. & propriet. Authent. quas actiones, de Sacrosanctæ Ecclesiæ. C.

In hac quarta diuisione potest addit tertium genus beneficij, quod citra pœscriptionem qualitatis, à persona alterius qualitatis quam beneficiū exigat, naturā, possidetur, sed sine præjudicio naturæ beneficij, & per dispensationem, eo commēdato olim ad tempus certum, certę personę, hodie ut plerumque quandiu commendatarius vixerit. Vocant hoc beneficium commendatum, commendā, vt si regulare beneficium à summo Pontifice conferatur, nomine commendæ seculari: nam ideo nō mutatur beneficij natura, nec sit ideo seculare. Meminit de hac cōmenda. c. qui plures, 21. quest. i. c. nemo deinceps, de Election. in Sexto. vbi legenda glossa, ad verbum, *commenda*, quæ plura notabilia de commendata scribit. Nos etiam plura in 15. Syntagma, iur. c. 38. interim annotabimus, duplice de causa fieri commendam Ecclesiæ: nempe vel in utilitatē Ecclesiæ, vel commendatarij: in primo commendata titulum non dat beneficij, commendatario, dic. c. nemo deinceps, de Elect. in Sext. & dicitur potius custodia, quæ reuocari potest, quod repugnat beneficij naturæ, quod est perpetuum, ut diximus in finitione. In secundo autem casu, beneficium censetur, in utilitatē commendataij, commēda facta, quam possidere potest quandiu vixerit. Explicat Gomes, ad regulam Cancelleriæ, de Publican. resignatio. quest. 4. & ad ieg. de

de Trienn. possess. quest. 5. glos. ad §. licet evidenti causa, de Election. in Pragmat. sanction.

Quinta diuisio, in beneficia Ecclesiæ Collegiate, 14 & simplicia. Collegiata, in quibus tres vel plures simul instituuntur, ut cultui diuino inferuant, ut corpus faciant, habeantque commune & vnum Collegij sigillum, syndicum, alcâmque cōmuneum, l.i. §. quibus permisum, Quod cuiusque Vniuer. nomine. c. dilecta, de Excessib. prælat. Tres saltem in Collegio requiruntur confiando, quamvis, postquam fuerit institutum, penes vnum posse retineari ius Collegij, l. Neratius, 85. de Verbo. signif. l. sicuti, §. si. Quod cuius. Vniuers. nom. notat glos. ad c. i. de Elect. quemadmodum in monasterij nomine, tres saltem debent instituti monachi, ut habetur in Nouella 14. de His qui monasterium institutum non absoluunt. & in I. detestatio, 40. de Verbor signific. Vnicus seruus familie appellatione non continetur, nec duo quidem familiam faciunt. Intelligimus autem Collegium in beneficium transire, si sit approbatum à superiori, qui probandi autoritatem habet, non aliter: ut in l. i. & l. cùm Senatus, 20. de Collegis illic. P. Signa Ecclesiæ Collegiate ex quibus cognoscatur, tradit Guido Papa us decis. 158. que notantur in ca. dilecta, de Excessib. prælat. commune sigillum, ca. significavit, de Appellat. cōmune refectorium, commune dormitorium, de quo Innocent. in c. postulanti, de Iure patron. & notatur in c. à nobis, de Iure patron. attamen non requiri prædicta signa semper simul cōcurrere, ut scribit Francis. de Zabarellis ad d.c. dilecta, &c. hi qui, de Ætat. & qualitat. Simplex Ecclesia, hic, non collegiata

dicitur in qua prædicta non sunt & cui clerci non sunt corpus vnum facientes, quamvis ex illis qui in ea sunt, alijs alius subiiciantur, quod in omnibus feic Ecclesiæ locum habet; maximè curam habentibus animarum, in quibus presbyter necessariò saltē debet habere vnum clericum qui secum psallat, & alia munera obeat, quæ tradit ca. vt quisque de Vita & honesta clericor. Interest valde inter ista beneficia, potissimum in iure patronatus, quod non est liberum in collegiatis perinde ac in simplicibus beneficiis nobis, de Iure patrona. & in aliis quæ ex superioribus colligi possunt.

15 Cæterum Ecclesiæ collegiatarum, quædam regulares, quædam seculares sunt. Collegiatæ regulares seu regularium personarum, conuentuales ut plerumque dicuntur, d.ca.nobis, de Iure patron. & cœnobio. Aliæ seculares, capitula, c.edoceii, c. capitulum, de Rescip. Omnes Cathedrales Ecclesiæ, Collegiatæ sunt, sed non omnes Collegiatæ, Cathedrales: vbi sedem habet Episcopus & Cathedram, ibi consilium proprium, capitulum, quasi parvum caput post caput qui Episcopus est, cuius qui in capitulo sunt membra censemuntur, & cum quibus disponere debet negotia Ecclesiæ suæ Episcopus, cap. nouit, 4. & c. quanto, 5. de His quæ fiunt à pæla. sine consens. capitul.lib. 3. titul.ii. nisi consuetudo esset contraria, quæ recipitur, ca. 3. de Consuetud.

16 Sexta diuisio, in patronata & non patronata. Beneficia patronata ea dicuntur, quæ ad præsentationem personæ idoneæ per patronum, fundatorem videhcet, vel dotatorem, vel eorum hæredes, Episcopi conferunt, institutione facta præsentati per patronum

pationum laicum aut clericum : sine præsentatione quippe non fit institutio, nisi patronus laicus fuerit in mora præsentandi per .4. menses, patronus vero clericus per sex. c. i. §. fin. de Iure patron. in Sex. c. 3. §. fin. c. eam te, c. si vero, de Iure patrona. ca. 2. de Supplend. negligens, prælat. facit pro iure patroni, c. nullus, cap. cum laici, de Iure patron. Cui nec censetur etiam summus Pontifex derogare, per gratiam de conferendo beneficio generaliter amissam, c. cum in illis, §. illis vero, de Præbend. in Sext. Beneficia non patronata, libere relinquuntur collationi, sine ope vel præsentatione aliqua cuiusquam patroni.

Septima diuisio quæ in Gallia maximè consideratur, ut alia sint beneficia villæ muratæ, alia non muratæ. Villas vulgus vocat *villagium*, quasi villarum cuniunctionem, à villis & ago, id. cogo, addo: villa quippe ædificium est rusticum, fructuū recipiendorū causa. Ita Cato 4. de lingua Lat. *Vi*, inquit, quæ agebant, altius: sic quæ volebantur, via dicta, quæ fructus convehebant, ville: quæ ibant, ab itu, iter appellant, &c. villa fundi accessio est, l. fundi ususfructus, 8. Quib. mod. ususfuerit, vel usus amittitur. lib. 7. P. titul. 4. congregatio villarum in agris vicos agrestes facit; quia vicus constat ex domibus, &c. in oppido vici à via, quodd ex utraque parte viæ sint adicia, ut ait Cato eod. lib. 4. de lingua Lati. & vici in viribus quoque, villa ita propago, in c. 3. de Eccl. ædificand. Villa itaque non murata, erit vicus unde cunque apertus ruit. Villa murata, oppidū cinctum muris vel vallo, in quo affluentia populi, & hominū insigniorum quam sunt in pagis rusticis, ideo in vil- lis muratis, beneficia seu patochie exigunt capaciore

I N S T I T U T I O N E S N O V A E

præpositum. quia populus ibi magis cariosus & pernitus. Sicque beneficia villa murata, ab aliis distinguuntur, in §. in Ecclesiis autem parochialibus, de Collatio. in Pragmat. sanct. in §. statuimus, in 2. de Collat. in Concord. & ibi Roburis multa adfert, & tractat nominationum, quæst. 16. Alia porrò est ciuitas à villa mutata: quod ciuitas privilegiata sit, & maior, & dignitatis præstantioris viis dicta, ab uru seu aratro, ciuitas mœnibus cincta: nam in urbe condenda aratum circum ducebatur, ut muroium spatia definirentur, l. pupillus, 239. de Verb. signific. c. si ciuitas, de Senten. excomm. in Sext. Cicero pro Sestio, T. in domicili. & coniuncta, quas urbes ciuitates, inueniuntur & iuxta ure & humano, mœnibus secesserunt. Et iterum i. de Republ. Quam cum locus manuque secesserit, eiusmodi constructionem tectorum, oppositum vel urbem appellarent, distinctam, spatiisque communib. &c.

- 18 Octava diuisio, vt alia dicantur habere dignitatem, alia personatū, alia officiū, alia administrationem, alia præpositorā, c. i. de Consuetud. in Sex. c. de multa, de Præben. c. execrabilis, eod. tit. de Præben. in Extrem. ag. communibus. Dignitas generaliter potest accipi pro qualibet prærogativa in Ecclesia, que alio nomine dici potest personatus, & ita glossa ad cap. quia nonnulli, ibi accipi ait, & in cap. ad aures, de Rescriptio. & in c. de multa, de Præbend. secundum verò Barthol. ad l. i. de dignitatib. lib. ii. Cest honor, aliqui propter merita, specialiter principis vel legis beneficio impensus: laudabilis cuiusque status, & hac lata appellatione continebitur personatus, Archidiaconatus, Primiceriatus, & similia,

vt notat Archid.ad c.i.de Consuet.in Sext.Cum tam
men propriè personatus cōsistat tantū in præro-
gativa sedis & aliorum , sine tamen iurisdictione,
vt notat Collectaneus, ad c.de multa,de Præbend.
& Archidiac.ad dic.c.i. de Consuetud. quod facilè
cognoscitur, quando quis habet maiorem præemi-
nentiam,quām canonici alij,etiam antē recepti, in
choro ac capitulo , & processionibus ; non tamen
tantam habet prerogatiuam , quantam illi qui ha-
bent dignitatem,c.dudum,in 2.de Elect.Singulari-
ter autē dignitas in causa beneficiorum, dicitur fa-
cultas administrandi in aliqua Ecclesia cum aliquā
iurisdictione,vt notat glos.& Archidiac.ad dictum
c.i.de Consuetud. Administrationē obnoxiam esse
redditioni rationum videtur iudicare, ca.monachi,
§.qui veſtīo , de Stat. monach. Exempla administra-
tionum ponit gloss.ad d.c.i.de Consuetud. in Sext.
ad verbum, *administratio*, sicut inquit est Came-
raria, vel vt quis sit vestiarius, vel eleemosynarius.
Comprehendit & generali nomine administratio,
prioratus,& calia beneficia,Clem.i.& ibi Cardinalis,
quæſt.6.de Rescript.cap.2.de Ætat. & qualita.glos.
tamen ad c.præsenti,ad verbum, *seruari*, de Offic.
ordinar. in Sext. videtur aliam explicationem ad-
ferre, & beneficia illa dici habete administrationē,
in quibus præpositus subire debet curam,& solici-
tudinem aliquorum bonorum Ecclesie ; opponit
autem simpliciter & personaliter beneficia. Gemi-
man.ad dictum cap. præsenti. Beneficium sine ad-
ministratione est,quando ei nulla dos est assignata;
quando præpositis adueniunt quedam ratione la-
boris seu peritonę,quales arbitrantur præbendatos,

I N S T I T U T I O N E S N O V A E

& canonicos, Officium est retum Ecclesiasticarum administratio, sine preeminentia & honore officium dicere possemus, vt Sacrificariam, cap. i. de Offic. Sacrif. custodiam, cellarariam, & similia in quibus aliquid fieri debet, officium enim ab efficiendo dictum; & est quod quisque efficere debet, obseruata locorum, temporum & personarum ratione. Hic diutius immoraret, si certa regula diuersitatis nominum, officiorum, personatum, & dignitatum adferri posset, sed quia mores Ecclesiarum in his sunt considerandi, subsistam. siquidem pro consuetudine illorum diuersa, quod in una est dignitas, in alia est tantum officium: & contra, sic de aliis ut late docet gloss. ad Extrauagantem, execrabilis, ad verbum, personatus, de Praeb. in Extrauag. communib. quemadmodum primiceriatus interdum alicubi dignitas, alibi officium, alibi personatus, in c. cum accesserint, de Constit.

19 Præpositura etiam per se dignitas est, que habet prioratum super alios & curam, unde & præpositus ei præfetus. c. quamvis, 9. de Verb. signific. cap. saluator, i. quæst. 3. c. i. de Æstat. & qualita. ordin. c. constitutus 2. de Appellat. cap. ex parte, de Cleric. non residenti. cap. ex ore. de His quæ fiunt à prælat. sine consens. capitul.

20 Inter dignitates non ambigitur esse connumerandas prælaturas, cuiusmodi sunt Episcopatus, & Abbatiae, cap. 2. de Iudic. tit. de Regia ad prælaturas nomination. in Cō cordat. c. ne pro defectu, & cap. nihil, de Election. c. vbi periculum, §. & ne, eod. ut. in Sex. Ministeriaturum minorum seu Guardianus, prælatus nuncupatur, gloss. in Clem. l. ad verbum,

præla

prælatum, de Electio. Priores conuentuales perpetui, Clem. i. de Supplen. neglig. prælat. Prælati, quasi aliis antepositi, præ alius lati, vel elati, vnde perfecti aliis omnes in eo quo præferuntur, prælati censentur maiores & minores, ratione subordinationis & potestatis maioris, potioris, vel minoris: quare & sumpto largè vocabulo, curiones parochianis præpositi, Prælati illorum dicentur. ut in c. cùm ab Ecclesiarum prælatis, in mta super inscriptione, de Offic. ordin. cap. de rectoribus, in fin. & cap. tua, de Clerico ægrotan. Inter prælatos etiam annumerantur qui iurisdictionem habent ordinariam, & non recognoscunt in superiorum Episcopum vel Archiepiscopum, & tantum possunt in sua Ecclesia quantum Episcopi in suis, cuiusmodi est Thesaurarius sacrae capelle Parisiensis & Bituricensis, gloss. ad Cle. i. ad verbum, *propri*, de Reb. Eccles. non alien. Fehnus ad ca. decernimus, colum. fin. de Iudic.

Nona beneficiorum diuisio, vt alia sint nominata, alia innominata. Nominata sunt ea quæ propriam habent qualitatem extra commonia beneficij. Innominata quæ generali nomine beneficij dicuntur, cuiusmodi præbendæ, quas & continet beneficium, vt in c. ex multis, §. constituimus, i. qu. 3. ibi, *Beneficium Ecclesia, quod quidam canonican vel prebendam sive ordines vocant, &c.* Inter nominata sunt quæ proximè explicauimus, Pontificatus summus, Patriarchatus, Primatice, Archiepiscopatus, Episcopatus, Abbatie, Præpositura.

Sunt & prioratus beneficia nominata, de quibus diximus in lib. i. Syntagmat. c. 18. ubi duo in beneficio positi sunt, ibi honoratior, vel qui prius digni-

I N S T I T U T I O N E S N O V A E

tatem habuit, prior dicitur. Ita priores seculares,
 & regulares ; secundum qualitatem Ecclesiarum.
 Regularum autem , alij priores conuentuales , alij
 claustrales. Conuentualis, qui per se cœnobio præ-
 est, in quo non est Abbas. Claustralis, qui sub Ab-
 bate, & in eius absentia præest , in claustro mona-
 chis. Vide Clem.2.de Rescript.Clem.1.8.Cæterum,
 de Stat.monachor.c.cum ad monasterium, eod.tit.
 de Stat.monach. In seculari Ecclesia prior dicitur
 vel rector primitius qui non habet curam animo-
 rum, rector habitu. Qui autem curam exercet, re-
 ctor actu, Vicarius perpetuus dicitur, in c.extrupan-
 dæ, §.qui verò, de Præbend.sunt & prioratus Eccle-
 siarum seu Collegiorum secularium.

- 23 Est inter nominata Archidiaconatus, de quo nos
 lib.15. Syntagmat.e.20. cuius præpositus dictus Ar-
 chidiaconus, de cuius officio in c.1. & 2.& toto tit
 de Offic. Archid.
- 24 Item Archipresbyteratus & Decanatus , de qua-
 bus titu.de Offi. Archipresby.& nos diximus lib.15
 Syntagmatis,cap.21.
- 25 Præsideratus, de quo in tit.de Offic.primiceri
 e.cum accessissent , de Constitutio.cum præfectus
 primatum inter alios collegas vel collegiatos te-
 net, de quo nos dicto lib.15.Syntagmat.cap.22.
- 26 Sunt & beneficia curam animarum habentia
 dicta curata vulgo, vel cum cura, can. de multa, di-
 Præbend. dicta & Vicariæ perpetuae , vbi est alio
 rector qui prior dicitur, vt in c.extrupadæ, qui §.quæ
 verò, de Præben.c.1.& fin.de Offic.Vicar.c.postula-
 ti, de Rescript. item dicta parochie , titulo de pa-
 rochiis. Rectoriae,cap.fin.de Præbend.Plebania, et

ca fin. Ne cleric. vel monach. secul. negot. se immis.
succursus seu auxiliatrices vel additæ Ecclesiæ ma-
trici, ut in can. ad audientiam, de Eccles. ædificand.
Decius ad ca. ex parte, de Rescip.

Monachatus rursum in Ecclesia Collegiata, est 27
beneficium, nomen proprium habens, glost. ad ca. 2
de Iudic. in Clement. Panormitan. ad ca. monachi,
de Stat. monach.

Quamvis etiam nomen præbendæ possit accom- 28
modari generaliter omnibus beneficiis. ca. ex mul-
tis, i. quest. 3. c. postulatis, de Præbend. attamen con-
trahitur in speciem, & facit beneficium nominatum
distinctum ab aliis, quando portiones præbendales
diuisæ sunt & certæ, vt in c. ex parte, de Concessio.
præbend. cuius duæ species, simplex, & canonialis.
Præbenda simplex, est ius recipiendi certos prouen-
tus in Ecclesia Collegiali, competens ex diuino of-
ficio, cui præbendatus deferuit. notatur ad cap. cum
Martinus, de Constitution. &c. fin. de Præbend. &
datur clericis secundi gradus in Ecclesia. Præbenda
canonialis dicitur, cui omnia quæ diximus in præ-
benda simplici requiri, & alia vtra insunt, ut ius
suffragij in comitis vel consilii, quod vocant vo-
cem in capitulo, item sedes in choro, vocat stallum
in choro & capitulo, & alia de quibus in ca. dilecto,
& ca. pio illorum, de Præbendis. Clementina ut hi
qui, de Ætate & qualitate & ordin. Canonicatus
regularis alicubi per se facit beneficium nomina-
tum glost. ad Clement. 2. de Iudic.

INSTITUTIONES NOVAE
De Beneficiis innominatis & habentibus
affinitatem cum beneficiis.

C A P . X I .

1. *Beneficia innomina*ta, quae assiduis dantur tituli coad*utoria*.
2. *Affinia beneficiorum, tamen improprie beneficia, ut coad*utoria*.*
3. *Fenda.* 4. *Patrimonium clericorum.* 5. *Penso super Beneficio.* 6. *Xenodochia.*
7. *Operaria.* 8. *Collegialia loca, & quando.* 9. *Prestimonia.*
10. *De capellaniis & capellis, quando, sint beneficia.*
11. *De preceptoribus seu commen*tariis* sacrorum militum.*
12. *De manualibus beneficiorum.* 13. *De commendis.*
14. *De collatis iure regal*e*a.*
15. *De prebendis datis pro labore.* 16. *De Vicariatu & officiis.* 17. *De officiis Ecclesiasticis non collatis in titulum.*

1.  Nter beneficia innominata annumerari voluerint, que assidius seu assiduus percepit in Ecclesia, in cap. penul. de Clericis non residen. item quæ in minoribus ordinibus constitutis datur, e. g. de Præb. item coad*utorias*, de quibus in c. grandi, de Supplen. negligi prælat. in Sexto.

2. Et hęc hactenus dicta sint de beneficiis quę propriè dicuntur beneficia Ecclesiastica, videamus nam de his quę habent affinitatem quandam & similitudinem cum veris beneficiis, & tamen talia non sunt, de quibus & tractauimus alibi, li. 15. Synt. c. x. Primit.

Primum tales erunt coadiutoriae, quae non habent subrogationem in locum coadiuvati, qui non est ideò minus titularius verus & possessor, c. de rectoribus, cum sequentibus de Cler. ægro. & tota 7.q. i.

Secundò, feudum Ecclesiasticum, quod beneficium quidem dicetur, §. i. in Quib. caus. feudum amitta, & titu. Quæ sit prima causa beneficij amittendi.

Tertiò, patrimonium clerici, quod pro beneficio supponitur, & dicitur titulus ordinandi, c. tuis questionibus, de Præbend. c. Episcopus, eod. tit.

Quartò, pensio super beneficio, imitatur beneficium, sed non est: c. quamvis plenissima, 4. de Præb. in Sext. ca. ad audientiam, in 2. de Rescript. quia & non clericis dari potest ob mercedem, vel ob aliam causam, ea. possessiones, 16. q. i. & facit c. nisi essent, de Præbend. potestque extingui.

Quintò. Xenodochia, leprosaria, eleemosynariae, non constituunt beneficium, si rector constituantur, ad bona illis destinata colligenda, conseruanda & distribuenda, Clement. quia contingit, de Religios. domib. vbi in §. i. probabetur ne dentur in titulum beneficij. *Nisi, inquit, in fundatione alter dictum sit, aut sit de rectore loci per electione prouidendum.* Videntia Clem. per literas, 2. & ibi gl. singulares, de Præb. Reb. in tract. nominationum, quæst. 15. nu. 12. 13. 14. 15. Vnita etiam hospitalia vel alia loca, pia Ecclesiis, pro beneficio habebuntur: d. Clem. per literas, facit vno ex duobus vnu, c. sicut vni, de Excess. prælaci.

Sextò, operaria, id est, officium curādi fabricam Ecclesiæ, non est beneficiorum, sed affinis, qui lucus potest ei profici. ut notat Decius in c. definitus,

I N S T I T U T I O N E S N O V A E

num.ii.de Iudic.æditui olim qui curam habebant
publicarum ædium, & templorum,Aristot.6. Polit.
in fine ,Plato 6.de Legib. quæstores & assessoratores
factæ pecuniæ vocat. Æditui etiam Iustiniano , qui
ædes tuetur,§.i.de Tutel. l.i.§. tutores, de Tutel.P.
Ædilium hæc cura Rom.e secundum Varron. +. de
lingua Latin. Pompon.m l.2. §. item qui essent qui
ædibus , de Orig. iur. P. quamquam & ultra ipso
æda seu templi custodem fuisse constet , ut liquet
ex hypothesi l. annua his verbis. 20. §. At Tertia, de
Annuis,legat.lib.33.P.tit.i.

8 Septimo,Collegialia loca,que ad tempus conee-
duntur , inter beneficia Ecclesiastica propriè non
annumerantur:si tamen datur in titulum, & perpe-
tuò ad vitam in aliqua Ecclesia, cœsentur beneficia,
vt in Ecclesia sancti Salvatoris,quæ est in sububbis
ciuitatis Môtispelluli:& in Ecclesia sanctæ Trinitati-
tis Magalonæ,Rebutni tractat. nominationum,
quæst.15.num.21.

9 Octauð , præstimonium non est inter beneficia,
quando cōsistit in solis temporalibus peicipiendis,
contia si habeat aliquod onus iniūctum spiritale, &
habeat iniunctam residentiam. Oldrad. consil.8.
Dominic. concil. 89. nec quæ presbytero stipendijs
& mercedis causa dantur , erunt inter beneficia,
Oldradus consilio 140. Tradit Gomes ad regu-
lam Cancelleriae , de Publicand. resignatio. que-
stione 2.iii fine. Præstimonium non requirere ali-
quam residentiam , nec habere aliquam denomi-
nationem.

10 Nonò,Capellania imitatur beneficium,sed inter
officia annumeratur , in can.Apostolica , 8.quæst.
Capd

Capella dicitur locus in Ecclesia priuatus , conser-
eratus Deo tamen , vel extra Ecclesiam , c. Ecclesiæ ,
de Consecrat. distinct. i. cap. ad hac de Religios. do-
mib. ex eius constructione vel dotatione , fit quo-
dammodo beneficium , si probetur ab Episcopo , &
quætitur ius patronatus , cap. nobis , de Iure patron.
Potest & fieri & haberi in domo priuata capella se-
cundum Innocentium , ad can. ad hæc , de Religios.
domib. & in c. ex literis , de Iure patron. cum autho-
ritate videlicet Episcopi. Ioannes Fab. ad §. religio-
sum , de Rerum diuis. Alexand. ad leg. i. de Religios.
& sumpt. funer. P. Vocantur alio modo capelle in
Ecclesia , altaria , que non constituuntur sine con-
sensu Episcopi , c. si quis , in i. 17. qu. 4. c. quæsitum , i.
quæst. 3. c. nullus , de Consecrat. distinct. i. Aequipar-
rari capellam beneficis , & ideo in impetratiōne
beneficij , capellaniam iam possessam , ut reliqua be-
neficia tunc possessa , exprimere debere , scribit Rebuff
in tractat. de Pacif. possess. num. 87. & 88. & in tract.
nominationum , quæst. 9. num. 27. Differentia tamen
inter capellam & capellaniam , facere videtur idem
Rebuff. in Commentar. ad titulum de forma man-
dati , ad verbum , cap. ii. , in Concordat. quod capel-
lania soleat dici illa que non est per se separata ,
sed est intra aliam Ecclesiam fundata constituta . &
iuxta Felmum ad ea. ex parte , de Rescript. & in ca-
cum venerabilis , de Exception. Capella autem
dicit possit , Ecclesia fundata per se , etiam si sit pa-
riochialis , ut liquet ex can. i. de Capellis mona-
chorum. can. nobis , de Iure patronatys. Panor-
mitanus ad can. exposafisti , in §. notabili , de Piæ-
bendis. ita capella & capellanae , ciunt beneficia:
glos.

INSTUTIONES NOVAE

glos.i.ad cap.si beneficiorum,in fine.de Decimis,in Clement. quò pertinere potest quod statuit Caiol. Mag.lib.5.capitularium,c.182. *Placuit, inquit, nobis ut sicut ab Episcopis & reliquis sacerdotibus ac Dei servis admoniti fuimus, ne capella in nostro palatio, ut alibi, sine iussu Episcopi, in cuius est parochia, fiant.* Erant inde dicti Capellani minores capellis praepositi:maiores verò & summi capellani apud Francos erant clericorum causis prælati. Dicti postea primi capellani à cappa sancti Martini,quiam reges Francorum ob adiutorium victoriarum in prælatis solebant secum habere:quam ferentes & custodiientes cum ceteris Sanctorum reliquiis clerici, capellani coeperunt vocari , vt omnia refert Valafidius Strabo, Abbas Augensis,c.si.de incrementis,rum Ecclesiasticalium:&c alibi nos.Si tamen Capellamz fundatae per laicos non fuerint à dioecesano appropiatæ,&c(vt loquuntur) spirituahizatae,non consentit beneficia,nec ab Episcopo cōferti possunt, sed sunt sub pia dispositione fundatoris. Ioan. Faber. §.nullius,de Rerum diuis. idē fundatores & heredes eorum , possunt tales Capellamas donare sine Episcopo cum voluerint , tanquam profana beneficia. Guido Papaeus decis.187.

- ii Decimò , præceptoriae dictæ commendæ faciūrum militum,veluti ordinis hospitalij sancti Ioannis Hierosolymitanj, beneficia quidem secundum quod Ecclesiastica dicuntur à Barbatia.ad Clem.causam, col.51.de Elect.tamen non propriè dicitur ex genere communium beneficiorum:eo quod personæ conferentes, & quibus conferuntur, non sint laicæ vel Ecclesiasticæ, sed tertij ordinis. De his beneficiis fit

mentio in cap. exhibita , de Privileg. in Extrauag.
communib.in c.dudum,de Decim.

Vndecimò , beneficia manualia regularia non 12
propriè Ecclesiastica dicuntur : nempe ea quæ ex
arbitrio piarpositi dantur & reuocantur , non con-
ceduntur in titulum, ca.vnic.de Capell.monach.in
Sex.c.çum ad monasterium,§.tales, de Stat. mona-
c.i.§. fin.de Privileg. in Sext. beneficia quippe per-
petua esse debet,c.præcepta,ss. distinct.tamen be-
neficia dici , & in impetrationibus aliorum benefi-
ciorum exprimi debere, placuit Rebuffo in tractat.
Nominat quest.9. nu.25. quia (inquit) talia possint
esse perpetua,& ita pro perpetuis iudicabuntur, ar-
gumen.l.sufficit,de Condition.indeb. & quod non
possit Abbas à beneficio remouere prouisum mo-
naichum,ex malitia & sine causa:& si sine causa re-
motus fuerit , potuit restitutionem petere contra
Abbatem, coram superiore Abbatis, gloss. in §. &
idem ordo, ad verbum , *perpetuis* , de Collation. in
Pragmat. sanction. vbi & concludit hæc manualia
cum perpetuis posse permutari. Facit & Innocent.
ad cap.insinuante, Qui cleric.vel vouent.Rebuff.in
tractat.Nominat.quest.9. nu.25.& de Pacif.possess.
& in tractat.de Pacif. possellor.§.limitatione,num.
275. vbi copiosè & de restitutione hac secundum
quam iudicatum perhibet : additque manualia.hæc
beneficia non censeri reuocata per mortem Abba-
tis,ex Panorm.ad cap.fin. de Preccat.Decius ad c.ad
nostram,per illum textum, de Cösl.vtil.vel inutil.
At cū causa posset reuocatio permitti,vt in c.2.§.fi.
de Stat. monac. multò difficultius tamen reuocabile
erit manuale beneficium,si fuisset eius collatio per

INSTITUTIONES NOVAE

fum. Pontificem prouiso confirmata; quo casu non potest reuocari ab Abbatore, vt scribunt Ioan. Andreas, & Domini de sancto Gem. ad c. p. xxi, de Offic. ordinari. in Sexto. Alter in summa, quilibet prioratus regulatis censemur ad naturam reuocabilis, nisi sit curatus, vel conuentualis, Egid. decisi. 203, & nisi à Papa conferatur, aut confirmetur collatio Abbatis ex certa scientia summi Pontificis, non etiam si simpliciter. Panor. ad c. nisi essent, in fin. de Prib. Cardinal. ad Clem. i. ad verbum, *reuocari*, de Suppl. neglig. praelat. Plena namque & libera dispositio beneficiorum, est in manu sumi Pontificis, Clem. i. in fine, Ut liceat penden. nihil innoue. aut nisi beneficium ab Abbatore collatum sua natura esset perpetuum, quo casu non posset ab Abbatore reuocari: quia talis collatio intelligatur facta cum sua qualitate. Clem. vnic. de Supplend. neglig. praelat. cap. vnic. de Capell. monach. in Sex. c. i. eod. tit. apud Gregor.

13 Duodecimo, commenda beneficij ad tempus facta ab Episcopo, beneficium non est, quia & commendatarius amoueri potest. cap. nemo deinceps, de Elect. in Sex. Rota decisi. 244. in Antiq.

14 Decimoteitiò, beneficia que conferuntur à principibus iure regiae, non propriè beneficia dicuntur, Molinæus ad regulam de Infirmis renuncianti. nu. 186. quia à laicis beneficia Ecclesiastica iure cōmuni non cōferuntur, vt dicemus in collatione Deo iuuāte.

15 Decimoquartò, præbendæ assignatae ædituis vel symphoniacis, pueris, seu catoribus, œconomis, magistris, syndicis, & aliis officialibus pro labore, non sunt propriè beneficia: assignantur ædituis & assis in c. penult. de Præb. magistris, in c. i. & c. quia non nulli

nulli, de Magist. de reliquis notatur in c. cum Martinus, de Const. de salario syndici, in c. vn. de Synd. li. i. tit. 39. & de aliis praebedis profanis datis ab Ecclesia clericis pro labore, in ca. possessiones, & c. si. 16. q. i.

Decimoquintō, Vicariatus generalis cùm datur ¹⁶ propontifex, seu officialatus, siue genetalis, siue ad eitam partem Episcopatus, qui dicitur foraneus, non erunt inter beneficia, de quib. in Clemen. 2. de Rescrisp. & ibi videnda gl. facit & c. i. & 2. de Offic. Vicar. in Sext. nam potius hæc officia quam beneficia dicuntur, ut liquet ex titul. de Offic. Vicarij.

Decimosexto, officia Ecclesiastica, nisi conferantur in titulu, non erunt inter beneficia: qualia sunt conuentualia, eleemosynaria, Cellatariæ, Sactistaræ, ut numerat glos. ad Cle. i. §. ad hæc, ad verb. officiorum, de Stat. monach. custodiarie, c. i. de Offic. custod. cap. i. de Offic. Sacriste, Thesauraria, & similia.

De creatione seu constitutione beneficiorum per nouam foundationem seu creationem: atque primum, de causa in ea consideranda. Cap. xi i

- 1 Dicendorum circa erectionem beneficiorum, ordinatio.
- 2 De noua fundatione seu creatione beneficij.
- 3 De causa sine qua edificare non licet nouam Ecclesiam.
- 4 Causa plures; si populus indiget oratorio; si de novo ad fidem conuerterat; si crescat multitudine fidelium, si parochia latos habet fines; si multiplicatus cultus dominus; si fructus extreuerit.
- 5 Absque necessaria causa noua Ecclesia, in prauidicium aliquarum, non debent adificari.
- 6 Minus propter spem questus.

- I. Vperioribus explicationibus , quibus dicitur est de origine, finitione, distinctione & divisione beneficiorum. addendum nunc erit methodi causa , quomodo instituantur seu erigantur beneficia. Cui questioni triplex forma erigendi subnectetur & disputabitur. Prior est, quæ per fundationem nouam seu creationem sit. Secunda, quæ accidit per restitutionem extinti : Tertia , quæ per immutationem status antiqui beneficio contingit ; de quibus ordine dicendum, & secundæ formæ erit comiogenda explicatio extinctionis beneficiorum , ut possumus facilius intelligere restitutionis formulas. De fundatione itaque prius agamus noua.
2. Noua fundatio dicitur , quando fit beneficium quod nunquam fuerit , idè & dicitur beneficium creatum, ex non ente , & de novo erectum : in candidato filio , de Præbend. ibi , *quoddam ius spiritale de novo creando, &c.* & in Clem.fina. de Rescrip.vbi rescriptum de conferendo beneficio vacante , non comprehēdit beneficium de novo creatum : dicitur & creata noua dignitas præcentoriatus,in cap. cum olim,de Consuetud, hæc fundatio fuit in eunite religione usurpata , & postea in locis quoque de novo ad fidem conuersis, ut in ca.i.de Verbor.sign.in Sex. Considerabimus in noua hac erectione , causam, personas, locum, dotem, ædificium, effectus.
3. Causa prior est.bona intentio ædificare volentis, ne sub prætextu religionis & p̄ij operis, in perniciē ipsius aliquid committatur : probandi enim sunt spiritus & zelus , num sint secundum Deum ; & num damnū aliquod possit consequi.Nam , vt ait Iustin

in §.i. de Ecclesiastic.tit. Nouell.67. *Multisimulantes adiudicare orationis donos , suis medentur langoribus, non Orthodoxarum Ecclesiarum adificatores facti, sed speluncarum illicitarum. Ideo & mandat antequam adificatio fiat, habeti consensum Episcopi, & heri disquisitionem intentionis. Speciolum nomen templi & Ecclesiae, & pietatis plenum videtur opus per se , adificare Ecclesias & templo; vetum imponi posset ab impuis his titulis simplicibus: ut factum per haereticos , de quibus Imperatores Archadius & Honor. in l. 3. C. de Haeret. Cunelli heretici non erint omnia loca sibi adimenda esse , sine sub Ecclesiarum nomine teneantur , sine diaconica appellentur , sine decanica , sine in priuatis edibus vel locis bususmodi cœnbis copiam prahere videantur , &c. & Theodor. & Valentinian. CC. in l. Arriani , §. eod. tit. prohibit hæreticis , ne publicè cocant , néve sibi adificare quasi Ecclesias possint. Martia. Imperator idem statuit in l. quicunque, 8. §. vniuersi , eod. titu. de Haeretic. idipsum vetitum l. 2. C. de Summa Trinitati.l.conuenticula.15. C. de Episcop. & Cleric. & in §. nullus, Nouellæ 37. & in Nouella 131. c. 14. & Nouella 132. idipsum prohibitum de templis pagorum idololatriarum, in l. omnia , §. & l. si quid datum, C. de Paganis. Antiqui Ethnici religionis causa coire permittebant: dum tamen hoc non fieret contra Senatusconsultum , quod illicita Collegia prohibebat, l.i. §. sed religionis , de Collegiis illic. lib. 47. P. tit. 22. sic Vlpian. in l. 2. de Extraordin. crimin. lib. 47. P. tit. ii. *Sub pretexitu religionis , vel sub specie soluendi voti : cœtus illicitos , nec à veterantis tentare operier. Cultus diuinus & formula eius , locaque,**

INSTITIONES NOVAE

non ex arbitrio singulorum sed ex lege & publica
authoritate pendere debet. Sicut Deuteronomio.cap.12
dixit Deus. *Non facies singuli quod vobis reatum vi-
detur, sed quod praeceptio tibi hoc tantum facito domini:
nec addas quicquam vel minuas.* & Leviticus.c.17. prohi-
bitum ne alibi quis audieret sacrificium offerre quam
in loco destinato & publico. Quocirca causa qualis
sit ædificandi est examinanda, eaque publicanda
populo conuocato per Episcopum, dum instituent
publicam supplicationem indictam pro eligendo
loco, & mitiendo orationibus sacris, & crucis fixio-
ne. §. si quis autem de Ecclesiast. tit. in Nouellis.

4 Cauitæ instæ ædificandi Ecclesiam & fundati, vel
creandi beneficium, plures esse possunt, cum neces-
sitatis, tum honestatis & utilitatis, & incrementi
cultus diuini. Primam si populus indigeat oratione
vel Ecclesia: quo causa noua erigi potest, & de redditibus
aliarum Ecclesiarum illis non necessariis, ei
poterit portio assignata per Episcopum. cap. fin. de
Eccles. ædificand. Secundo, si de novo conueritan-
tur Ethnici vel Turcae ad fidem, & nulla adhuc sit
Ecclesia, fundanda noua erit. c. i. de Veibot. signific.
in Sexto. Tertio, si crescat multitudine fidelium: que
Ecclesia iam constructis recipi, vel alimentis diu-
nis seu Sacramentis commode non possit refici: quo
casu etiam Episcopatus nouus posset creari. vt in c.
53. præcipimus. 16. quæst. 1. & noua primatia, in cap.
nulli, 2. 99. distinet. Si quando vnuus pastor non posse
sufficere, vel si vnuus ea que sunt boni pastoris non
possit prestare, ca. i. de Concessio. præb. in Extrauag.
commun. cum messis creuerit plures operarij mit-
tendi sunt ad eam colligendam, cap. in nouo, 21. dist.

cap.

ēvnicō.de Offic.delegat. in Extrauag. communib:
facit DD. Matth.cap.9.Lucet 10.Quartō, si vna pa-
rochia habeat domos valde ab Ecclesia distantes
vt difficile sit,maximē in hyeme,imbris vel nūi-
bus impedientibus, in eam parochianos venire,vel
deferti sepeliendos vel baptizandos ; poterit alia
in loco conueniente ; quō possit pars parochianorū
facile conuenire , ædificari , constitutis redditib:
& perpetuo Vicatio, c.ad audiētiam,3.de Eccl.
ædific. Quintō,pro multiplicando cultu diuino,ad
honorem Dei vel Sanctorum eius ; volentes ædifi-
care & fundare,non sunt reficiēdi vel improbandi:
imō verò excitandi : quemadmodum eius rei gratia
iura concedunt ias patronatus ædificantibus &
dotantibus.Glos.ad c.nobis,de Iure patronat.Archid.
ad c.hortamur,71.distinct. Hugo ad cap.Piæ mētis,
16.quest.7.Sextō,eadem ratione,si excreuerint fru-
ctus & redditus Ecclesię viuis,qui sufficiant duabus
vel pluribus,diuidi possunt,& aliæ addi,quæ ratio-
nabilis causa scissionis beneficiorum,vel diuisionis
præbendarum,vīsa est in cap.vacante,de Præbend.
quæ ad cultus diuini augmentum pertineat potest,
& ne personæ Ecclesiastiq pinguedinis rūniq abu-
sa,bonorum Ecclesiæ, habeant delinquendi occa-
sionē,vt pulchrè explicatur in c.Saluator, de Præb.
in Extrauag.communib.Ratio etiam diuisionis be-
neficiorum , ad augmentum cultus diuini referitur,
in c.vnic.de Offic.deleg.in Extrauag.communib.
cui rei debent auxilium vniuersi Christiani,in prin.
21.distinct.& c.ex parte,de Constitution.

Planè si causa rationabilis nō sit necessaria,noua
Ecclesia in præiudiciū antiquæ, ædificari nō debet:

INSTITIONES NOVÆ

cap. 2. de Eccles. ædificari. & si fiat, opus nouum denunciari debet ædificati, nomine Ecclesiæ antiquoris. can. 1. & 2. de Opere noui nunc. Quare qui antiquæ Ecclesiæ prætest curio, vel alius, potest intercedere seu se opponere ædificationi nouæ, si eius interfit: vel propter oblationes, sepulturas, vel alias obuentiones, vt resolutus per plura Guido Papæ in decis. 360. iuxta not. in c. dilectus, de Capel. monac. & not. ad c. 1. de Relig. dom. sed melius facit d. c. 1. & 2. de Op. noui nunc. Itaque remedio nunciationis noui operis vti potest, & utili actione, quæ datur & superficiario, l. 1. §. 1. & l. 3. §. pen. de No. op. nunc. P.

⁶ Multò magis prohibita erit ædificatio; si turpis questus gratia voluerit aliquis construere: veluti cum conventione, vt quicquid ex oblationibus Ecclesiæ aduenerit, cum clericis eius diuidat, quia partitionem huiusmodi ius prohibet, & ea lege ædificatum consecrari vetat. c. si quis Basilikam, de Confess. dist. 1. Prohibuit aliquando Nicephorus Phocas Imperator Græcorum, vt habetur inter constitutions eius, ne de novo construeretur monasteria, vel Xenodochia, vel nosocomia, néve eis vel aliis ecclesiis nouis agri & alia darentur, ne propter multitudinem Ecclesiæ iam constitutæ defererentur, iussitque eam ædificatarum curam agi & geri.

De personis in noua fundatione considerandis. C A P. X I I I.

- 1 Personarum tres species considerande: fundantium, approbantium, consentientium.
- 2 Omnes non prohibiti cuimcunque sexu, fundare possunt

- possunt ecclesias, dummodo sini Christiani.
- 3 Episcopus ergo potest adificare novam Ecclesiam necessariam.
 - 4 De personis que debent foundationem novam authorare, deque Episcopalem foundatione.
 - 5 Quomodo intelligatur, quod Imperatores exerint sedes Archiepiscopatus & Episcopatus.
 - 6 Ecclesiae fundantur auctore et vocato Episcopo, immo et monasteria, et ibi ratio, ad evitandam ambitionem et vanitatem.
 - 7 Si exempla loca, auctoritate sum. Pontificis quid statuendum sit.
 - 8 Alia ratio, cur monasteria ex arbitrio non licet construere, ne turbetur Res publica nouis religionibus.
 - 9 Licetitia liberae religionis, malorum cause in Res publica.
 - 10 David quod bellum sanguinem fudisset, templum adficare Deo prohibitus.
 - 11 De personis quorum interest non adificari, in nova edificatione adhibendis.
 - 12 De Abbatis facultate postulanda. in Ecclesiis sibi subiectis adficandis, et num Ecclesia adficata sine consensu Episcopi, et postea eo approbante, possit agere pro dote contra fundatorem.

Possum causam, quae impellit ad erectionem, noui beneficij, quarendum est de personis que erunt vel fundantes, seu quarum sumptibus instituitur beneficium, & adficitur Ecclesia: vel approbantes, seu quarum auctoritate fundationes & erectiones egerint: item que consentire debent. Prioris breuiter illæ di-

INSTYTUTIONES NOVÆ

cuntur, quæ non prohibentur: & ita utriusque sexus possint fundare suis sumptibus Ecclesiæ & beneficia. Iura enim quæ tribuit ius patronatus ratione fundationis, vel donationis Ecclesiæ, quamvis loquantur in masculino genere, cap. nobis, de auct. patron. ca. Frigentius, c. pia mentis, c. filii, 16. q. 7. & familia, tamen & de mulieribus intelliguntur: Lex enim aut natura in negotiis agendis quæ pendent ex natura & potestate communis humana, non introduxit sexus differentiam, l. maximum vitium, de Liber. præte. & maximè in his quæ spectant ad cultum diuinum non est masculus, non femina, seu distinctio sexus apud Deum: omnes enim meicdem à domino expectare possunt. D. Paulus ad Galat. 3. c. 1. 29. q. 2. c. 1. de Coniugio feritorum. §. hinc autem, de Monach. in Noucl.

2. Verum, fundatio Ecclesiæ à fidelibus seu Christianis fieri debet, vt in c. pia mentis, ibi, omni Christiano, &c. &c. &c., qui Christianus, &c. & in ea quicunque fideliūm, ibi, fideliūm. 16. quest. 7. Non posset ergo Paganus, Iudeus, Turca, imò nec hereticus: quia separatus à fide non potest uti legitimis Christianorum priuilegiis, l. quicunque, l. quoniam multis, C. de Heretic. Jungenda sunt quæ in proximo cap. 9. superiori diximus. Videntur & heretici destituti facultate fundandi: ex eo quod bona eorum sint fisco applicanda, in l. Mamchæoram, C. de Heretic. capitul. cùm secundum leges, eod. tit. in Sert. Proximi sunt hereticis schismati, cap. inter heresim, 24. quest. 3. & prouinde diuisis ab unitate pastoris, non tutu est permittere Ecclesiæ adjudicatae, ne eas subtrahant ab unitate: idipsum de his quæ fide

fide apostolarunt, & lapsi sunt, vel in Iudaismum, vel paganisnum: nā Iudei possent conuertere ædificationes in Synagogas, quæ eis interdicuntur nouæ; iehqui ad erroris possent transferre abusum. Vide Paulum de Citadinis in tractat. de Iure patro. parte 3. causa prima acquirendi nume. 6. & sequentibus, vbi & tandem nume. 36. generalem constituit regulam, quod omnes qui habent liberam rerum suarum administrationem tantum & dominium, possunt construere Ecclesiæ, & ex fundatione ius patronatus sibi acquirere: quod fundandi materia similiis sit potestati testificandi, id est omnes qui non prohibentur, possunt fundare, dictis canonibus, qui cuncte & pia mentis, 16. quest. 7.

Potest, in dñe debet, & cogi potest Episcopus, nouam Ecclesiam fundare in locis vbi populus illa indiget, ut in ea. ad audientiam, in i. & ca. sequent. & fin. de Eccles. ædificand. & iubet summus Pontifex Episcopo, populo crescente, ædificare Ecclesiam, & non obstante iuramento de non alienandis bonis suæ Ecclesie, partem aliquam sue Ecclesie dare nouæ. Orationum & quilibet potest in propriae tate sua ædificare, nō solum in domo, sed etiam extra, dum tamen in eo non celebretur sine licentia Episcopi, cap. vnicuique, cum duobus sequentibus, de Consecrat. distincti. i. ca. Religiosum, 12. quest. 2.

Personæ autem, quatum authoritas iequi &⁴ adhiberi debet, pro diuersa beneficiorum eu-gendorum qualitate, sunt quoque distinguendæ: Ecclesiæ nāmq, Episcopales vel Archiepiscopales, non possunt erigi in e authoritate summi Pótificis, ca. 34. mutationes, 7. q. Is quippe assignat singulis dæces

INSTITIONES NOVAE

diœceses & prouincias , c. i. & ii.de Concess. præb:
in Extræuagan.Ioan.22. c. Saluator , in Extrauagan.
communiib. c. vn.de Off. delega. in Extra. comm.
Diuisio prouinciarum tamen duplii consideratio-
ne obseruanda est: vel habita ratione cultus diuum,
vel ratione temporalium. Quod pertinet ad cul-
tum diuinum ; adsignatio prouinciarum & diœc-
sis fieri à summo Pontifice potest, sine præjudicio
diuisonis principum : quemadmodum & diuisio
prouinciarum vel vno fit per principes laicos, l.
si eadem , de Offic. assell. P. I. vñica , de Metropol.
Be 1yto.lib. ii. C. sine præjudicio Ecclesiæ. Ca-
uendum enim est , ne cum cuiuspiam scandalô di-
uisio fiat, ca. nihil, de Praescrip. & ne cum præjudicio
alterius, c. vni. de Offic. delega. in Extræuana. comm.
neque in temporalibus summis Pontifex debet
vsurpare Regia, neque Rex in spiritualibus, tempo-
ralia. c. per venerabilem, Qui filij sint leg. cap. Impe-
rium, & sequent. io. dist. Quare in ca. vñico, ioi. dist.
diuisio prouinciae per Imperatorem facta, non con-
struit duos Metropolitanos: idipsum traditum in ea.
i. lege Imperatorum, io. distinct. vbi hæc ratio, quod
æquum visum est , ad necessitatum mundana-
rum mobilitatem , Dei Ecclesiæ commutari , ho-
norèisque ac diuisiones perpeti, quas pro suis causis
faciendas senserit Imperator. Et cum leges cruiles
canonicis sint inferiores, sic in c. querimoniam , de
Iure patron. absurdum videtur omnino, ad singulas
patronorum secundum humanam conditionem muta-
tiones, Ecclesiæ ordinationes mutari , & iur-
sum in can. io. hæc quippe est ordinatio Dei, 3.q.6.
in fine. Neque Ecclesiæ Dei per discordias , regum
diui

diuisiones, aliqua damna pati necesse est. Et hinc pendet ratio quare hodie inueniantur Episcopatus habentes plebes, vel iurisdictiōpem spiritalem in diuersis regnis, in quorum confinio sunt: vel in diuersis prouinciis diuersorum principum laicorum: nempe, quod post institutionem Episcopatum, per seculares principes diuisae sint regiones, & alter disticti vel usurpati fuerint limites, remanentibus tamen Ecclesiarum prioribus finibus, Solent tamen principes, vel reges, Episcopos alterius regni vel regionis, vbi habent sedem, hortari vel cogere constitutre in regno vel regione sua, pro reatum spiritualium exercitio & iurisdictione, officialem seu vicarium, quem idē vocant, officialem foraneum. de quo in Clem. 2. & ibi glo. ad verbum *Foraneo*, de Rescrip. & in c. Romana, de Offi. ord. in Sex. Talem habent Barroducti, qui regis Galliae subuiciuntur supremæ dominationi, quoru Episcopus Tullensis est. Fortsan hoc inductum fuit ad personarum Ecclesiasticarū leuamē, vel quia principes metuunt, ne sub praetextu religionis, secreta regni euulgentur: vel etiam quod regnum & prouinciarum diuersa sint Ecclesiasticis personis indulta privilegia, & leges alię dictę, quę discuti in proprio loco ficiilius possunt à proprio iudice & officiali,

Posset tamen quod diximus, summum Pontificem solum Cathedrales & maiores Ecclesias creare, aliquo modo dubium videri, ex his quę legimus in historiarum & legum monumentis, Imperatores & principes sedes Episcopales & Archiepiscopales eexistere; nisi intelligamus erectionem illam fuisse ab illis procuratam, & redditibus fundatam, & per summum

INSTITIONES NOVÆ

sum pontificem confirmatam. Proinde sic intelligendum est quod statut Iustin. in §.1.de Piuileg. Archiepiscopi Iustinianæ primæ, &c. Nouel. ii. vt Episcopi primæ Iustinianæ ciuitatis Archiepiscopi haberent authoritatem, & ita fecit ex Episcopatu Archiepiscopatum. Et statuit quoque Aquis, quæ est Dacie prouincia, ordinari Episcopum, quod in §.quod tamen, ca. 3. de Ecclesiastic. tit. Nouel. 131. videtur profiteri se fecisse secundum Vigilij sanctissimi Papæ definita. & in §.simili quoque modo, quod est ca. 4. eius tituli, de Eccles. tit. idem Iustin. tradit, se dedisse ius Archiepiscopatus Iustinianæ Carthaginis, quod dederat Iustinianæ primæ. Et fuerunt tres ciuitates nomine Iustinianæ, & priuilegio Archiepiscopatus à Iustiniano donatae, Iustiniana in Aphrica Carthaginensium dicta, Nouella 131. à Iustiniano vindicata ab hostibus, & restituta imperio Romano. Alia fuit Iustiniana secunda, in Cypro insula; quæ fuit patria Theodoræ uxoris Iustiniani, teste Nicephoro. Alia fuit Iustiniana noua, in Lazica prouincia, quæ ante Petreon dicebatur, ut scribit Iustinian. in Nouella 28. de Moderatore Helleponsi. Meminit de Ioanne prima Iustinianæ Episcopo Gregorius i. sribens Larisseo Archiopiscopo lib. 2. indist. ii. epistola 7. seu c. 46. & in c. 52. frater noster, 16. quæst. i. Sic legimus Carolum magnum nouē Episcopales seu Cathedrales sedes erexisse, Monasterensem, Lugdero præside: Bremensem, Vuilicardo præfule: Mindensem, Hibernetto præfule: Halberstadensem in Saxonia, Hildegemo præfule: Osnaburgensem in Saxonia, Simitione præfule: Padeburnensem, Harimario præfule: Verden

Verdensem, Sumberto præf. Hamburgensem, Heridago præfule: Hildemensem, Gunthero præfule: & crexisse duos Episcopatus in metropolitanas sedes, Hamtuagensem, & Salzburgensem seu Iuarensem, ut scribit Albertus Crantius lib. i. Saxonie, c. 5. 6. 10. & lib. 2. cap. 14, Irenicus lib. 3. cap. 10. & 44. Refertur & in cōstitutione 8. Nouella Alexij Comneni Imperatoris Græci, titulo de erigendis Episcopatibus in metropoles, fuisse factum decretum Imperiale in præsentia tunc cōuocatæ synodi, lice-re Imperatori, Pontificalem thronum Ecclesiis largiri, & Episcopatus vel Archiepiscopatus in metropoles erigere, &c. Possem aliorum Regū & Imperatorum fidationes, & nouas erectiones aut diuisiones Episcopatum & Archiepiscopatum, adferre, nisi illa exēpla sufficent. Solus ergo summus Pontifex creat nouos Episcopatus, creatos diuidit & vnit solus, c. præcipimus, §. si cui, 16, q. 6. c. sicut vni- re, 8. & ibi Glo. ad verbū, pertinere, de Excessi præ- lator. Glo. ad cap. quod translationem, ad verbum, rescripsit, de Offic. ordinarij. Cūm tamen Episcopatus nouus in alterius iam facto Episcopatu erigitur, re- quiritur ut prior cōsentiat Episcopus & plebs. cap. 51. multis, & ibi Glo. 16. quæst. i.

Alia beneficia inferiora & creari, & dipidi, & 6
vniri possunt ab Episcopo loci, dic. cap. sicut vnuie.
quamobrem dum beneficia vel Ecclesiæ ædificari
& dotari debent, vocandus erit Episcopus in initio
constructionis, dotationis, & cōsecrationis in locis
nō exemptus à potestate ordinarij, c. nemo, de cō-
secat. distin. i. §. i. Ut nullus fabriçet orator. domos
præter voluntatem Episcopi, &c. Nouell. 67. §. in
autem

INSTITUTIONES NOVÆ

autem de Ecclesiastic titulis. Nouell.131. atque in §; illud, ca.1.de Monach. Nouella §. monasterium non potest ædificari , quin prius licentia impetretur ab Episcopo loci , qui ibi manus extendat ad coolum , & per orationem locum Deo consecret , figens in eo salutis nostræ signum, nempe venerandā & honorandam verè crucem. idē in §, si quis autem voluerit, c.7.de Eccl.tit, Nou.131. Plaçuit & in Concilio Chalcedonensi, ca.4. relato in c.10. quidam monachorum, 18. quæst.2. neminem aut ædificare, aut constitueret monasteria , aut oratorij domum , sine conscientia ipsius ciuitatis Episcopi. Et in Agathensi Concilio, ca.27. & in c.12.de Monachis, 18. quæst.2 cautum ut de monachis, monasterium nouum, nisi Episcopo aut permittente aut approbante , nullus incipere aut fundare præsumant. Rursum in eodem Concilio Agath. c.58. & Epaunensi, c.10. & in ca.13. Cellulas, 18. q.2. Cellulas nouas aut congregatiunculas monachorum absque Episcopi notitia prohibitum instituere. Id ipsum statutum in Concilio Aurelianensi, ca.24. relato in c. nullus, 14. eadem 18. quæst.2. ibique ratio adfertur, ut evitetur ambitio. Sic enim verba eius textus sunt : *Nullus monachus monasterij congregazione relicta , ambitionis & vanitatis impulsu Cellulam construere , sine Episcopi permissione , vel Abbatis sui voluntate præsumat.* Reuocantur & Ecclesiæ ad dominium Episcopi , si velit quis eas sine eius consensu fundare. in cap. cum olim propter, 14. §. insuper, de Priulegiis. cap. placuit, 1. quæstio. 2. §. si quis autem, 1. de Ecclesiastic titul. §. igitur , Ut nullus fabricet orator domos. in Authentic.

Quod

Quod si loca exempta sint à potestate ordinaria 7
 superior summus Pontifex consulendus in funda-
 tione. Sic enim expressè Alexand. 4. de Privilegiis.
 in Sex. rescripsit. Authoritate sedis Apostolice, inquit,
 de fratribus nostrorum consilio statuimus, quod oratoria
 vel capellas, in locis non exemptis, sine dioecesorum
 ipsorum locorum licentia, exempti construere non pre-
 sumant, scilicet in locis non exemptis, in locis vero
 exemptis prohibetur id fieri nisi priuilegium speciale
 vel licentiam habeant sedis Apostolice. Ibi tamen
 Glos. ad ea verba, notat diocesanum censeri, in
 exemptis summum Pontificem; & eius legatum à
 latere, posse id ipsum concedere: argum. c.i. de Ver-
 bot. signific. in Sext. & c. si Abbates, 36. de Election.
 in Sext. Antiquitus tamen, non licebat absque li-
 centia sedis Apostolice Ecclesias construere, vel
 dedicare, cap. omnes Basilicæ, 3. cum quatuor se-
 quentibus de Consecr. distincti, i. c. bonæ rei, 22. qu.
 2. & notat Glos. ad dic. canon. omnes, ad verba,
absque præcepto, vel illos s. canones fuisse locales;
 vel de Episcopali fundatione agere; vel hodie in
 aliis Ecclesiis locum non habere præterquam in
 Episcopalibus. Ratio alia præter ambitionem, &
 vanitatem, qua plures impellebant ad nouas ædes,
 & monasteria construere, adfertur in Concilio
 Chalcedonensi, c. 4. hæc, ἵπεται δέ τις τῷ μοναχῷ
 κακρύμενος πράγματι, τας τε ἐκκλησίας καὶ τὰ πολιτεῖα
 στραταράσσος πράγματα, περιόντες αὐτοῦ πρᾶς ἐν ταῖς
 πόλεσσιν οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ μοναστήρια εἰστοῖς οὐαῖς ἀν ἐπιτη-
 δεῖσις ἐδοξεῖ μηδέποτε τὸ μηδαμῆς ἐκοστόμενον, μηδὲν ἐν οὐαῖ-
 στᾶν μοναστήριον οὐκέτε οὐκον ποτὲ γνώμην τὸ τὸ πόλεως
 διοικήσα. i. Verum quoniam nonnulli speciem monachicam

INSTITUTIONES NOVAE

pra se ferentes, & Ecclesiam & ciuitia negotia perturbant, in ciuitatibus indiferenter vagantes, ac præterea monasteria sibi ipsis construere aggredientes; placuit neminem quidem usum adificare, neque constitutere monasterium, vel oratorium domum, præter Episcopi ciuitatis consensum. Sic in ca. vni. de Relig. dom. in Sext, ut euitaretur religionum diuersitas, que nimiam confusione patere posset in Republ. Christiana, Concilium Lügdunense prohibuit nouas religiones, neve quis eas nouas admisueret, ne nouum ordinem, vel habitum nouæ religionis assumeret; & subiicitur ibidem, præsumptuosa[m] temeritatem diuersorum ordinum potissimum mendicantium, effrenatam quasi multitudinem admisuisse. Id ipsum & tantè definitum fuerat in Cœcilio Lateranensi sub Innocen. 3. habito, c. 13. relato in c. si. de Relig. dom. *Ne numia, inquit Synodus, religionum diuersitas grauem in Ecclesia Dei confusione inducat, firmiter prohibemus, ne quis de cetero nouam religionem inueniat, sed quicunque ad religionem conuerti voluerit, unam de approbatis assumat; similiter quis voluerit religiosam domum de novo fundare, regulam & institutionem sumat de approbatis.* Peperit aliquando in Ecclesia Dei tempore Apostolorum, hæc opinio præstantioris magistri, quam pro exemplari ex arbitrio sequi volebant Christiani primi, schismata, & contentiones inter Christianos. Sic enim scribit Diuus Paulus i. ad Corinthios i. cap. vers. 10. & sequentibus. *Obse ro autem eos, fratres, per nomen Domini nostri I. s. Christi, ut ipsum dicatis omnes, & non sint in verbis schismata: suis autem perfecti in eodem sensu & in eadem scientia.* Significatum est enim mihi de vobis, fratres

fratres mei , ab his qui sunt Chloes , quia contentiones
 sunt inter vos , Hoc autem dico , quod unusquisque ver-
 strum dicit : ego quidem sum Pauli , ego autem Apollo ,
 ego vero Cepha , ego vero Christi . Domini est Christus ?
 Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis , aut in nomine
 Pauli baptizatis estis ? &c. Et rursum c. 3. eiusdem Epist.
 vers. 3. & seq. Cum enim sit inter vos zelus & contentio ,
 nonne carnales estis , & secundum hominem ambulans ?
 Cum enim quis dicat ego quidem sum Pauli : alius au-
 tem ego Apollo : nonne homines estis ; Quid igitur est
 Apollo quid vero Paulus & ministri eius cui credidistis ,
 & unicunque sicut Dominus dedit . Ego plantans , Apollo
 rigauit , sed Deus incrementum dedit . Itaque neque qui
 plantat est aliquid , neque qui rigat , sed qui incrementum
 dat . Deus , &c. Admonet &c. D. Paul. Colossenses , in
 Epistola cap. 2. vers. 18. Nemo vos fecerat volens in hu-
 manitate & religione Angelorum , que non vidit am-
 bulans , frustra inflatus sensu carnis sua , & non tenens
 caput ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones
 subministratum & constructum , crescit in augmentum
 Dei , &c. Luce meridiana hoc clarius est nimia reli-
 gione vel verius superstitione , quosdam deceptos
 saepius turbasse Rempublicam Christianam , & ha-
 hereses inde produisse , heresiarchas & asseclas , qui
 sub pretextu religionis , sibi proprium modum &
 viuendi & intelligendi delegerunt , ex quo perni-
 cies & clades , imò strages animatum & corporum
 subortae sunt : quid Catharorum , Donatistarum ,
 Arrianorum , Anabaptistarum , Valdensium , Pau-
 perum de Lugduno , & aliorum haereticorum hy-
 pocrites & vitae reformatæ simulationes , inquie-
 sunt mali , res ipsa manifestè docet , & quot sub mo-

INSTITUTIONES NOVÆ

nachali habitu, vel pretextu religionis facta impia fuerint, non est quod referam: quantáve templaris fuerint imposita, alijsque viuendi separatis formulis. Quod inter probatas etiam regulas, hostis humanæ naturæ Dæmon seminauerit contentiones, satis etiā liquet, vt plures inter se odio Vaticano se mutuo fuerint prosecuti alii ex aliis prodeuntibus; unde & alicubi disputatur quæ melior sanctiorve regula, num eiusdem ordinis etiam, qui alios produxerit integra remaneat forma viuendi: cum tamen contendere deberent (pace regularium dixerim & cum bonâ venia) potius de reformatione iuxta regulam, quam ab institutoribus accepérūt, quam de laxiori forma viuendi amplectenda. Certe (vt sine inuidia & verè dixerim) existimo probos sanctosque viros, qui viuendi formam, & viam ad vitam æternam compendiosam præscripserunt cœnobis, si resuigerent, vix vestigia alicubi suæ institutionis agnitos. Sic enim paulatim descuerunt alicubi à suis regulis monastaria & Ecclesiar, vt tantum nomine retineant. Sed hæc est malitia temporis & dierum nostrorum, & senium saeculi, quod videtur repuercere, quantumvis per sacrosancta Concilia, & mandata summorum optimorumve præsulum, medicina adhibenda, fuerit decretæ. Et hæc turbant Reipublicam Christianam, & probos, bonosque cœnobitas & monachos, in contemptum malorum hominum traducunt, ob malos mores eorum, qui eundem ordinem nomine tenus præ se ferunt. Quamobrem prospexerunt iura predicta, ne temere reuoltes nouæ admitterentur; quod plures sint qui

qui veniant in vestibus omnium , intus autem sunt lupi rapaces , & sub religioso habitu interdum fiant exploratores & proditores regnum & sub specie pietatis sursum deorsumque politica & temporalia regna, imperia, principatus, versent, turbet, agitent, & sape subuerant; non contenti vacatione delecta orationis , verbi Dei & cultus diuini , nisi quoque rerum temporalium speculatores & peritos haberi & videri velint , quod iam reprobatum est per l. consulta diuinalia, 23. de Testam. *Absurum* (inquit) est, si promiscuis actibus rerum turventur officia , & alij creditum aliis subtrahat ; & præcipue clericis , quibus opprobrium est , si peritos se velint disceptationum esse forentium. Iustiniano tribuit illa lex, ab aliis Iustino, quod magis probo , vel ea repetita erit ab altero illorum , quia eadem verbâ extant in l. repetita, de Episcop. & cleric. C. *Nemo Deo militans implicat se negotiis secularibus*, 1. ad Timotheum cap. 2. can. sed nec procuratio , Ne clerici vel monachi seculari negotio se immisceant. lib. 3. P. tit. 50. Injuriam cultui diuino facit , qui semel ei mancipatus , ad negotia curanda seculatia se abiicit ; & superbe tantum , laicorum potestates & secularium prudenter deprivat , ut prætextu religionis se illis præferri , & in omnibus curiosè se immiscere appetat. Nec mihi reprehendendæ magis videntur personæ Ecclesiastice ; quæ negotia secularia sibi usurpant pertractanda publicè , quam laici qui impudenter & ambitiosè quæ sacerdotum sunt volunt præstare, simplicitati sacerdotum illudentes, contra. cap. cùm ex iniuncto, de Hæret.

INSTUTIONES NOVAE

Prodit ex nimia licentia data vnicuique , vel ex usurpatione non reprehensa religionis liberae, idololatriæ impietas prius apud Ethnicos : qui ex nimio amore eorum quos amabant , vel metu eorum quos sibi nocere posse arbitrabatur, cœperunt eosdem venerari. Dehinc cœperunt erroribus addi eiatores ; & nullo prohibente sub religionis & diuini cultus nomine , ferè singuli pto arbitrio & prout sibi expedire videbatur , Deos & religionem confinxerunt. Et dehinc addicti propriis sententiis, cœperunt turbare Rempublicam : donec Senatus aliquando, reformandarum religionum causa, potestatem quibusdam concessit : vt est apud Litium, lib.30. & videnda quæ diximus lib.33. Syntagmatis iuris c. 7. Statuitque Senatus , ne noui Dei, nouave religio inconsulto Senatu admitteretur , iuxta legem 12. Tabularum in qua sic legebatur. *Separatum nemo habessit Deos néve nouos , sine aduenas nisi publicè ascitos priuatim colunto.* Quæ ideo refert Cicero statuta, ne confusio in religione fieret. Quemadmodū eadem ratione hodiè non licet Sacerdotum reliquias venerari , nisi eorum quos Ecclesiam in numerum Sacerdotum redegisse , authoritate summi Pontificis, constabit:c.1.& 2.de Religios. & venera. Sanct. lib. 3.tit.45.Hæc autem ita seruari curabit Episcopus, & ne sine dote conuenienter, ut dicemus, ædificiū fiat.

¹⁵ Prohibuit aliquando Deus Dauidi, ædificari sibi templum : Paralipom. c. 22. & vers. 8. *Et factus est sermo domini ad eum , Multum sanguinem effudisti , et plurima bella bellaſti , non poteris edificare domum nomini meo tanto effuso sanguine coram me : filius qui nascetur tibi , erit vir quietissimus & ipse edificabit dominum*

domum nomini meo, &c. Fuit autem David præfigutator Noi testamenti, c. quod autem, 32. qu. i. ut certè homicidæ nunc prohiberi videantur ab hac fundatione, ut notat Glos. ad c. i. ad verba, *prohibuum est*, de Consecrat. distinct. i.

Aliquando etiam personæ considerabuntur in ⁱⁱ erectione beneficiorum eorum quorum interesse potest non ædificari nouam Ecclesiam, veluti si Episcopatus nouus in territorio alicuius Episcopi erigatur, eius consensus & plebis adhibetur, in c. si multis, & ibi Gloss. 16. qu. i. & Glos. s. in c. nulli, 99. distinctio. in diuisione patrethiæ debere requiri consensum parochiani presbyteri, inquit tamen eos, si noluerit consentire, posse diuisionem fieri per summum Pontificem: cap. i. de Ecclesiis ædificand. Verum si sine præiudicio antiquæ Ecclesiæ, & reditibus, ei & nouæ sufficientibus, fiat diuisione, non poterit eius Ecclesiæ præpositus legitimè repugnare Episcopo diuidenti vel nouani construenti, quare Episcopi sententia in hoc executioni demandatur, non obstante appellatione quacunque: & ita resolutum Panormi ad diec. cap. ad audientiam, num. 16. & conciliat Glossas contrarias alioquin. Nam Glos. c. ad audientiam, ait, non posse Episcopum etiam ex causa diuidere parochiam: contrarium autem, ut possit, tenet Glossa aperte in c. nulli, 99. distinct. Glossa dehinc ad c. i. 10. distinct. ait existente necessitate & ista causa, Episcopum posse cogere rectorem Ecclesiæ & plebem ad contributionem nouæ Ecclesiæ ædificandæ, tanquam delegatum à sede Apostolica. Sic etiam statutum Concilio Tridentino sessione 21. c. 4. de Refirmat. facit in arg. cap. i.

INSTITUTIONES NOVAE

de Reb.Eccle.non alien. & c.sicut vnire,de Excess.
 prælat. glos. in c.constitutus , de Religios. domib.
 Si verò diuisionem vellet facere beneficij vel Ec-
 clesie Episcopus sine causa , non cogeretur prior
 Ecclesia vel eius præpositus , consentire : idipsum
 dixit Glossa in Papa volente diuidere Episcopatus:
 nec debet alii iugum imponere ; quod Episcopus
 impositum subire recusaret.cap.si scit se,2.quest.6.
 Possunt & alio modo meo iudicio conciliari Glossæ
 in hac repugnantes:vt si in parochia aliena nouum
 beneficium creetur , nullis bonis à priore acceptis
 pro fundatione secunda , possit creari ab Episcopo
 ex iusta causa,multa priori Ecclesia , nouum bene-
 ficium : quòd si quid à bonis prioris accipiatur, ad-
 hibendus sit eius consensus. Licet enim uno fieri
 possit Ecclesiarum titularibus & possessoribus non
 vocatis:amen (vt dicunt) dimembratio,seu bono-
 rum Ecclesiasticorum alienatio , fieri nequit illis
 non vocatis sine tractatu , cause inquisitione , aut
 sine solennitatibus in distractione rerum Ecclesie
 requisitis,in c.sine exceptione,12.quest.2.c.dudum,
 de Reb.Eccles.non alien.in Sex.& sic Rota decidit
 Decis.229.incipit. *Quod in dimembrauione*,in Nouis,
 Rutlāmque cocluditur in Decis.347.incipit si **Abbas**,
 in Nouis. quòd nec Abbas cum capitulo potest di-
 membrare (sic loquitur) prioratum , & ibi consti-
 tuere , beneficium custodiæ vel Sacrificiæ cum fu-
 cibus , nisi vocato priore : cùm non sit nudandum
 vnum altare, ad aliud cooperiendū.c.cùm causam,
 de Præben.statutum & in c.74.bonæ rei,12.quest.2.
 ex Concilio Tolet.9. c.5. vt si quis Episcoporum in
 parochia sua seu diœcesi monasterium constituere
 volue

voluerit, & hoc ex rebus Ecclesiæ cui præest ditare
 decreuerit, non amplius ei quam quinquagesimam
 partem date possit, ne graue damnum adferat suæ
 Eccle. Ad Ecclesiam verò, quæ monasticis non in-
 formatur regulis, aut quam pro suis magnificare
 voluerit sepulturis, non possit amplius quam cen-
 tesimam partem Ecclesiæ suæ cui præest, conferre:
 relieto tamen arbitrio Episcopo, num monasterium
 vel Ecclesiam aliam voluerit dotare: & vt ibi Glos.
 scribit, hoc Episcopus potest facere sine consensu
 capituli sui, in illa quinquagesima vel centesima,
 quod & dixit c. pastoralis, 9. de His quæ fiunt à præ-
 lat. sine consensu capit. non obstaté iumento præ-
 bito in adeptione possessionis Episcopatus de non
 alienandis rebus Ecclesiæ suæ. c. tua, de Eccles. ædif.
 cum lex ei hoc permittat. Cæterum alterius Eccle-
 siæ parochialis fructus, alteri dare monasterio vel
 Ecclesiæ, vel de nouo illi in fauorem alterius im-
 ponere pensionem etiam consensu patroni, non li-
 cet sine consensu capituli sui, vel summi Pontificis,
 d. c. pastoralis, de His quæ fiunt à prælatis sine con-
 sensu capituli. cap. Pastoralis. 7. de Donatio. fuit &
 deinceps permisla Episcopo donatio quinquagesi-
 mæ, & centesimæ tantum, si modò id sine graui de-
 trimento suæ Ecclesiæ faciat, & si semel, non am-
 plus: alioquin factum revocaretur, si præscripsi-
 non obserciatur. c. Apostolicæ. 9. de Donation.

Addamus quæ tradit Panorm. consil. 89. incip.
 Ex ibemate, lib. 2. consil. nu. i. non posse sine autho-
 ritate diœcesani ædificari Ecclesiam in loco non
 exempto, & Abbatem esse diœcesanū in Ecclesiam
 sibi subiecta: ratione cuius possit permettere cum

INSTITIONES NOVÆ

ea aliam quoque ædificari, vel ædificatā sine licen-
tia, ratam habere. Notat & singulare eodem consil.
nu. 2: non obesse Ecclesiæ fundatæ, quod Episcopi
consensus non fuerit petitus, nec idè minus agi
posse per Ecclesiam ad dotem consequendam con-
firmante & approbante ædificationem Episcopo.
Eò quod (inquit) Episcopi consensus in fauorem
Ecclesiæ consideretur, ne quis incipiat ædificare, &
ceptum opus imperfectum reliquat; quod autem
fauore alicuius inductum est, non debet in odium
conuerti, l. quod fauore, de Legib. P.c. quod in gra-
tiam, de Regul. iur. in Sext. Ratificatio illud facit, &
argumento erit quod statuitur in simili, c. si qua de
rebus, 12. qu. 2. vbi si alienatio facta fuerit de rebus
Ecclesiæ à capitulo sede vacante, sine consensu su-
perioris, relinquitur arbitrio futuri Episcopi, an ve-
lit ratam habere alienationem; quia forsan utilius
est Ecclesiæ habere pretiū quam rem. Et sic quam-
uis alienatio sit nulla ratione solemnitatis omissa,
c. sine exceptione, 12. qu. 2. tamen non debet retor-
queri prohibitio in fauorem Ecclesiæ introducta,
in eiusdem præiudicium, si ea alienatio ei videatur
utilis: Glos. in c. i. ne sede vacan. Id ipsum sumatur,
ex sententia in causa minoris lata; que, si fuerit con-
tra minorem indefensum prolatæ, inutilis dicitur
omnino iure: quod si pro minore feratur, quamvis
indefenso, utilis. l. non è minus, C. de Procurator.
Subinde, quamvis ædificatio Ecclesiæ temeraria sit
sine authoritate Episcopi facta; tamen non erit im-
probanda in utilitatem eius qui temerè fecit: cum
prohibitio facta sit in odium non fauorem temerè
ædificantium. §. si quis autem, cum sequentibus de
Ecclesiæ

Ecclesiastic.tit, quare odium in fauorem conuerti eorundem nō debet, ca.si necesse, de Donatio.inter vix. & vxor. c.2.de Translat. Episcop.l. Papinianus, 20. de Minorib. vigintiquin annis. Sicut nec contractus dolo initus , validus est , l. & eleganter , de Dol.P.attamen qui dolum commisit , iniurio eo cui dolum fecit , non potest ex capite dolii per se commissi , contractum infirmare : l.transfactione finita, C.de Transact.sic in alijs,l.2.ad Senatusc.Velleia.

De loco nouæ fundationi commodo.

CAP. XIII:

- 1 *Orandi locus,nec apud Ethnicos aut Christianos semper fuit certus : & qui primi aras, templa & simulachra statuerunt.*
- 2 *Cerius locus & Iudeis & aliis cultus diuini causa determinatus aliquando.*
- 3 *Ecclesias adificandis congruus locus eligi debet.*
- 4 *De congruis locis in erigendis Episcopatibus & Archiepiscopatibus, ratione dignitatis.*
- 5 *Et de congruo loco ratione salubritatis vel securitatis.*
- 6 *Item ex arbitrio Episcops eligi potest locus.*
- 7 *Quomodo Episcopus designet atrium Ecclesia adificanda.*
- 8 *An dominus locum teneatur vendere ad Ecclesiam adificandam.*

Secundū qualitatē vel dignitatem beneficiorum, locus conueniens eligi debet: aliquādo & inter Ethnicos, & veri Dei cultores, certus nō fuit orādi vel colēdi Deū.
Et

INSTITIONES NOVÆ

Et Herod. in 2.scribit, Ægyptios primos diis seu
idolis, aras, simulachra & delubra statuisse, Apud
Græcos Cecropem primum omnium Iouem ap-
pellasse; simulachra & constituisse tradit Isidorus.
Pefæ neque statuas, nec aras, neque templa con-
struere, confuctudinem habuerunt: quinamò hoc
facientibus infamia tribuēre, quòd nōrū, quemad-
modum Græci, sentirent Deos ex hominibus fuisse
ortos, sed in editissimis quibusq; confeensis monti-
bus Ioui hostias immolabant, omnēn gyrum cœli
Iouem appellantes, vt scribit Herod. in 1. In India,
vt scribit Crisias de rebus Persicis, est locus sacer
qui est in tractu inhabitabili regionis, quem sub no-
mine Solis & Lunæ venerabatur. De Germanis lib.
de Morib. German. Cornelius Tacitus refert, eos
templa non habuisse, neque cohibete parietibus
Deos, nequé in ullam humani oris speciem assi-
milue, ex magnitudine cœlestiū arbitratos fuisse,
sed lucos ac nemora consecrasse: deorūmque no-
minibus appellasse, secreta illa. Zeno Stoicus & Pla-
to dixerunt, templa facere non oportere, quòd ni-
hil quod esset compositum esset diis dignum, vt re-
fert Clemens Alexandrin. libro 5. Stromaton. Fue-
runt in illis regionum diversi mores quibus postea
& templo, & luci pro locis, vbi cultum diuinum ex-
hiberent, erant. Et apud Ciceronem in legibus sic
leges scriptæ antiquæ Constructa à patribus delubra
habento: lucos in agris habento, & larium sedes. Fue-
runt tandem in tot locis à gentibus templo appo-
sita, vbi numen aliquod sibi adorandum constituis-
sent, vt neque castra essent sine templo, quod in
principiis castrorum, aut iuxta tabernaculum ducis,
milites

milites construebant: nempe ædiculam, intra quæ signa & Aquilam venerarentur, ut refert Alexand. ab Alexandre lib. i. Genial. dierum. c. ii. Fuerunt & diuersa nomina locis dicatis numini imposita, secundum diuersa (si credamus Cornel. Frontoni de differentus vocabulorum) ait enim quod fanum sit locus Fauno consecratus. Templum in loco augurato. Sacellum pauculum ædificium Deus consecratum. Delubrum, in quo homines piacula sua dejuunt. Lucus, locus fulmine iactus & arboribus testus. A quo tamen Frontone dissentient in aliquibus alijs veluti in fano, quod à fando, dicunt, quod fando consecraretur, & in delubro, vt testis Macrob. lib. 3. Saturn. cap. 4.

Qui verum Deum cognouerunt, vbique ipsum adorabant, quem sciebant vbique auditurū & præsentem, certa tamen loca vel aptiora orationi elegerunt, vel sémota ab omni perturbatione: cœperunt & postea habere tabernaculum in castris, vt liquet ex Exodo, postea & ædificatum templum, in quo certus cultus diuinus esset. Denegatum aliquando templum Samaritanis, qui multum diuine disputatunt cum Iudeis, in quo loco esset adorandum. Legitur apud Eliam Leuitam in historica Cabala Iudeorum, Cutheos seu Samarianos, qui relicti erant in terra Israel à tempore Scenacherib, existentibus principibus eorum Sanballat & alii, impetrasse ab Alexandro magno, vt liceret sibi quoque téplum ædificare: quod fecerunt in mōte Gazzim quod téplum Cutheoiū hæreticorū stetit circiter per annos ducentos, donec euertit illud Ioānes filius Simeonis, filij Hasmonei cognominati Hircarij.

Iusserat

INSTITIONES NOVÆ

Iusserat autem Dominus per Mosem populo, Deuteronomio. ca. 12. vers. 13. *Cave ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris, sed in eo quem elegere Dominus: in una tribuum tuarum offeres, & facies quemque præcipio tibi.* Hinc illa quæstio Domino Iesu Christo proposita, Domini Ioannis cap. 4. versic. 20. *Patres nostri adorauerunt in moe hoc (neppe in Samaria) & vos dicitis quia Hierosolymis est locus ubi adoraro oportet. Et respondit ei Iesus. Mulier crede mihi, quis veniet hora, quando neque in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabit Patrem; vos adoratis quod nescius, nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudeis est. Sed venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate, &c.*

3 Post aduentum itaque Christi, templa seu Ecclesiæ ædificatae, ut diximus in origine beneficiorum: sed non nisi cum electione causæ & loci conuenientis: quamvis enim in omni loco quis posset priuatum rectè Deum venerari, & colere, quemadmodū & Christus formā dedit cùm in montem oraturus saepe ascendebat: D. Matthæi ea. 13. & D. Petrus in superiorem partem hospitiij, Actori. 20. tamen publicè preces fieri debent in locis publicis, & in quibus multitudo populi conueniat supplicatura, idèò ei rei debent esse loca accommoda: sic D. Clemens epistola 2. ad Iacobum fratrem Domini, Ecclesiæ inquit, *per congrua & utilia facite loca, quas diuinis precibus sacrare oportet.* Refertur à Gratia. in cap. 28. Ecclesiæ, 16. quæst. 7.

4 Episcopatum & Archiepiscopatum congrua loca describuntur in c. 3. Episcopi, 80. distinct. ex cap. 2. epistola 3. S. Iacobi, *Episcopi in castellis, aut modicis*
castris.

civitatibus, non debent constitui: sed presbyteri per castella & modicū ciuitates atque villas, debent ab Episcopis ordinari singuli per singulos titulos suos. Additaque ratio, cur non nisi in maioribus civitatibus debeat poni Episcopatus: Ne nomen Episcopi alibi vilescat, videlicet ratione opinionis vulgi, quod potius exteriora querit & considerat. Id ipsum scriptit Leo I. epistola 85. cap.2. relatus in cap.1. de Privil. Quare Ioannes 22. in c. Saluator, de Preben. in Extrauag. communibus diuisit dioecesim Tholosanam in quatuor alias, & quatuor oppida Montisalbani, sancti Papuli, de Rives, de Lumberis, crexit in ciuitates, & posuit posteā Episcopatus: erecto Episcopatu Tholosano in Archiepiscopatum. Statuit & Clemens I. Papa epistola 1. ad Jacobum fratrem Domini, in maricibus & praecipuis regionis cuiusque ciuitatibus, ponendos Archiepiscopos: & in regiis populorum ciuitatibus, Patriarchas, aut Primates: quod transcriptum in c. illis, & ea. vrbes, 80. dist. c. 2. 99. dist. Non debet etiam constitui Episcopi in dioecesibus que nullū antea habuerint, illa autem dioecesis que aliquando habuit, proprium habere debet, c. 50. f. felix, 16. q. 1. mii in tantum Christianorum multitudo excreuerit, ut alio indigeat: eo obseruato ne vilescat dignitas Episcopalis, c. 53. praeceipimus, 14. quest. 1. quo casu auctoritate solius sum. Pontificis, non aliorum Episcoporum nouus Episcopatus ponitur. c. 34. mutationes, 7. q. 1. Notat Gl. 1. ad c. praeceipimus, 11. q. 1. Ita non erit dividenda una provincia in duas, ne inueniatur invna eademque provincia duo Metropolitani Episcopi. ca. vni. 101. dist. c. 1. 10. dist. nisi (ut dictum est) incrementum populi.

I N S T I T U T I O N E S N O V A E

populi id exigeret. Sic in una terminatione seu sub usdem limitibus, non debent esse plures Ecclesiæ parochiales, sed una tantum cum suis capellis. Et si quæstio fuerit de terminatione duarum matricum, plebes utrarumque disceinant: & si non conuenierint, lis Dei iudicio discernatur: c.54. plures baptismales, 16. quæst. i. cap. 3. viiiio, 10. quæst. 3. quia nec unus præponi duabus Ecclesiis debet, sed singuli singulis: facit c. in apibus, 7. quæst. i.

5 Congrua iursum loca Ecclesiis dicentur, iuxta Glos. ad can. Ecclesiæ, 16. quæst. 7. quæ non sunt infirmitatibus obnoxia, nam & propter aerem pestilentem, vel huius terræ infectos permittitur Ecclesiæ relinquere & in aliam transire: cap. 6. quorundam, 74. distinet. item congrua quæ persecutoribus non infestentur, si difficultia non sint aditu, si malorum societate non grauantur. Etenim ea si accidant possunt iam constitutas Ecclesiæ alio transferre: c. 36. tribus, de Consecrat. distinet. i. permisit & Ecclesiæ dimittere canon, ei qui habitat, cum populo qui ei morte minatur: in c. nisi cum prudem, de Renun. Et proinde in medio populi homicide, non bene dicetur congruus locus ædificationi. Quoniam hæc fuit causa cur Gelasius ademit Pontificatum & Pontifices proprios Scillacenis: quod duos sibi datos Episcopos necessarent, cap. 25. ita nos, 25. quæst. 2. Debet & esse locus fundationis liber ab omni seruitute & onere, ut ait Panormit. ad c. 1. de Censib. quod & ibi probat textus.

6 In summa ubique videbitur Episcopo comode ædificari posse Ecclesiæ, ibi congruum dicimus locum. Curauit & Constantinus magnus sibi fieri

fieri Ecclesiam portatilem , quæ vbi cunque locorum esset , & maximè in bello circumferri posset: ne in solitudine etiam agens ubi opus esset, Dœum colere , & diuina Sacra menta participare deberet, ædibus sacris careret : ad quam veluti ad tabernaculum semper præstò fuere sacerdotes & diaconi sine intermissione ministeria diuina , iuxta statas Ecclesiæ ceremonias, obeuntes, ut scribit Niceph. Calixti, lib.7. Histor. Ecclesiast. cap.46. Sozomenus lib.1. Historiæ Tripartit. c.9.

Designatio loci Ecclesiæ ædificandæ, ab Episcopo fit quoque. Statutq. Iustinian. in §. si quis autem voluerit, c.7. de Ecclesiast. titul. Nouell. 131. ne prius quis ædificare vel ædificium incipere posset Ecclesiæ, quam Episcopus loci ibi crucem fixerit, & orationem ibidem fecerit , & atrium designauerit, quod & statutum in §. ut nullus ædificet oratorijs domos, &c. Nouella 67. & ca. nemo, de Consecrat. distinet. i. Nihil prohibet etiam, præsente Episcopo fundare volentem quantitatem & formam loci describere, sicut narrat Niceph. Calix. libr.7. Histor. Eccles. cap.34. Constantinum post baptismum suum sanatum à lepra, manibus suis ligone accepto in palatio suo, quod Lateianense dicitur, primùm terram fodisse, & Ecclesiæ formam in nomine Domini nostri Iesu Christi Salvatoris, describere cœpisse. Designatio ædificationis, non tam iuxta artem architecti, quantum ex spirituali significatione fit. Si quidem iuferunt Apostoli Christianis fundere preces suas Oriétem versus, ut paradisum unde cederamus, respicientes, suppliciter à Deo petamus, & à Domino nostro, ut in antiquam nos patriam &

INSTITUTIONES NOVÆ

locum vnde cecidimus restituere velit. Fuit autem paradisus in Oriente. Rursusque scribitur, Adorabimmo vobis steterunt pedes eius; Zacharias autem ait, *in Oriente pedes Domini stabunt in monte Olivetum in regione in Hierusalem*, vt tradit Athanasius libr. de diuers. quest. q. 14. eandem rationem adserit Ioannes Damascenus cur ad Oriétem orandum sit. Idipsum & scribit Clemens Alexan. lib. 7. Stromat. Dehinc, *Quia Deus vestruu nō soriens ex alto* Luck. l.c. vers. 78. sic vocauit Christum Zacharias, cap. 3. versic. 8. *Ecce enim ego auctoratum seruum meorum misericordem.* Malachiae cap. 4. Versic. 2. *Et orientur vobis impenitus nominis meum, sol iustitiae, & fannitas in pennis eius,* &c. Atque in libro Sapientiae, ca. 16. vers. 27. dum loquitur de manna miraculo, quod non poterat exterminari igne, & tamē exiguo radio solis calefactum tabescet. Ut notum (inquit) omnibus elicit, quoniam oportet praeuenire solem ad benedictionem tuam, & ad orientem lucis te adorare. Christus verus Sol iustitiae, *Qui illuminat omnem humilitatem venientem in hunc mundum*, D. Ioannis cap. 1. Sicque & orationes siebant ad Orientem. Qui & mos adorandi quodam lumine naturali cōmuni fuit etiam gentibus: precabantur enim numen ad Orientem conuersi recto vultu, manibus passis, seu expansis, & in cœlum sublati & protensis, cuius titus extant argumenta apud Ouidium 4. Fastorum.

*Hac dea placanda est, hac tu conuersus ad ortum
Dirigeat.*

Et apud Virgilium lib. 4. Aeneidos.

*Surgit, & aethery spectans orientum solis
Lumina, ritè causis undam de fulmine palmis*

Sustulit

Sustulit, ac tales efficiuntur raversi.

Sic etiam meminit Tertullian. in Apologetico, Sed & p^e sⁱgⁿ vestrum, inquit, affectatione aliquando cœlestis aitorandi ad Solis ortum latissimam vibrans. Et qui sacrificia offerebant ortum respiciebant, vt indicat Virgilus lib.12.Æneid.

or

Iu. si g. n. m conuersi lumina solem

Dant frugis manibus falsi, &c

Sic etiam Vitruvius lib. 4. de Architectu. cap. 5. dum de ratione ædificandi ædes sacras agit, sic scribit. *Ædes autem sacra Deorum immortalium ad regias, quas spectare debent, sic erunt constitutæ, ut si nulla ratio impedierit, liberique fuerit potestas, atque signum quod erit in cella collocatum, spectet ad vespervnam cœli regionem: ut qui ad erint ad aram immolantes, aut sacrificio facientes, spectent ad partem cœli Orientis, & simulacrum quod erit in æde, & ita via scipientes conuerintur ad eadem & Orientem cœli.* De more ædificandi etiam Plutarc. in Numa. consentit & Clemens Alexand. lib. 8. Stromat. Que eani (inquit) ex templo urbis usque sima respiciebant ad Occidentem, ut qui flatus veluti conuersi ad imagines doceantur veris ad Orientem. Clemens Romanus rursus lib. 2. Constitution. Apostolorum, c. 61. Episcopum admonet, *Cu et vi Ecclesia sit longe dumus ad Orientem conuersa, ex utraque parte pastophoria habens: ad orientem qua nauis habeat similitudinem: in cuius medio sit Episcopus sedes, ad cuius verumque latus confideant presbiteri, & diaconi assistant succinili & expediti, &c. & paulo post, omnes simul assurgentes & ad orientem conuersi, post catechumenorum & paenitentium exitum, supplicant Deo cœlum cœli tenetum, idque ad*

INSTITIONES NOVÆ

Orientem : in memoriam veteris possessionis paradisi , ad orientem positi , unde primus homo contemptio mandato , consilio serpentis obtemperans , expulsus fuit . &c. & lib. 7. earundem constitutionum cap. 44. dum de benedictione vnguenti agitur mystici ; Oret autem versu . Orientem , nam id scriptum est in 2. Paralipomenon , &c. yidelicet 2. Para. c. 5. vers. 12.

8 Potest ad locum Ecclesiæ pertinere questio , num qui cogatur , locum congruum ædificio vendere , de qua Paulus de Citadinis in tractat. Juris patron. in 3. parte & causa 2. acquirendi. nu. 87. vbi resolut cogendum pretio iusto dato , fauore religionis & ex causa publica . Sicuti de itinere ad sepulchrum dicitur , in l. si quis sepulchrum , de Relig. & sump. fune. P. &c. argumento libertatis ratione cuius seru communem vēdere cogitur dominus. l. i. de Commun. seruo. manu. C. l. vni, §. illud , de Latina libert. tolle. C. addit & alia , que apud ipsum videto . Quibus addo , quod maxima ratio est ; quæ pro religione facit ; I. sunt personæ , de Relig. & sumpt. fun. P. & quod causa animarum fauorabilior corporali , l. sancimus , C. de Sacrosan. Eçcl. & quod ob causam publicam cogitur priuatus res suas etiam modico accepto pretio dare , l. item si verberatum , §. 2. de Rei vindic. P. vel nullo , l. Lucius , de Euictio. P. cogitur & seruum vendere dominus , in l. 2. ce His qui sunt sui vel alieni iur. P.

De dote quæ fundationi nouarum Ecclesiistarum accedere debet. CAP. xv.

1 Fundatio de quibus dicitur in beneficiis erexit.

2 Patro

- 2 Patronus fundans, ad donationem ipso facto, videtur se obligare.
- 3 An autem Episcopus consecrans indotatam, teneatur dotare Ecclesiam.
- 4 Dos Ecclesie in quibus rebus constitui potest. & 6.
- 5 Oblationes &c alia qua aliunde personis beneficij dantur, non consumunt beneficium.
6. 7 De Episcopatum dote.
- 8 De distributionum diversa qualitate in prebendis,

Fundatio Ecclesiae seu beneficij, potest ^t poni vel ratione fundi in quo ædificatur: vel ratione fundi qui pro redditibus colligendis constituitur: vel pro aliis prouentibus assignatis. Sic legimus Dauidem emisse aream Areunæ labusæi, ad ædificandum altare domino, 2. Regum c.24. vers.21. Et in Concilio Vuromacensi, cap.50. & in cap.1. de Censib. lib.3. tit 39. statutum, ut vnicuique Ecclesiae unus mansus integer, absque ullo scrutio tribuatur. Et presbyteri in eis constituti, non de decimis, neque de oblationibus fidelium, non de domibus neque de arcis vel de hortis iuxta Ecclesiam positis, neque de predicto manso aliquod scrutium faciant, præter Ecclesiasticum, verum hæc dos non semper sufficiens esset oneribus ferendis ab Ecclesia: & proinde iudicium Episcopi adhibendum, ut sufficientem dotem constituat, vel definiri curet, antequam permittat ædificari, vel dedicari quæ sufficiant ad luminaria, ad sacrum ministerium, ad custodiam incottuplionis Ecclesiae, ad seruientium alimenta, eaque de re instrumentum donationis confici; s. deinde

INSTITUTIONES NOVAE

non aliter quemquam. c.2. Ut nullus fabri. orator. domos, &c. Nou. 67. cap. nemo, de Consecr. distin. 2. can. 1. placuit ut quoties, i. quæst. 2. in Concilio Bracharen. 2. c. 5. & Vnormacen. c. 3. ne tanquam dominus priuata consecretur aliter Ecclesia. ca. 2. de Supple. negl. prælat.

2 Qui aggreditur ædificare Ecclesiam , ipso facto videtur se obligare ad eam dotandam : non aliter quam pater generans filiam, ei dotem debet: ca. piæ mentis , 16. quæst. 7. notat Glos. ad can. nemo , de Consecrat. dist. 1. Glos. ad c. cùm sicut, de Consecrat. Eccles. vel alta. Panorm. consil. 89. incip. *ex themate*, lib. 2. consil. Officium paternum est dotaie filias, l. qui liberos , de Rit. nupt. P. I. fin. de Dot. promise. videtur autem is pater qui dat esse, vel iniunctum foundationi , vnde & patronus dicitur. Pater creationis mundi Deus; adoptionis & regenerationis Christus; institutionis & formationis, mentis præceptor & institutor formationis & artificij, artifex : productionis rerum Oceanus ; ætatis prærogativa senex conseruationis, patronus, aduocatus, defensor; *τάτης* Græcis , quasi , *πατέρας της πόλεως*, hoc est, ex se genitos seruans. Dos pro oneribus matrimonij datur, l. dotis fructus , de Iu. dot. in P. I. pro oneribus , C. cont. c. salubriter, de Donat. inter vir. & vxo. Beneficio fructus percipiendi adsignantur beneficiato, ut seipsum nutiat, & onera beneficij seu e possit, c. de monachis, de præb. ca. 2. de Supplend. neglig. prælat. Qui fecit Ecclesiam fundari aut consecrari, tenetur eam dotare, ca. cùm sicut ex relatione , 8. de Consecrat Eccles. vel alta.

3 Vbi & Glos. notat ad verbum , *consecranda* , et
Baziano

Baziano, quod si Episcopus omittat exigere cautionem, vel si sine dote consecret, ipsemet teneatur Ecclesiam dotare, sicut tenetur ei prouidere quem ordinauerit sine titulo: c.2. cap. Episcopus, c. cum secundum Apostolum, de Præbend. Quod tamen Bernardus glossator velut credit, dummodò Episcopos possit eam dotare sine laſione suæ Ecclesiæ: aliter non, niſi Episcopus haberet proprium. Quia delictum Episcopi non debet necere Ecclesiæ cui p. exponitur, cap. 3 si Episcopum, 16. quæſt. 7. Glossa etiam ad cap. nemo, de Conſecratio. diſtinct. i. conſentit Bernardo, ſed tamen ita demum cogendum Episcopum fundare ſuis ſumptibus Eccleſiam nouam per illum ſine dotatione congrua dedicatam; ſi prius diſcuffæ fuerint facultates fundatorum, & fuerint inuenientæ non ſufficientes: quo caſu in ſubſidium dandam eſſe in ipsum Episcopum actionem, argum. l. 3. §. i. ſi mēſor falſum mod. dix. l. fin. §. fin. de Eo per quem factū fuerit, & c. P. Nam ſi fundator poſlit dotare, cogetur: cap. p. ix mentis, 16. qu. 7. & ſi mortuus fuerit, potest hæres eius ad idipſum compelli, §. ſi autem, & §. ſi quis aedificationem, de Ecclesia tit. vbi & cogitur qui cœpit aedificare Eccleſiam, eam perficere intra quinquennium; & ſi ſic Prochotrophium, vel Xenodochium, intra annum. Leo Imperator Nouella 14. de His qui monasteriū imperfectum relinquent, statuit, vt ſi quis aedificauerit monasterium, nec dotem ſufficientem dederit, & moriatur ab intestato relictis liberis, ſi tres ſint liberi, monasterium ſeu Ecclesia quadrantem bonorum eius habeat: ſi ultra teinarum numerum ſobolis multitudo relicta procedat, inter ſuccedentes

INSTITUTIONES NOVÆ

liberos connumeretur monasteriū, & accipiat, deducto ære alieno, quantū quisque acceperit. Quod si defunctus mortuus fuerit sine liberis, relictis parentibus, diuidatur substantia inter parentes proximos, qui vnā partem, & monasteriū, qui aliā partem dimidiam accipiunt: si parentes non supersint, nec filij, sed tantum agnati; bēs bonorum perueniat ad monasterium, triens ad cognatos pertineat: si veò fundator testatus sit, & nihil reliquerit monasterio, ut anistes loci sufficientem monasterio partem accipiat, reliquis iuxta testamentum valitatis. Vlpianus quoque in l.i.in princip. & §.item si sine causa, de Pollicita. libr.50. P.titul. 12. vult promittentem se facturum opus Reipublicæ, etiam sine causa, obligari si cœperit facere, & cœpisse intelligendum esse, si fundamenta iecit, vel locum purgauerit, si locus illi petenti destinatus fuerit, si apparatus siue impensam in publico posuerit. Et Paul. in l. aestimationem honoris, 16. §.i. de Muter. & honor. lib.50.P.tit.4. Qui pro honore pecuniam promisit, si solvere eam cœpit, totā præstatare, operis inchoati exemplo, cogendus est. Modestinus rursum in l.ex pollicitatione, 9.& l.si quis ob honorem, ii.de Pollicit. docet, & ipsum promittétem & hæredem eius ex pollicitatione operis, ad cōplementum teneri. Dōs Ecclesiæ & pro modo facultatum patroni & dignitate p̄fecti seu qualitatis Ecclesiæ electæ constitui debet argumento constituēdæ dotis à patre filiæ & genetō, l.cum post, 69. §.gener à soceto, & §.nuptiis, & l.quarto quantæ pecuniae, 60. de Iure dotium, P. Observabimus id ipsum in fundations Ecclesiæ nouę, quæ dotāda est ex redditibus alterius, nempe

nempe ut oporteat redditus pro vtriusque dote sufficere, ut in c.ad audientiam, 3.de Eccles. ædificand. c. Saluator, de Præbend. in Extrauag. communib.c. vacante, eod.tit.apud Gregor. aliter non permitte-
retur diuisio, ca. quæcumque, c. Ecclesiæ, 16. quæst. i.
cum grauamine alterius Ecclesiæ , cap. bonæ rei,
12. quæst. i. Hic exigimus ut fundator de suis bonis
& legitimè quæsitis fundet: nam illud certum est,
quia et si monasteria aut Xenodochia vel quid aliud
de pecunia quæ pio sacris ordinibus datur , con-
struantur, mercede non proficit, c. non est putanda
eleemosyna, 27. i. qu. i. ex Epistolano. Leonis lib. 7.
Epistol. vbi additur quod quidquid in Dei sacri-
ficio ex scelere offertur, Dei non placat iracundiam,
sed irritat. ut in Prouerbio. cap. 22. scriptum. *Hostia
imporum abominabiles, que offeruntur ex scelere. Quæ-
sita ex usuris eandem habent causam , & maior-
rem prohibitionem: quod fiant largitiones de alienis
quæ restitui debent: cap. 1. & 2. de Usur.lib. 5. tit.
19. c. debitores, de Iureuit. & ita in c. cum tu mani-
festos usurarios, eod.tit. de Usuris. Statutum resti-
tuendas usurpas acceptas ab his à quibus acceptæ,
& si mortui sunt, eorum hæredibus, & si nulli sunt,
pauperibus. Dictum est Prouerb. 3. *Honora dominum
de mis iusti laboribus , & tuis Ecclesiastici 44.
Qui offert sacrificium de substantia pauperum , quæ
victima filium in conspectu Patris , &c. immolantis,*
14. quæst. 5. Id ipsum in aliis ex rapina , tyrannide &
impiis artibus quæsitis dicendum, ex quorum ele-
emosynis seu fundatione quis non meretur nomen
patroni , ut scribit Paulus de Citadinis in tractatu
de Iure patron. 3. parte in causa i. acquirendi, nu. 56.*

INSTITUTIONES NOVÆ

& sequentibus, vsque ad 65. Si tamen de male quæsitis, in quibus non est locus repetitioni, agatur, dicunt interpretes in remissione peccatorū fundari, & dotari posse Ecclesiam, eleemosynas fieri, vt explicat Gloiſ. ad dic. ca. 27. non est putanda, i. quæſt. i. ad verba, *ex leuis nbus.* Quod si ex rebus alienis de facto ædificata Ecclesia vel cōſecrata, quia quod ſemel consecratum eſt non potest restituī, debet pretium dominis ab Ecclesia reddi: c. comp̄imus, 14. quæſt. 6. ſemel enim Deo dicatum non debet in uſus profanos conuerſi, c. ligna, de Conſecrat. diſt. i. c. aurum, 12. quæſt. 2. I. inter ſtipulanteſ, §. ſacram, de Verbor. oblig. regul. iur. ſemel Deo dicatum, in Sext. l. æde ſacra, de Contrah. emptio. P. Dotis ſufficientia conſideranda eſt habita ratione temporis fundationis, quia eo tempore conueniens eſt debet: diſto c. nemo, de Conſecra. diſtinct. i. c. placuit, 1. quæſt. 2. notatur in c. conuerente, de Epilcop. & cler. Quare ſi tunc ſufficiat, & poſteā, vel ratione cladi ſuperuenientis, vel caritatis annonæ, definiat eſt ſufficiens, vel fuerit imminuta laſpo facultatibus patrono, erit maximè Epilcopus ſine onere, arg. I. 2. §. ſi eo tempore, de adminiſt. rer. ad ciuit. peii. lib. 50. P. tit. 8. imputaréque ſibi debet Ecclesia ſi patronum antequam laſberetur facultatibus nō interpellauerit, quemadmodum reſponſum de Republiſa, quæ ſuo tempore officiale in ſuum ſibi obnoxium non exegerit, antequam deſtitueretur facultatibus. I. i. de Peri. nominator. libr. ii. C. titulo 33. Quanta autem eſt debeat dos Ecclesiæ, & eius ſufficientia, explicat Gloiſ. ad c. cùm ſicut, de Conſecra. Ecclef. vel alta. & ibi Panorm. ad cap. vni. §. ſanè, de Stat.

Stat. regular. vt si de rectoria, vel Ecclesia parochiali agatur, reditus sufficiant saltē victui duorum, presbyteri inquam & clericī ad minus: quia nō possit presbyter celebrare & diuina officia solus exequi: cap. vt quisque, de Vita & honestate clericor. c. proposuisti, de Filiis presbytero. Expediret tamen, si fieri posset, duobus presbyteris parari necessaria, vt si forte vñus celebrans in casum aduersam ægritudinis. incideret: quo non posset mysteria inchoata perficere, aliis vices subiret, iuxta ca. illud, 7. q. 1. Et aliquando placuit, vt dos tribus sufficeret, cap. vt quoque, de Consecrat. distinct. i. ultra etiam debet sufficere dos ad iura & onera Episcopalia soluenda, & ad hospitalitatem conseruandā, vel exercendam, c. de monachis, de Præbend. ca. 2. de Supplend. neglig. prælator. ca. i. de Præb. in Sexto. Quod si de monasterij fundatione agatur, tunc dos sufficere debet ad nutriendos presbyteros diaconos, subdiaconos, cantores & lectors secundum numerum destinatum: §. i. Ut determinat, sit numer. cleric. ca. i. de Institution. Nisi forsitan monasteria sint mendicantium, quibus sufficit habitandi congruum locum dare; cum ea tamen prouidentia, vt considetur populi liberalitas num pollint ibi cōmodè ex liberalitate ciuium nutriti. Cum enim eleemosynis contenti esse debeant, non licet illis bona proprietatis iure possidere: sed vel mendicante debent, vel labore proprio viuete c. exiit qui seminat. 3. de ver. significa. in Sex. habenda etiam hic ratio ne numerus monasterio designatus mendicantium possit esse oneri ciuitati: & ne nimia paupertas cogat ad turpia. Poterant nihilominus in causa necessitatis cogi

INSTITUTIONES NOVÆ

cogi ciues officio iudicis laici illis elargiri eleemosynas : Glos. in cap. 1. ad verbū *inferre*, 1. distinc. cùm ad opera misericordiæ omnes teneantur. cap. domino sancto, 50. dist. ca. exigunt, quæst. 7. Panor. ad c. 1. de Elect. grandis enim culpa est , si sciente te fidelis egeat, qui p̄t̄fertum egeat eiubescat : & si omnibus debetur misericordia, iusto amplius, ca. non satis, 86. distinct. Leo Imperator in nouella 14. de His qui monasterium imperfectum relinquunt, tradit monasterium non diei absolutum , & idē relinquunt imperfectum, nisi saltem ibidem tres constituantur, iuxta vocem Domini, *Vbi duo vel tres congregati in meo nomine fuerint, in medio illorum sum,* Diui Matthæi ca. 18. vers. 20. Cùmī questio erit de Ecclesia collegiata , ad ipsum respondendum , vt saltem pro duobus aut tribus sufficiens dos esse debeat. Duo faciunt congregationem; tres collegium. Glos. in c. 1. de Elect. l. Neratius, de Verbor. signif. Quamvis ius collegij possit remanere penes unum omnibus sublatis aliis : cùm ius in unum rescedeatur; l. sicut, §. fin. *Quod cuiusque Vniuers. nomin. P. I.* filius familias , n. 4. §. penul. de Legat. 1. sicut familiam non faciunt unus aut duo , sed tres, l. detestatio, 40. §. 1. de Verb. signif. Et Cicero pro Cecinna, disputans de interdicto unde vi, *Facile (inquit) probatur ius qui Latine scunt, in uno seruulo familiam non valere.* Et rursus , *Familia constat ex pluribus seruis,* & unus homo familia non est Cardin. ad c. 2. quæst. 14. de Rescript, in Clement. & Panorm. ad c. 1. de Elect. collegium Ecclesiasticum posse constare dicit duabus, quamquam in collegio seculari tres requirantur: tamen Glosa ad c. nobis, de Iure patron. ait tres facere

facere Ecclesiam Collegiatam , & prioratum conuentualem , idem glos. in Clement. 2. de Praescript. ait . Potest vtraque sustineri sententia per I. vbi numerus , de Testib. ca. pluralis , de Regul. iur. Sed tu- tius & honestius erit , non fundare collegium vel conuentum , nisi saltem tres sint . Nam facilius per tres expediti negotia communia quam per duos poterunt . Cum enim duo tantum erunt , poterunt ab inuicem dissentire , & pares in sententia , nego- tia infecta relinquerentur , naturali existente ad dis- sentiendum facilitate . Si vero tres sint , duorum sententia unius opinioni præferetur , & secundum eam expediti poterit negotium , item si unus , 17. §. principaliter , de Receptis arbitris . P. Quot capita . tot sententiae , l. quia poterat . ad Senatus consultum Trebellianum . c. quia diuersitatem , de Concessio . præbend . Hocque vel maximum malum in socie- tatibus & collegis , aliisque conuentibus homi- num , ut potius numerentur quam ponderentur sententiae suffragia , & ubi numerus suffragiorum preponderat , ibidem fistatur conclusio : de quo conquestus aliquando Plinius Iunior , lib. 12. Epist. epist. 12. ad Arianam , dum agit de Senatus cuiusdam placito , quod non probat . Sed hoc (inquit) pluribus visum est , numerantur enim sententiae , non ponderantur : nec aliud in publico consilio potes , in quo nihil tam inae- quale est quam equalitas ipsa . Nam cum si in par pru- dentia , par omnium ius est . &c.

Rogaret forsan aliquis ex quibus rebus constare 4
dos Ecclesiæ fundandæ possit ; Possemus autem respo-
dere , & vniuersa bona , patronum in dotem Ecclesiæ
sux

INSTYTUTIONES NOVÆ

suæ dare posse exemplo I. mulier bona, de Iure dot.
 P.l. nulla lege, C.eod.tit. Sed rursum dicimus, eam
 posse constare vel ex pluribus, vel paucioribus: est
 enim beneficij nomen vniuersale: quemadmodum
 notat Panorm.ad ca.significatum, de Præb.cap.cum
 venerabilis, de Exception. Quare dos vel fundatio
 non continet singulares in specie res, sed omnes
 que eius iuris censentur, ut dicitur de appellatione
 hæreditatis: l.hæreditas, s. de Petition.hæred. talis
 que hæreditas dicitur, licet res vllæ in ea non sint,
 l.i.C. de Euiet.l.pecunia verbum, 178. §. hæreditas;
 de Verbor. sign.l.pecuniales, 32. §. honoraria, ad Leg.
 Falc. P.l.i. §. incorporales, de Rer.diuis. ut genera
 liter, & ea quæ in iure vniuersali considunt rema
 nente nomine accessionem & decessionem accipiunt,
 vt peculium, l.peculium, 40. de Peculio.Grex, l.si ex
 toto, 8. l. si ex grege, 21. de Legat.i. & Dos, l. 4. de
 Iure dot. P. Res etiam beneficij & Ecclesiæ, iura
 Ecclesiastica appellantur, cap.2. de Reb. Ecclef. non
 alien. c.fini. de Pactis.in Sex. Consistent itaque iura
 Ecclesiastica, aut res dotationis eius esse poterunt,
 mobilia immobilia, c.terrulas, & seq. 12. quæst. 2. ca.
 hoc ius, 10. quæst. 2. Fundus qui mansus dicitur, pro
 dote, in cap.1. de Censib. vbi Glossa existimat man
 sum dici Italico sermone, idem quod iugerum ter
 ræ; quantum possint uno die arare boves. Foisan
 Latinè loquentibus mansum à mandendo, ut apud
 Nonium Marcellum. Nisi dicamus iuxta priorem
 significationem, mansum quod die execto substituit
 ab opere aratrum, & in eo iugero remansum sit.
 Poterat & generalius mansum dici immobile præ
 dium cuiuscunque sit quâtitatis, Ecclesiæ ædificâde

proprium adhucum. Dehinc possint dqt̄i in dotem iurisdictionis leculares, vt in cap. fin. Ne clerici vel monach. in Sext. item decimæ, primitiæ, vt in parochialibus, c. i. 13. quæst. i. titulis, de decimis, & diximus supra in Orig. beneficior. cap. 2. Item oblationes, vota & à fidelibus elargita, c. omnis, de Cōsecr. dist. i. cap. causa Carpensis, 8. & cap. cūm īter vos, de Verbor. signific.

Illud tamen notandum, in solis oblationibus § non posse nouæ Ecclesiæ seu beneficio dotem constitui, aut congruam pensionem seu portionem Vicario perpetuo, vt obseruat Rebus. Tractat. de Congrua pensio. c. 10. & tr. quia incertum est, num futuræ sint oblationes. Idipsum dixit de distributionibus quotidianis, quæ non solent dari nisi assistentibus officio diuino, & fieri possit incertum, num quis interesse possit: & ideo illæ non constituuntur pro congrua portione. Rota Decis. 134. in Nouis, incip. *quanta*, &c. & Decis. 706. in Antiquit. Computantur autem in congruam portionem ea, quæ quis potest habere ratione sui beneficij, non quæ aliunde consequi potest: licet accedant beneficio iam constituto. Quemadmodum hæres computat in quartam Falcidia, quæ iure heredis capit, non quæ alio iure, in quartam, ad Leg. Falci. Sicq; Anchare. ad Clement. de Decim. tradit, distributiones quotidianas non esse computandas in valore censendo beneficij, sed fructus tantum, qui percipi solent de corpore beneficij: & illi grossi fructus qui veniunt in portatis, noemadmodum etiam in propriis terminis ait regula Cancellar. 60. & quia distributiones quotidianæ non percipiuntur de corpore

INSTITIONES NOVAE

corpore beneficij, sed ratione personalis seruitij. Oldrad. consil. n^o 8. incip. ex variis, Bellamera consil. 34. incip. *Suppositio*, in 4. dubio. Rota in d. decil. 134. in Nouis. Rebuffus tractat. nominat. quest. 9. nu. 39. Neque etiam imputantur in congruam portionem Vicario aliae fundationes postea factae in Ecclesia, quod cas non capiat iure Vicariæ. Rota d. decil. 134. in Nouis, & 766. incip. *quaratur*, plenè. si modò aliis etiam non Vicarius habere posset: nam tunc eas recipit ratione maioris oneris iniuncti quam Vicariatus, & ratione remunerationis, id est non imputabuntur in congruam portionem, argu. c. cum in officiis, de Testa. multò minus etiam computabuntur, quæ recipere potest Ecclesiæ præpositorus, pensionis causa ob laborem docendi pueros, quod aliunde ea adueniant quam ex munere Vicariæ, & alteri dari possint.

6 Erunt & sub nomine beneficij seu dotis sufficientis, concludenda iura quæ debentur ex laudabili consuetudine, ratione benedictionis nubentum, & sepulturæ mortuorum, quæ licet exiguntur sine pacto. c. ad Apostolicam, 42. de Simon. quarta mortuorum, quæ debetur ab aliis Ecclesiæ parochiali Clemen. dudum, de Sepult. item ius eligendi, vel conferendi beneficia, ut c. cum olim, 14. de Maior. & obedient.

7 Sunt & vltra hæc quædam propria certis beneficiis maioribus & minoribus, quibus possunt redditus colligi. Quemadmodum Episcopatum dos habet singularia iura pro dote, quæ ponuntur in cap. conquerente, de Offi. ordin. veluti cathedralicum, ca. 1. 10. quest. 3. in Spousas, nempe pecuniam que datur

datur ob intronisationē vel confirmationem prelatorum inferiorum , §. si quid autē Episcoporum , & §. sed neque clericum, de Sanctiss. Episc. procurationem, cap. cūm Apostolus, de Cenib. quartam Episcopalem, cap. officij, c. requisiti, de Testa. cap. de quarta, de Præscription. Indictiones extraordinarias ratione charitatiui auxiliij, d. c. cūm Apostolus, de Cenib. & d. c. conquerente, dç Offic. ordin. multarum compendia , & redditus ex iurisdictione, Clem. penult, dç Eleçt. c. licet, de Pœn. cap. irrefragabili, §. fin. dç Offic. ordin.

Habet Pontificatus maximus vltra peculiares § redditus ex decimis clericalibus, ex annatis, in Extrauag. vnic. de Decim. in Extrauag. commun. idē in §. fin. de Mandat. Apostolic. & titul. de Annat. in Concord. statutum, in impetrationibus beneficiorum obtentis à summo Pontifice , exprimendum esse verum valorem beneficiorum , & de quo per Doctores, ad c. ad aures , de Rescript. per Gloss. ad Clem.i. ad verba, *vel aitens*, de Præbend. quæ tradit non inueniri iure communi cautum, exprimendum esse in impetrationibus verum valorēm beneficij, sed hoc primum introduxisse Urbanum 6, Fuit & facta taxa beneficiū impetratorum à Curia Romana, sublata in Concilio Constantiensi, & moderata in favorem viuencis tunc Pontificis tempore Concilij Basiliensis , vsque ad quintam partem pro subsidio status eius & Cardinalium . in reliquis prohibita annatorum exactione quocunque titulo, c. i. de Annat. in Pragmat. sanction. In Gallia tamen non seruatur , nec recipitur illa decisio de Annatis quod exost ibi sint constitutiones quas dicunt

INSTYTUTIONES NOVÆ

þurſales:&c ſufficit in Gallicā in impetratiōnibus fa-
 c̄is beneficiorū, ſeu in ſupplicatione facta ſummo
 Pontifici de conſerendo, dicere quodd fructus eius
 beneficij non excedit ſumma 24. Flotenorum de
 Camera. Sic etiā taxæ beneficiariarum annatarum
 fuerunt factæ nominatum ſine præiudicio libertatū
 Ecclesiæ Gallicanæ, §. item quod huiusmodi, de
 Annatis, in Pragmat. ſanct. Fuit & regula Cancel-
 lariæ de valore beneficiorū in impetratiōnibus ex-
 primendo, olim tantū in dignitatibus ſetuata, non
 in aliis minoribus beneficiis, aut in motu proprio
 confeſſis: poſteā tamen ab utraque extenſionem
 accepit, vt ibi iuotat glōfſa. Ferunt autem expreſſio-
 nem illam valoris ſtatutam p̄imū, ne fraud fieret
 taxationi, & ne in pluralitate beneficiorū, qui
 plām plurium ſtipēdia recipiat, contra c. quia non
 nulli, de Cler. non resident. c. ad autes, de Rescript.
 Non exprimebantur tamen olim in beneficiis in
 quibus non eſt taxa, in hospitalibus administratio-
 nem habentibus, in monasteriis monialium: hodie
 contrā, quia & Annatæ feruntur introductæ ad
 ſubuentiōnem Papæ & Cardinalium, tanquam
 charitatiua ſubſidia. Habentur & in Curia duo li-
 bri taxarum, vnuſ pro offiſcialibus, aliuſ pro anna-
 tis quorum inuentor fertur Ioan. 22. & Benedictus
 11. eius ſucceſſor taxas p̄enitentiariæ ſacré ordina-
 uit: vt ſcribit Polydor. Virgilius libr. 8. de Inuen-
 ter. ca. 2. vide Felin. ad cap. 2. de Rescript. Exofas has
 taxationes p̄imū excelfentes habuille Alphon-
 ſum Regem ex Antonio Panorm. de dictis & factis
 eius, refert Gomes ad dictam regulam de valore
 exprimendo in impetratiōnibus beneficiorū, eum-
 que

que dixisse Harpias non amplius insulas colere, sed ex insulis in Romanam curiam migrasse. Habet in-super pontificatus summus res alias quæ dicuntur de temporalitate Ecclesiæ , & redditus ex regum & Imperatorum liberalitatibus , ex regnis fundatariis seu tributariis, veluti ex regno Siciliæ, ca. Constantinus, 96. distinct. de cuius patrimonio tractat Gregorius lib.1.epistolarum, epist. 2. 68. 70. scribit & de patrimonio Ecclesiæ in Africa , lib.1. epist. 73. de Patrimon. in Neapol. lib. 5. epist. 11. de Patrimonio in Campania.lib.2.epist. 40. de Patrimonio in Dalmatia. eod. lib. 1. epist. 41. 44. 61. de Patrimonio in Gallia. lib. 5. epist. 10. & epist. 52. & 55. Fuit & alibi Patrimonium Ecclesiæ de quo nihil ultra : exempla enim hæc pauca sufficient. Longum enim esset si Episcoporum , & Patriarcharum , Primum , Metropolitanorum , patrimonia persequi vellem , Ducatus , Comitatus , Marchionatus , & ditiones adiuvare: quæ omnia quilibet habent ita sibi cognita, ut aliquando aliquibus ea sint notiora magis quam diuinum officium & munus coniunctum.

Admonebimus tantum in collegiatis Ecclesiis , beneficia seu præbendas ex distributionibus variè confari & distribui, iuxta fundationum leges , quæ ad quatuor capita referri possunt , vt ait Henricus Bohic. ad ca. cùm omnes , de Constitut. & Gloss. antiqua ad tit. Quo tempore quisque debeat assē in choro, in Pragm. sanctio. ad verbum *distributiones*, & notatur in c. cùm Martinus, de Constit. c. vñi. de Cler. non resident. in Sex. prima quippe species distributionum est in quibusdam Ecclesiis i vbi præbenda non sunt distinctæ, quamvis numerus cleri-

INSTYTUTIONES NOVÆ

corum vel præbædatorum, sit certus vel distinctus, inter quos quidem omnia communia, sed tamen ex communibus singulis diebus datur certa præbenda, vel demensum, singulis præsentibus in loco Ecclesiarum, quamvis non intersint horis vel officiis diuinis; nempe aliquot libræ panis vel mensu-
fa yini, vel aliorum: & istæ distributiones præbendæ sunt, c. cùm nonnullæ, de Præbend. & dignitat. in Extrauag. commun. Idem dicitur de maioribus fructibus quos grossos dicunt, qui annuatim distri-
buuntur, in cap. relatum, de Præbend. Secunda species distributionum est in Ecclesiis, in quibus præbendæ sunt quidē distinctæ, & ultra est mensa communis, ex qua dantur distributiones etiam illis qui non intersunt horis officiorum, dummodò sunt præsentes, quales sunt in Ecclesia Parisiensi quo-
tidianæ de pane: dicitur tamen quod ad lucrandum panem illius diei oporteat præbendatis vel canoniciis interesse vel Matutinis, vel Missæ, vel Vesperis. vide glo. ad d. ca. vnic. de Cleric. non resident. in Sext. & ibi Ioan. Andream. Tertia species est, dis-
tributionum quotidianarum, quæ sunt in pecunia tantū præsentibus, & qui intersunt horis sine fraude in quibus sunt distributiones: & istæ sunt veiae di-
istributiones quotidianæ, vt in d. Extrauag. cùm no-
nullæ, de Præb. in commun. Extrauag. & in Extrau-
Joannis 12 dilecto, alias incipiens, postulasti, eod. tit.
de Præb. Quarta species distributionum generaliter erit, omnium emolumentorum quæ distribuuntur, vel dividuntur præsentibus, & qui intersunt tan-
tum diuinis officiis, vt anniversaria & alia, de qui-
bus in Clem. vt hi qui, de Aetate. & qualit, ordinan-

De

De Dedicatione & consecratione Ecclesiae
fundandæ CAP. XVI.

- 1 *Dedicatio quid, & quomodo fieret.*
- 2 *Sacrum quid, & consecratio:*
- 3 *Delineamenta prima; & progressus dedicationis templorum, & de forma consecrationis Ecclesia.*
- 4 *Semel consecrantur Ecclesia, quod explicatur.*
- 5 *Consecrationis minister solus Episcopum.*

 *Ecclesia de noua fundata, post ædifica-* 1
tionem dedicanda & coſecranda eſt: ab
iis quibus oportet, iūſve eſt. Omne inquit
Isidor.lib. 6. Etymolog. quod Deo datur,
aut dedicatur, vel consecratur: quod dedicatur
dicando datur, vnde & appellatur. Liuius libro 1.
Multa alia sacrificia locaque ſacrifici faciendis, que Ar-
geos Pontifices vocant, dedicauit. Faſa Varro. 5. de ling.
Latina, ait nominata, quodd Pontifices in ſacrando
fati ſunt finem. Verbis enim ſolemnibus utrebant-
ur, & verba præibant consecrando ædes Pontifices,
cum Imperator vel magistratus dedicarent: ut
liquet ex Liuio lib. 9. dum de dedicatione ædis
Concordiae in area Vulcana agit, & Varro 5. de lin-
gu Latini. Verba ſignificabant, & pronunciabant
verbis conceptis dedicationem veluti exemplum
ex Liuio in 1.Romuli. Iupiter (inquit) Feretri, hec
sibi uictor Romulus Rex regia arma fero, templumque
bis regionibus, quas animo metatus sum, dedico, ſedem
spiritus spolis; qua regibus ducib[us]que hoſtium caſis,
me audorem sequentes posteri ferent. Et lib.10. Virgi-
nius. Hanc, ait, ego aram plebeia pudicitie dedico.

I N S T I T U T I O N E S N O V A E

2. Sacrum erat Deo & cultui diuino consecratum, siue locus, siue pecunia, siue ædes, siue ara. I. sacra, 9. de Rer. diuis. P. §. sacræ res, de Reum diuision. Consecratio siebat olim à Consule vel Imperatore ac censu foculo, cum Tubicine, verbis priscis & solemnibus, præcunte veio pontifice maximo praefante carmen capite velato, concione aduocata ac iussu populi, & postea decreto Senatus. De quibus omnibus Alexand. ab Alexand. lib. 6. Genialium dierum, c. 14. Cicero oratione pro Domo sua, vbi & constat in cōfēratione templorum & dedicatione, Pontifices præeentes, postem manu tenuisse; veluti in symbolum, quod munus, oblationem, dedicacionem Deo factum, mancipi sui faceret nomine Dei cui res quereretur in perpetuum, seu perpetua religione. Quare & apud Cicero. 2. de Legibus, non tantum verbis consecrationes, sed etiam manu fieri dicebantur: vt innuit Ovidius i. Fastorum.

*Sacra vocant augusta patres: augusta vocantur
Templa, sacerdotum rite dicata manu.*

Diuini intis, sacra, vel dicata, dicuntur. I. i. de Rer. diuis. Manum postibus admouendo, Pontifex possessionem loco Dei capere videbatur. Cum traditionibus visum fuerit dominia transferri posse, I. traditionibus, C. de Paet. §. per traditionem, de Rerum diuision. Propemodum similis formula transferendi Res in Ecclesiam proposita, in ca. 2. de Consuetud. que ibi Scotatio vulgo dicta traditur, forsitan & vulgus male pronunciabat, & corruperat nomen, consecratio, que siebat per Pōtificem admota manu ad postem. Refert autē Innocent. 3. ibi in hęc verba. *Si quis possessiones aliquas claustris vel aliis religiosis locis*

locis, in bona valedum vel vltima voluntate pro suorum
vuli remedio peccatorum conferre, hanc conferendi for-
mam esse proponus, quod in huiusmodi donationibus,
modicum tere & consuevit in manu accipere, vel in extre-
mitate pally quod manu pralatis Ecclesia sustinetur, aut
super altare ponendum sub testimonio videntium & au-
dientium, sub dicta forma qua scoto vulgariter ap-
pellatur, &c. Iubeturque donationem illam irritam
esse, cum huinsmodi (inquit) signum quod scota-
tio dicitur, non tam factae donationis, quam tradi-
te possessionis sit evidens argumentum.

Definitionis templi rudimenta fuerunt, quando ⁹
Jacob tulit lapidem quem supposuerat capiti suo,
& erexit in titulum, fundens oleum de super: & post
conceptum votum ait, quod lapis ille vocaretur do-
mus Dei. Genes. c. 28. vers. 18. & sequentibus. & rur-
sum quando in Sichem erecto altari inuocauit su-
per illud fortissimum nomen Domini, Gene. 33. ver.
20. & c. 35. vers. 6. & 14. Moyses sacraruit Deo taber-
naculum cum mensa & altari, cum vasis ærels, &
aliis ad diuinum cultum necessariis, idque diuinis
precibus, & sancti olei vunctione: Exod. c. 30. & c. 31.
& de dedicatione & vunctione altaris Nu. 7. sic Leu.
cap. 8. Moses vunctionis oleo liniuit tabernaculum
cum omni supellestile sua, cumq; sanctificas asper-
sisset altare septem vicibus, vnxit illud & omnia vasa
eius, labrumq; cum basi sua sanctificauit oleo, &c.
Inuenitur & consecratio templi Salomonis 3. Re-
gum cap. 8. agitur & de dedicatione altaris nostri,
Machab. i. c. 4. Observata antiquitus multa in dedi-
catione templi, quæ non minus hodie seruantur, ut
locus ab omni possessione & potestate, insidiisque

INSTYTUTIONES NOVÆ

dæmonis expurgatus , sacris precibus , & mysteriis
orationis & sacramentorum puritati sit idoneus , &
lubentius à Deo supplicantes exaudiantur , vt re-
fertur in concepta formula consecrationis & dedi-
cationis , 3. Regum 8.c. Forma consecrationis & de-
dicationis docetur à Durando lib. i. Rationalis di-
uinorum officio . c. 6. vt primū adificata Ecclesia ,
accedente Episcopo cum clero , prius intus duode-
cim cruces in Ecclesiæ parietibus pingantur : & iuxta
totidem accendantur lumeniatio , exeat deinceps
omnes ab Ecclesia , uno tantum ibi relieto & con-
cluso diacono . Episcopus vero cum populo interim
circuit Ecclesiam exterius cum orationibus , asper-
gens parietes aqua benedicta cū fasciculo hylopi ;
veniens autem ad occlusam portam , percutit super
liminare baculo pastorali dicens , *Anolite portas*
principes vestras , &c. cui respondet inclusus diaco-
nus , *Quis est iste rex gloria ?* Cui iterum Episcopus ,
Dominus fortis & potens : & eadem repetuntur sin-
gulis circuitibus . In tertia vero aperto ostio
Pontifex ingreditur Ecclesiam cum paucis mini-
stris dicens , *Pax huic domui , reliquo clero & populo*
foris remanente , incipitque Litanias . Et postea in
pauimoto Ecclesiæ crux ex cinere & sabulo , in qua
dehinc totum alphabetum Græcis & Latinis literis
describitur . Atque iterum Episcopus aquam bene-
dictit admixto sale , cinere , & vino , dehinc cruces in
parietibus depictas vngit Chrismate . Et quemad-
modum hæc visibiliter per Episcopum fiunt , ita
Deus per inuisibilem virtutem operatur . Legimus
apud Abdiam Babylonicum , D. Bartholomæum in
purificatione templi dæmonis Astarot , quod sancti
ficavit

ficauit, &c in Ecclesiam conuertit, fuisse vsum signo crucis impresso muris per latera, & benedictione: quod & cæteri quoque Apostoli & Discipuli Domini fecerunt in diuersarū Ecclesiarum erectione seu fundatione. Nunc & ultrā omnes Basilicæ cum Missa debent consecrari, c.3.de Consecrat.distinct. 3.tamen ibi Glossa ait, non esse de substantia Missam: diuinis tamen precibus sacrandas canō. Ecclesiæ per congrua, 13. de Consecrat.distinct. i.

Semel porrò tantum consecrandæ, nisi aut dubitetur num fuerint consecratæ, aut nisi postquam consecratæ fuerint, sint pollutæ vel destruetæ omnino, c. solemnitates, 16. §. i.c. Ecclesiæ, 18.c. Ecclesiis semel, 20.de Consecrat.distinct.i.

Solus consecrationis minister hodiè Episcopus est, §. sacræ tes, de Rerum diuis. c. nemo, de Consec. distinc. i. sic nec in consecrata Ecclesia, altaria consecrari, vel profanati, seu destrui sine Episcopo possunt: c. nullus, c. placuit, de Consecrat.distinct. i. qui & in ædificatione altaris immobilis, debet prospicere, ne sine sacris lipsatis Sancti alicuius erigatur, aut ne sine dotatione, dic. c. placuit, in mobili altari non ita, quod sit ex tabella lapidea consecrata, super qua vbiunque in loco non consecrato, potest celebrari Missa, & dicitur altare portatile, de quo in c. fin. de Priuile. in Sexto.

De effectu nouæ erectionis vel fundationis.

C A P . X V I I .

3. *Mandatum de prouidendo, non continet beneficia de nono creata, nec reservatio beneficiorum.*

INSTITUTIONES NOVAE

- 2 Episcopatus erectio facit ciuitatem.
- 3 Fundans Ecclesiam legiunè fit patronus, & acquirit sus presentationis ad beneficium.
- 4 Patronam faciunt, fundatio, dotatio, dummodo ante consecrationem fiant.
- Patroni plures possunt esse eiusdem Ecclesia, etiam si equaluer non contribuerint dotationi vel adiunctioni Ecclesia.
- 5 Nova fundatio non mutat qualitatem loci Ecclesia.

Singularia quædam consideranda erunt tandem nouæ erectionis, primum ut beneficia de novo creata non veniant aut contineantur sub mandato Clem. fin.de Rescip. Existimauit & Iacobus Simoneta aliquando sacri palati Apostolici auditor, in tractat. de Reseruat. quest.12. non contineri sub reseruatione beneficiorum alicuius Ecclesiæ, beneficia de novo creata: citat Rotam decis.32. num.7. in Antiq. sed ego eam decisionem non inueni, & per Clement. fin.de Rescript. contrariam tamen sententiam firmavit in terminis, ut dicunt, Gaspar de Perusio in tractat. Reseruationum, verific. qua autem beneficia reseruantur. num.8.& Mandosia in 7.quest.tertia regulæ Cancelleriarie, quo loci reiectis contrariis, concluditur aduersus sententiam Simonetæ, nu.12.ibi. *Contraria opinio verior est tenenda.*

2. Secundò, hoc singulare ut quando Episcopatus alicubi ponitur, fiat ciuitas:ca. Saluator, de Præb. in Extrauag. communib. tractatur ad Extrauagantem iuris civilis, qui sint rebellis.
3. Tertio, ut qui de cōfensu superioris Episcopi vel summu

sum. Pontificis, ædificauerit seu fundauerit Ecclesiam, efficiatur eius patronus: c. decernimus, 16. q. 2. ca. nobis, de Iure patron. & habeat ius prouidendi, consulendi, & sacerdotem inueniendi seu præsentandi ad regimen eius Ecclesiæ: c. quicunque 30. §. 1. 16. quest. 7. Sine præjudicio tamē prioris Ecclesiæ & patroni eius, si ex prioris Ecclesiæ redditibus se- cunda noua ope alicuius fundetur. Et proinde, cum diuiditur Ecclesia parochialis, qui eam fundauit remanet patronus, & presentat in secunda Ecclesia, & cum eo maioris & primæ Ecclesiæ rector: ca. ad audientiam, 3. de Eccles. ædificand. Patronus quoque & is in divisione nouæ creatæ addidit, ut in dic. can. ad audientiam, dominus loci qui addidit nouæ ædificationi triginta acras terræ, sit patronus. vt ibi notar Pandimi. num. 3. Acra terræ iuxta Ho- stensem, mensura terræ apud Anglos, *Ane Acre*, Gallis aripentum vel arepennum, dimidium iugeri; quod continet centum viginti pedes in longitudi- nem, & sexaginta in latitudinem: sicque Columella lib. 5. ca. 1. Gallos dixisse arepennum testatur. Quam- quam alij existimant iugerum acram dici, quātum videlicet par boum potest uno die arare: quod con- stat ex duobus actibus quadratis, & quod duo actus iuncti sint iugeterem dixerint: Columella dicto li. 5. c. 1. actus quippe quadratus, qui & latus pedes cētum viginti, & longus totidem, ita duo arepenna Galli- ca, habent iugerum. Dicunt & ut opinor, Norman *Acr.*, à nomine actus quadriati qui iugerum facit.

Patronum faciunt, dos, ædificatio, fundus. De ⁴ dotatione & constructione, in ca. filiis, 16. quest. 7. de Fundatione, in can. Abbatem, 18. questione 2.

Oportet

INSTITIONES NOVÆ

Oportet autem hæc interuenire ante consecrationem: nam si poste à accedant, non dant ius patronatus: quippe quia patronus à patre; qui ad esse prodixit. Néque etiam post consecrationem potest imponi seruitus vel onus rei sacræ, vel ius patronatus: secundum Glos. ad c. pia mentis, 16. quæst. 7. facit l. seruitutes, 14. §. fi. de Seruit. P. l. leaueri, Comiu. prædiōr. P. ca. præterea, 24. de Iure patro. ca. 3. §. 1. de. Iure patron. & ibi Glos. ad verba; *ad initio*; c. Eleuterius, 18. quæst. 2. Cæterūm Paulus de Citadinis tractat. iuris patron. 3. parte, in causa 2. acquirendi, num. 77. 13. quæstione, existimauit & post consecrationē posse queri ius patronatus; dotatioñē, favore Ecclesiæ, vt retrotrahatur perinde ac si ab initio facta fuisset, pro quo mihi videtur textus expressus in c. cùm sicut, de Consecrat. Eccles. vel alta. *Sic uic dicitur de filiis qui legitimantur consequente matrimonio, perinde ac si ab initio inseruerisset matrimonium.* in c. tanta, Qui filij sint legit. §. fin. de Nupt. cū simil. Sed & obseruanda singularis Glos. ad princip. 63. distinet. dum ait, neque ob omnem donantem ante consecrationem, id est effici semper patronum; nisi tantum dederit de bonis, vt sufficiant ad luminaria, & ad necessaria ministrorum. Sicque notat Glos. ad c. quicunque fidelium, 30. ad verbū, *aliquid*, 16. q. 7. Neque etiam ex fundatione vel dotatioñē ius sibi hoc acquirent Infideles, Iudæi, Hæretici, Pagani, vt docet Paulus de Citadinis tractat. de Iure patr. in 3. parte, causa 1. quæst. 5. & sequentibus per c. pia mentis, & c. quicunque fidelium, 16. quæst. 7.

Possunt autem plures eiusdem Ecclesiæ esse patroni, si plures sufficienter fundauerint, vel dota-
uerint;

uerint: & quamvis vnuſ plus quam aliud cōtribuerit in fundatione, nihilominus eque omnes sunt patroni, nec vnuſ plus quam aliud, vel magis minusve patronus dicitur, quia vnuſ ex sociis qui minus cōtribuit pecuniatum, æqualiter censetur socius cum magis contribuente, quod industria ut plerumque in defendēda Ecclesia superet pecuniam alterius, per l. societates contrahuntur, s. & l. si non fuerint, pro Socio, P. Patronatus etiam causa magis respicit ius quam res patrimonij, & pro induiso pluribus vni patrono etiam ex diueis partibus succedentibus, æqualiter competit. Clem. 2. de Iure patron. c. 1. & 2. eo.apud Greg. Inueniuntur idēo vnuſ Ecclesiæ plures patroni, quamvis non æquales in donatione, ut in c. ad audientiam, de Eccles. ædificandum nouæ constitutæ Ecclesiæ in subsidium alterius, sit patronus dominus terræ, qui triginta aeras terræ dedit: item Ecclesiæ matricis rector, ex cuius bonis aliquid pro fundatione secundæ acceptum: item & fundator matricis Ecclesiæ. Si tamen nihil contribuetur matrix & primatua Ecclesia, non haberet ius patronatus, ut singulariter notat.ad dic. c. ad audientiam, numer. II. & 12.

Cæterum noua fundatio & erectio in diuisione & prioris Ecclesiæ, non efficiat quominus executores gratiarum, & iudices causarum à sede Apostolica deputati, procedere possint in diœcesibus, diuisis, perinde ac ante diuisionem. c. 1. de Concess. præb. in Extravag. communib. cap. vnic. de Offic. delegat. in Extravag. communib. Dehinc præceptum, & statutum vniuersitatis prælatis, capitulis, & aliis quibuscumque personis Ecclesiasticis directum, non impeditur

I N S T I T U T I O N E S N O V A E

impeditur per descretionem vel erectionem Ecclesiastarum, quominus vires suas sortiatur in visitatione, & procuratione, & iurisdictione earum, ut antea nisi mandato Apostolico postea expressè derogatur, ca.
2. de Concession. præbend. in Extravag. commun. Et postremò non permittat diuisio Ecclesiastica beneficiorum limites secularis iurisdictionis: quemadmodum diuisio prouinciarum per seculares facta, non turbat limites iurisdictionis aut potestatis spiritualis: c. vni. 101. dist. l. vnic. de Metiopo. Berytho lib. ii. C.

De Secunda specie erectionis beneficiorum,
quaे fit per restitutionem extinctionis: pri-
mum in genere. CAP. XVIII.

- 1 Restitutio & restituere quid.
- 2 Restitutio, est & restauratio deperditæ vel extinctæ.
- 3 Beneficia quibus modis extinguntur.

I. **R**estitutio præsupponit aliquando fuisse beneficium, sed eo tempore quo fit restitutio non existere: restitutio id reparat quod laesio ademit: l. in Fabiana, §. videamus, de Usuris. P. & quantum ablatum fuerat l. restitutio, 24. §. restitutio, de Minor. 25. annis. P. l. vn. C. de Reputat. *Restituere*, inquit paulus l. restituere, 75. de Verb. sign. P. *is videt. ir. qui restituui quod habuurus esset actor si es coniuerter facta non fuisset*. Et rursus in l. restituere autem, 35. eod. tig. *Restituere* se intelligunt, qui simul ex causam actores reddit, quam *is habiturus esset*, si statim iudicij accepte tempore res ei reddita

reddita fuisse. In summa restitutio omnem causam, accessionem, & fructus continet: l. plus est restituere, & l. fin. de Verb. signif. l. hæc verba in stipulatione, 73. eod. titul. l. in condemnatione, 124. de Regul. iur. P. l. i. de interd. P. §. restitutoria, eod. tit. apud Iustin. & in l. i. de Sententiam passis & restit. C. Antoninus exuli Liciniano ait, Restituo te in integrum: ut autem scias quid sit in integrum restituere, honoribus & ordini tuo, & omnibus cæteris te restituo.

Vtimus & restitutionis ideo nomine pro instaurazione, renouatione, & in pristinum statum reductione: quemadmodum & restitui vina dixit Plinius lib. 14. cap. 17. *Vina* (inquit) *in apothecis canis ortu mutariat quadam, posteaque restituuntur sibi.* Dicitur & paries restitutus, postquam dirutus reædificatus fuerit: l. sicut autem refectio, 7. Si seruitus vendicet. P. eaque restitutione ius dicitur reuiniscere seruitutis quod erat in pariete antequam deponeretur, vt ibidem dictum, & in l. & si forte, 6. Si seruitus vendic. P. Restitutio ita beneficij est, quando beneficium extinctum reponitur in primum statum quo ante fuit, sublatto impedimento, vel extinctione suscitata.

Circa quam restitutionem cogimur antequam 3 de ea agamus, de extinctione prius agere; vt possimus singulis speciebus singulas restitutiones adiucere. Proinde dicemus extingui beneficia, vel per suppressionem, vel per unionem, vel per destructionem ædium, vel sublatto omnino beneficio, de quibus ordine pauca admonebimus vt prævia restitutionum.

De suppressione beneficiorum,

CAP. XIX.

1. *Supressio beneficij quid.*
2. *Causa suppressionis beneficij.*

SVppressione beneficia desinunt esse , ve-
luti si in Ecclesia collegiata , deficien-
tibus facultatibus , numerus restringatur
præbendarū , & ita inter præbendas sub-
latæ non numerentur , sed taceantur; hoc enim est
supprimere , quod facile tamen non permitteatur , ne
minuatur cultus diuinus : c. ex parte , 13. de Constit.
sic supprimi dicitur dignitas primiceriatus in Tul-
lensi Ecclesia , in c. cùm accessissent , eo. tit. de Const.

2. Causa suppressionis numeri præbendarum , gene-
raliter ut & communiter est , diminutio fructuum
Ecclesiæ: in c. fin. de Verbor. signific. ed quodd in Ec-
clesia non debeant plures clerici recipi , quam nu-
triri ex redditibus sine penuria possint: cap. i. & c. au-
thoritate , de Institutio. cap. quoniam ut ait , de Vita
& honest. clericor. ea. cùm Martinus , de Constit. §. i.
Ut determinat , sit num. clericorum sanctissimæ ma-
joris Ecclesiæ , & cæterarum Ecclesiarum Constan-
tinopolitanarum . Nouella 3. & in tit. de Mensura or-
dinandorum clericor. Nouella 16. & in §. sed neque
effusas , Quomodo oporteat Episcopos , &c. cap. 8.
Nouel. 6. in quib[us] omnibus fit suppressio clericorum
super numerum ordinatorum , per mortem illorum ,
donec perueniatur ad mensuram seu numerum in-
stitutioni Ecclesiæ definitum . Id ipsum videntur su-
tuile Theodosius & Honorius , in l. non plures , &

de Sacrosanct. Eccl. C. Ex quibus duæ rationes suppressionis elicuntur; prior ne plures sint quam nutriti possint & ita mendicitas clericorum in opprobrium veniat cleri, ca. diaconi, 93. distinctione. siquidem ubi expensæ fiunt ultra reditus, sequuntur debita ex mutuo acceptis, & paulatim Ecclesia ad nouissimam inopiam peruenit. Et alia, quod contra intentionem & prouidentiam fundatorum, plures admittantur. in §. i. Ut determinatus sit numerus clericorum. Nouell. 3. Tertia potest accipi ex Nouella 10. de Referendariorum, ubi Justinianus referendariorum numerum contrahit ad octo, & ex quatuordecim tunc existentibus, vult suppressionem fieri per mortem eorum, donec peruerenter ad dictum numerum. Vippe, inquit, causa à nobis honorata deinde in multitudinem effusa, ne propria imminuat honestate. Et enim multitudo interdum confusionem habet, & officij & ministerij quibusdam facit utilitatem, quemadmodum in cap. legimus, 24. in fine 93. distinctione. ibi, Diaconos paucitas honorabiles, presbyteros turba contemptibiles facit. Et multi sacerdotes pauci sacerdotes, multi nomine, pauci re. c. multi sacerdotes, fin. 40. distinctione,

De Unione, CAP. XX.

1. *Vno, extinctionis beneficij species est.*

2. *Vno quid, & eius species.*

3. *Vno perpetua, quid differat à temporali.*

4. *Vno sit beneficiorum vacuum, & antiquâ vacent.*

5. *Quæ Ecclesie uniri possunt.*

6. *Vno Episcopatum ad summum solum Pontificem*

- I N S T I T U T I O N E S N O V A E
- perinet, & unio prouinciarum ad principem pot-
tinet: qui aly alia unire possint.
- 7 Yniendi ius prescriptibile est; & Abbas quomodo
uniat,
- 8 Capitulo sede vacante, num possit unire beneficia
Episcopatus.
- 9 Unio diuersarum diocesewn, vel exempliarum à quo
fiat.
- 10 De solemnitate unionis,
- 11 Temerè uniones fieri quare non debeant, alioquin cur
dissoluende.
- 12 Unio cum iusta causa fieri debet.
- 13 Eaque vera; & quid si sub falsa fiat.
- 14 Uniendo beneficia, quæ possunt dici iusta cause.
- 15 Unionis effectus;

Secunda species extincionis beneficiorū
erit unio; sic enim scribit Rota decision.
370. nra quod vbi, in Anti.nota quod vbi
vnitum est beneficium & alteri anne-
xum, perdit nomen beneficij, & non debet dici be-
neficium sicut ante unionem dicebatur: siquidem
pars separata per se totum non facit, & vna eadēm
que res diuerso iure censeri non potest, l. eum qui
ades, de Vscapion. P.c. qua circa, 11.de Privileg.
Sic & Glos.ad Clem. per literas, de Præb. tradit, per
unionem extingui, vel supprimi nomen beneficij
quare nec per se dicuntur talia beneficia vacare,
Clem.l. & ibi Ioan. Andreas de Rescript. & Clem.l.
de Suppl.neglig. p̄ælator. Frederic. tracta. Peimur-
tat. quest.33. Gomes ad regul.de Triennali possit.
quest.8.

Vnio beneficiorum, est duorum vel plurium beneficiorum in perpetuum coniunctio, cap. sicut vnire, de Excess. prælat. Hic porro vniōem in propria significacione dicimus, quando ita beneficia coniunguntur, vt ex duobus vnum tantum & veluti tertium quoddam genus fiat, ietatione facta in uno priuilegiorum utriusque, veluti in c. cum dilectus, de Eo quod vi metusve causa fit, & c. recolentes, de Statu monachor. Omittemus namque alias vniōis species quae tres hac iuncta ponuntur à Glos. ad cap. & temporis, 48. ad verbum, *vniare*, 16. quest. 1. & Glos. ad c. i. Ne sede vacā. ad verbum, *vniendi*, vbi tamen Hostiensis quinque ponit: nos autem tres tantum cum glossa admittimus. Primam propriam, alias minus proprias, nempe quando Ecclesia una alteri subiectur, in qua quae iungitur non extinguitur, sed amittit nomen suum, & accipit eius cui subiectur. Fitque in ea subiectio per modum vniōis: alioquin enim sola subiectio non facit vniōem: cum per illam subiectiōem non transferantur bona subiectas in eam cui subiectur, c. pastoralis, de Donation. & ibi Glossa magna. Tertia species vniendi, quando Ecclesiæ unitæ remanent quidem in suo statu, sed vni personæ subiectiuntur, vt si duo Episcopatus, vel aliae Ecclesiæ ita vniāntur, vt ab eodem pralato teneri possint, c. i. Ne sede vacante, ca. & temporis, 16. quest. i. formulæ autem vniendi diuersas vniōes expriment, vt opus non sit diutius in illis immorari.

Distingui & potest vno temporalis à nostra perpetua; nam quedam fit vnio in gratiam, & utilitatem personæ alicuius; quadam in fauorem & utilitatem Ecclesiæ. Que in utilitatem fit personæ,

temporalis est: dupliciter, vel quandiu is qui vniuersitatem
vniuit; aut reuocauerit, si sub beneplacito suo concesserit: vel quandiu is cui est concessa, viuet, c. si gratiosè, de Rescript. in Sext. aliter enim si ad beneplacitum sedis Apostolice concederetur; vel si dignitati non personæ fieret unio, siquidem dignitas non moritur mortua persona administrante, d.ca. si gratiosè, c. quoniam Abbas, de Offic. delegat. Dicitur etiam temporalis: si ad vitam prælati certi conceditur, eo namq; mortuo unio definit esse, c.i. Ne sede vacan. de hac unione, in ca. relatio, & sequenti 21. quæst. i. plerumque in favorem personarū uniones factæ reprobantur, vt neque etiam fieri possint per summum Pontificem in locis vbi reseruationes summi Pontificis sunt sublatæ, vel propter Pragmaticam sanctionem, vel propter Concordata, Glos. ad c. finale, §. fin de Elect. & reseruat. in Pragm. sanct. ad verbum *exceptum*: quia inquit uniones personales sunt indirectæ reseruationes; & quod una via prohibetur alia permitti non debet, l.fin. Si mancipita fuerit aliena. C.c. constitutus, de Concess. præb. ca. tuæ, de Procurat. Et quāvis favore personarum possit concedi dispensatio ad plura beneficia, ca. de multa, de Præb. In earundem tamen favorem non debet fieri unio, per quam præiudicium fieret Ecclesiis, per quam yna alijs subiiceretur, & sic fuisse olim in Senatu Parisiensi iudicatum refert Glo. in d. Pragm. sanct. Raro etiam permitti istam unionem in favorem personæ, traditur in c.i. 21. q. 1. quod in ea sit species negotiationis, & turpis lucri proprii; & ab Ecclesiastica consuetudine alienū sic eodem tempore in diuersis Ecclesiis clericum annumerari.

Vnio sit Ecclesiarum & antequam vacent, & 4
cūm vacant,in Clem.2.dé Reb.Eccl.non alien.

Vniri solent Ecclesiæ quæ symbolum & qualita-
tem propè similem habent in qua conuertire pos-
sunt; aliæ vix aut nunquam patiuntur vnionem ve-
ram , communiuere , quemadmodum non possunt
vniri regularia beneficia parochialibus Ecclesiis ab
Episcopo , ex statuto Concilij Tridentini , sessione
24.c.13. de Reformat. In uno enim & communi of-
ficio non debet esse dispar professio,iuxta præcep-
tum Dei : *non arabis in boue & asino.* Id est, homines
duiersæ professionis in uno officio non sociabitis;
Deuteroni.22.c.12. in noua actione,16.q.7.& ibi:qui
sociantur nō debent discrepat professione vel ha-
bitu. Non possunt vñii etiam beneficia iuris patro-
niatus laici , sine cōsensu patronorum ab Episco-
pis , aut coniungi Collegiatis Ecclesiis , vel in eas
conuerti , Gloss.ad c.nobis , ad verba, *in capella* , de
Iure patroni. Nec hoc ipsum facere posset legatus à
latere. Ut ait Ioannis Baptista de Cassialupis , in
tractat.de Vnioni. artic. 3. num.12. quia non potest
Episcopus derogare.c.cūm dilectus,de Iure patron.
ca.decernimus , 16. quæst. 7. Alter in Ecclesiastico
patrono, qui habet ius patronatus ratione Ecclesiæ
& non ratione patrimonij, vt notatur ad d. ca. cūm
dilectus,de Iure patron. & c.dilectus, de Offic. de-
legat.& de Cassialupus vbi supr.Prohibet & Con-
cilium Tridentinum sessione 14. c. 9. de Reformat.
ne confundantur termini seu limites diœceseon &
parochialium Ecclesiarum:nē vna & eadem Eccle-
sia fiat diœcesarum diœceseon cum graui incom-
modo subditorum,ne parochiales Ecclesiæ, Vicarię

INSTITIONES NOVÆ

perpetuæ, vel simplicia beneficia vnius dicēt eos
comūgantur, aut vniāntur perpetuò beneficis, mo-
nasteris, aut locis p̄ius, alterius dicēt eos, etiā p̄a-
textu, augmenti cultus diuini, aut ratione augendi
numerum beneficiatorum, aut qualibet ex causa
ex eō enim offenderetur ius commune, & confusio
generatetur, contra distinctionem Dionyſij summi
Pontif. in cap. Ecclesiastis, 13. quæst. 1. cap. pastoralis. de
His qui sunt à prælat, sine consen. capit. Sede va-
cante, etiam eius beneficium vniū non potest, &
vniū facta reuocatui defensore sede carente, cap. 1.
Ne sed. vacan, quamquam ab Episcopo beneficia
vacantia vñiri possint, Clem. 2. ibi. ut si vacabat,
imincta Glos. de Reb. Eccl. non alien. Non impedit
vñionem reservatio beneficij vniēdi facta per sum-
mum Pontif. Rota decis. 19. nota quod reservatio, in
Antiq. Calder. consil. vltimo, sub titulo de Reb.
Eccl. non alien. Quia vniū concerneat proprietatem
beneficij; & collatio Papæ quæ sit propter reservati-
onem, cōcernit fructus beneficij, ideo vniū tenet,
hęc effectus vñionis, Papæ reservatione suspenda-
tur pro eo tempore quo confertur beneficium.
Quamobrem & vñiri possit beneficium ab ordina-
tio antequā vacet, quod continetur sub expecta-
tione generali, vel mandato Apostolico si vacaret,
Rota decis. 253. nota beneficia ad quod, in Antiq. qua-
muis processus factus fuerit per executorem man-
datis, vt cap. cùm accessissent, de Constitution.
Ioannes Andre. in additionib. ad Speculatorum, tit.
de Præb. & ad ca. literas, ad verbum, statutum, de
Rescrip. Ratio prior, quod cū vniū fiat maximè ex
necessitate Ecclesiæ, valere debet l. peto, 69. §. 1.

de Legat. 2. Secunda, quod mandatarius generaliter est expectatus, ad omnia beneficia prius vacatura aspiratus: quare beneficium singulare non videtur deberi, arg. l. fin. §. cum optio, de optio. leg. lib. 33. P. tit. §. Item 3. per unionem non dicitur vacare beneficium quod vnitur, Rota decisi. 370. in Antiq.

Vnire porrò potest solus summus Pontifex Episcopatus, ea. sicut vnire, de Excess. prælat. cap. quod translationem, de Offic. legat. ca. & temporis, & ca. postquam hostilis, 16. quest. i. cum simil. quemadmodum ad solum Imperatorem pertinet, ex dictibus provincis vel duobus officiis, vniōnem facere, ut in illud, Ut iudices sine quoquo suffragio. in Nouel. Officia dominationis Asiae, & Phrygiæ, & Pacasianæ. Provinciae ad unum officium iudicis per Iustitiarii. reducuntur: id ipsum de Archiepiscopatibus & maioribus beneficiis dicendum, vt eorum utio ad summum Pontificem pertineat. Archiepiscopus in sua diœcesi, non etiam in suffraganei nisi cum eius consensu, vnire beneficia ex causa potest; & Episcopus quoque in sua diœcesi, dicto ea. sicut vñire, de Excess. prælat. & c. viii, 10. quest. 3. quia Episcopus habet sub sua potestate liberam dispositionem Ecclesiastum suæ diœceseos. c. Sanctorum, 70. dictio. c. ca. decretum, can. regenda, 10. quest. i. c. 2. cano. vñia quaque, 9. quest. 3. Verum vnit cum consensu superstiti, nisi prescrisperit, vt solus possit, Clement. 2. iunct. Gloss. de Reb. Eccles. non alien. Interpr. ad cap. sicut vñire, de Excess. prælat. per c. i. de His que sunt à prælat. sine consen. capit. c. i. de Reb. Eccles. non alien. in Sexto. Quod si capitulum nolle vñioni ex iuxta causa faciendæ, consentire, posset compelli si

INSTI T U T I O N E S N O V A E

instam contradicendi rationem non habeat, vt dicunt Archidiac. Hostiensis & alij ad d.c.sicut vnire. nisi vellet Episcopus vnire mensæ suæ, vel mensæ capitulari. nam non posset etiam cum consensu capituli sui, non obstaté consuetudine contraria, que vélut corruptela reprobatur, in Clemen.2.§.fin. de Reb.Eccles. non alien. quia, non potest sibi in facto proprio esse author Episcopus, ut docet ibi Glos. & Alexand. consil. 79. *circa primum*, volum. i. & consil. 106. *incip. quæd præsens*, eod.volumin.i.veluti nemo seipsum instituere in beneficio Ecclesiastico potest, cap. fi.de Institut. Nec ex eonomia suum factum autorare potest, c.hic usus in fine. 10.q.2.nec tator. l.i. & l.pupillus, de Authorit.titor. P. Poterit tamen Episcopus Ecclesiæ Abbati subiectam, eius consensu cum sibi subiecta vñire. Clem.3.§.ad hæc, de Stat.monach. Poterit & legatus à latere, in prouincia sibi decreta, vñire Ecclesiæ parochialem mensæ Episcopali, eius prouinciae, vel alteri dignitati ex causa: Rota decif. n.8. *incip. secundum manum partem*, in Nouis.& decif. 58. *incip. legatus de latere*, in Nouis. Ægid. decif. 513. dummodò non fiat vñio in præiudicium iuris Episcopalis. Et hæc latius explanavit Innocentius & alij, ad cap. fi.de confir. ut. vel inutil. Speculator in titulo, de Legato, §. nunc vñio videndum. & ibi Ioannes Andreas in additionibus, fusè Ioannes Baptist.de Cassalupis, tract. de Vñionib.artic.3. Legatus quippe maior ordinatio in prouincia sibi commissa, cap. i. & 2.de Offic. legat. Nisi Ecclesiæ vniendæ referuate essent sedi Apostolicæ, ut notatur per Rotam in dicta decif. 118. in cuius additionibus citatur Extrauagās Benedicti n.

que

quæ incipit, *dudum fælicius*. Excipiuntur & beneficia electiua Collegiata, Ecclesiarum cathedralium dignitates, & ipsæ Cathedrales Ecclesiæ, quæ nō permittuntur collationi legati, cap. deliberatione, de Offic.legat.in Sex. Legatus etiam qui non est de latere, non poterit vnire: quia non potest conferre. ca.i.de Offic.legat. in Sext. vbi iuuenis inueniet distinctionem legati missi, nati, & de latere.

Potest alius quam Episcopis aliquando vnire 7 beneficia, si ius hoc præscriperit: quia vnire iurisdictionis est, idèò præscribi poterit ut similia, Cle. i. §. ad hæc, de Stat. monach. & ibi Ioan. Andreas, Panor. & Innocent. ad d.c. sicut vnire. Notat & Panormit. Abbates qui habent Ecclesiæ pleno iure sibi subiectas, curus ratione videntur plenè habere iura Episcopalia vnire posse. Gloss. in Clem. i. de Rebus Eccl. non alien. Panorm. ad ca. significasti, de Foro competen. & ego ita puto verum, si regulares Ecclesiæ sint ei pleno iure subiectæ, non etiam omnino si seculares sint, vt in c.i. de Capell. monach. nisi haberet iura Episcopalia in illis, c. quoniam, 21. de Privileg. ca. vnic. de Capellis monach. in Sexto, non aliter, c. cùm ex iniuncto, de Hæret. subiectio quippe facta Ecclesiarum Abbatii non officit iuribus Episcopalibus.

Capitulum sede vacante etiam poterit Ecclesiæ 8 diocesanos vnire ex causa, dum modò nihil ex beneficiis depereat quod ad ius Episcopale pertineat, secundum Lapū, Zabarellam, Ioā. ab Imo. ad Clem. i. §. ad hæc, alias, si quis autem, de Stat. monach. facit quod notatur ad c. vn. de Maior. & obed. vidēdus & Baptista de Caccia lupis, tract. de Vnion. ar. 3. nu. 19.

I N S T I T U T I O N E S N O V A E

9 Quod si res duarum Ecclesiarum vniendarum
sint diuersis prælatis subiectæ, ab illis authorisatio
vnionis petenda, Rota decis. 177. incipiente, *Emancipatio facta*, in Novis. quæ tradit illud notari in c.i.
duduni, de Reb. Eccl. non alien. in Sex. Clem. si vna,
eod. tit. nclus in Glos. canonis, in venditionibus,
40. 17. quæst. 3. facit c. sanè, de Foro compē. Alioquin
enim si Ecclesia alterius diœcesani vniatur, iuribus
diœcesani nullum sicut præiudicium, ca. 2. de Relig.
domib. glos. ad Clem. 2. ad verba, *ut et Ecclesie*, de
Reb. Eccles. non alien. Exempta Ecclesia exempta
vni potest per Episcopum: at non exempta vni
non potest exempta nisi per summum Pontificem:
quia in præiudicium Episcopi fieret, cum per vni-
onem eam alienatio fieri videatur, vnde consulēdus
summus Pontifex, c. fin. de Reb. Eccl. non alien.

10 Solemnitas in vniōne nō magna exigitur, præter
eam quæ cauet, ne vlla iniuria aut damno Ecclesie
afficiantur: quo sit, ut dum ea executioni demanda-
tur, inuentarium seu repertorium conscribatur re-
rum Ecclesiæ vnitæ; ne si dissolutionem fieri con-
tingat, ea amittantur vel retineantur. nec eam im-
pedit, si dicatur quod ante eam non fuerit tracta-
tus adhibitus, Rota decis. 166. nota quod ubi fit Vno,
in Antiq. &c in decisio. 658. dic quod uno, in Antiq.
Æneas de Fulconib. tractatu de Reseruationibus, in
4. quæst. princip. 23. effectu. Quod forsitan quis intel-
ligeret si iusta, necessaria & eidens causa esset, ut
Ecclesia vnitæ haberet præpositum vel defensorem,
aliоquin non valeret decretum quod sine tractatu
& solemnitatibus, quod vnius Ecclesiæ decime al-
teri ad audiarentur, ut expresse decisum videtur,
in cap.

in c.i.de Reb.Ecc. non alien. nisi dixerimus , in eo
c.i.agi potius de alienatione,quàm de vnione,quod
venius est,quia in symbolizantibus facilior est tran-
sus,l.i. Non licet e habitor. Metrocomiae. lib. ii.
C.tit.55.l.cum pater,77. §. libertatis, de Lega 2. So-
lemnitas adhibitionis capituli multa exigit , nec est
in sola vacatione, nisi vocetur decanus , qui faciat
congregare capitulun, si quid tamem ex solemnita-
tibus omisum fuerit , summ. Pontifex poterit sup-
plere defectum vnionis ex certa scientia , vt docet
Alexander lib.6 concilio. consil. 219. Poterit & ca-
pituli consensus post vnionem adhiberi , vt idem
aut,& docet,c. circa, vers. *postea consensum* , de Iure
patrona. c.cùm vos , de His quæ fiunt à prælat. sine
consen, capit.c.si qua de Rebus,12.QUEST.2.Consen-
sus porrò possidentium beneficia , cùm vniuntur,
non exigitur ; si tantum post mortem illorum vno
sit sortitura effectum , & sine praecidicio illorum;
quod melius explicari nequit quàm verbis consti-
tutionis Clementis 5.in Clem. 2. de Reb. Eccl. non
alien. Si *vna Ecclesia*, inquit, *alteri Ecclesie vel digni-*
tati alicui vel probanda, per Episcopum suo consentiente
capitulo vrnatur, aut religioso loco donetur: ex eo quod
releto ipsius ad hoc vocatus, vel si vacabat defensor ei
super hoc datus non extitit, nequaquam id poterit infir-
mari, &c.

. Vniones temerè non sunt faciendæ Ecclesiarum, n
quòd videatur per illas imminui cultus diuinus , &
reditus,qui pluribus sufficerent ad vnam Ecclesiam
reuocari. c. fin.de Verbor.signif. Atque Concilium
Tidentinum in session. 7. ca.6. statuit , vt vniões
perpetuae à quadraginta annis citra factæ , exami-
nenntur

INSTITIONES NOVAE

nentur ab ordinariis, tamquam à sede Apostolica delegatis; & quæ per subreptionem vel obreptionem inuenientur factæ: declarantur irritæ; & ut illæ quæ à dicto tempore citra concessæ nondum in totum vel in parte sortitæ sint effectum, & quæ deinceps ad cunctis instantiam fient, nisi cas ex legitimis aut alijs rationalibus causis, coram loci ordinario vocandis, quorum interest, verificandis, factas fuisse constiterit, per subreptionem obtentæ presumantur. Et propterea nisi aliter à sede Apostolica declaratum fuerit, viribus omnino careant. Eadem etiam reuisionem vñionum Episcopis demandat idem Concilium Tridentinum, rursus session. 24. c. 13. & sessioni. 25. de Reform. c. 9.

12. Neque omnis causa quæ videtur quibuscumque sufficiens ad sustinendam vñionem, iusta censetur perpetuò, sunt enim Episcopi qui interdum ob lacrum, vel ambitionem, vel inuidiam Ecclesiarum, vñiones permettere possent. Et sunt quædam collegia quæ ita opiparè viuere decreuerunt, vt victum clericalem sibi sufficere non arbitrentur, nisi vocentur Rabini, & ea ratione vel per obreptionem, vel subreptionem, vñiti sibi procurant beneficia, parum postea de cultu Ecclesiarum illarum solliciti. Non enim cultum augere, sed culniam satagunt, quod abominabile coram Deo: & quamvis quoad homines, per dispensationem & vñionem subreptitiam à summo Pontifice extortam fucum faciant, tamen non arbitror posse defendi erga Deum per literas obreptitias vel subreptitias, vel per importunitatem & fucum obtentas, quominus reddituri sint rationem de fructibus eo modo traductis. Quemadmodum

modum & improbatur vnio ab Episcopo facta Ecclesiæ sibi subditæ cum monasterio , in compensationem damnorum quodam per illum monasterio illatorum : quia delictum personæ non debet conuerti in damnum Ecclesiæ , c. cùm olim , 2. de Priuile. Sed monasterio pro damnorum repetitione contra inferentem referuatur actio coram superiore , & in hac hypothesi sic defendunt auditores sacri Palatij , in decision. Rotæ 5ii. incip. dic quod si Episcopus , in Antiq.

Debet itaque fieri vnio cum iusta causa , eaque vera: attamen si sub falsa fiat non redditur vnio ipso iure nulla , dummodò aliae iuris formulæ & solemnitates fuerint obseruatæ , & ideo impetrans beneficium quod sub falsa causa vnitum dicit , nō potest acceptare , donec ea fuerit annulata , quæ tamen probata falsitate annulatur. arg. l. si Prætor , 75. §. Marcellus , de Iudic. P. Et ita concludunt Domini de Rota , decis. 168. nota quod falsitas causa , in Antiq. & decis. 169. nota quod ubi beneficio , in Antiq. vbi & hoc singulare dicitur , vunionem non egeie expressione causæ , ne ex falsitate causæ expressè annuletur. Cæterum sine vlla causa facta vnio non valet , decis. Rotæ 5ii. nota quod vno ex falsa causa , in Antiq. Quod intelligendum de vniione quam constat factam esse per superiorem ; non autem quando prescriptio firmaret vunionem : quæ videtur fortior. Si quidem triplici medio quis potest asserere iure vnitum esse beneficium ; nempe vel quia vnitum ab ordinario , ut Clem. si vna , de Reb. Eccl , non alien. aut per concessionem summi ponuficis , aut per prescriptionem. Sicque sufficit probare beneficium esse vnitum

vnitum à tanto tempore cuius initij non extet memoria, Rota decis. 205. nota quod ubi quis dicit benemerium unitum, in Antiq. &c in decis. 375. nota quod ubi allegatur, in Antiq. sufficitque in his quæ acquiuntur immemorabili tempore, allegare tempus sine titulo, ut ibidem dicitur, post Innocentium ad cap. dudum, de Decim. & interpres ad cap. si diligenter, de Praescript. iuncta l. hoc iure, §. ductus aquæ, de Aqua quotid. & aestiuua.

- 14 Causa autem iusta aut legitima vniuersis esse potest multiplex; veluti primum, si monasterium disserit Ecclesiæ sibi subditas prætextu pensionum sine autoritate superioris; sit enim tunc iure reuocatio & vnio diuisionis, c. authoritate, in f. de Pœb. Secundò, iusta causa vniendi Ecclesiæ maiores vel minores ipsa paupertas: si non possint per se nutrire deficientibus facultatibus, proprium præpositum, ut in Concilio Tridentin. session. 24. ca. 13. de Reformat. c. 1. §. ad hæc, de Statu monacho. c. 48. & temporis, 16. q. 1. Iubet & Concilium Tridentinum Episcopis, session. 21. cap. 7. de Reformatio. si Ecclesiæ nimia egestate laborent, & earum patroni, ut refici nequeant vel cultui diuino satisfacere, eas transferant ad matrices vel viciniores Ecclesiæ. Tertiò, sitam vicinæ sint sibi Ecclesiæ, in quibus sit penuria populi, quæ possint ab uno præposito facile regi, vnio censetur permitta, d. c. & temporis, 16. quest. 1. ex epistola Gregorij lib. 2. Epistolar. epist. 31. Benenato Episcopo scripta. Quartò, si una Ecclesia habeat minus quam decem parochianos, alteri iungenda. capitulo vnio, 3. §. fin. 10. quest. 3. Quintò, quemadmodum paupertatis necessitate,

sic hostili incursu deserta Ecclesiæ, aliis iunguntur, si nulla sit spes restitutionis & refectionis, vel populo deficiente, in c. 49. postquam hostilis, 16. q. i. c. fin. §. hostilitatis, 25. qu. 2. Sextò, si ob prædonum vel latronum incursus, vel propter moibos, Ecclesia destituta sit populo, cap. 2. de Religios. domib. dicto ca. fin. hostilitatis, 25. quæstro. 2. Septimò, transfeatur vna in aliam Ecclesiâ cui iungitur, si monasterium. sit positum in loco nationis peruersæ, ca. officij, 38. de Elest. Octauò, si capiatur locus beneficij ab infidelibus, illud alteri annexetur. cap. fin. de Paroch. Nonò, si præbendis pauperibus viviantur, relicta congrua pensione Vicario in loco beneficij, c. expositi, 33. & c. extirpandæ, §. quia verò, de Præben. Decimò, iuventa est iusta causa vñionis, fauor collegiorum & institutionis iuuentutis: ut illis beneficia prioratus maxime & capellæ pingues vñirentur. Fauor etiam religionis fecit ut monasteriis Ecclesiæ iunctæ sint, interdum parochiales, interdum alterius generis, ut liquet titulo de Capellis monacho.

Vis & effectus vñionis esse primo loco poterit, 15
ut annexum & id quod annexatur, pro uno beneficio habeantur, & possint ab uno sine dispensatione ad plura teneri, c. iuper eo, 6. de Præbend. in Sex. ca. eam te, de Ætat. & qualitat. ordinan. Secundò, beneficium mensa vnitum, non dicitur vacare mortuo eo cui administratio eius data est. Clem. i. de Suppl. neglig præla. Clem. frequens, de Excess. præl. Tertiò, beneficiorum vñitorum vacatio, non fit alterutrius. sed aut ambo vacant, vel non, vñóve collato annexum collatum censemur. Glos. ad c. gratia, 7. ad verb. i. de sure teneri, de Rescript. in Sex. facit l. si com

INSTITUTIONES NOVAE

si communem, 14. Quemad. seruit. amittit. P. I.,
vna est via, 18. de Seruit. rusti. præd. accessorium ita
sequitur principale, cap. accessoriū, de Regul. iut,
Quamobrem si vnuente possessore titulario, bene-
ficium eius alteri sit vnitum, & posteā is moriatur,
beneficium non dicitur vacare, neque tanquam va-
cans impetrari poterit per mortem vltimi possesso-
ris, vel alio modo, quia per vniōnem extinctum vi-
detur nomen beneficij. vt tractant interpietes ad c.
cūm accessissent, de Constitution. Gloff. ad Clem.
per literas, de Præb. Ludoui. Gomes ad regulam de
Triennali possessi. quæst. 8. Baptista de sancto Seue-
rino tractat. de Vnione, Ioan. Andreas ad Clem. I.
de Rescript. &c ad Clem. I. de Suppl. neglig. p. 1. et
Hincquæ deciditur quoque dubium de mandata-
rio expectate vacatione, vt non possit in viā man-
dati post mortem vel cessionem eius cuius in vita
beneficium vnitum est, ppterē beneficiū tanquam
vacans sibi conferri; etiam si in mandato posita sit
clausula, *anteferri*: nam cum mandata est fieri vno
beneficij possessi, dat ius in beneficio seu in re ei
Ecclesiæ cui vnio fit, quamuis effectus vniōnis sit
suspensus ad diem decessus, vel decessus possessoris
beneficij. Fit enim vniq, vt dictum est, antequam
vacet beneficium, d. c. & temporis, 16. qu. I. & cap. I.
Ne sede vacan. etiam si Papa nondum vniisset, sed
mandasset vniiri. Neque clausula, *anteferri*, potest
impedire Ecclesiam cui vnio facienda vel facta vi-
uente possessore, eo quod clausula illa, *anteferri*,
posita in gratiis beneficialibus, non extendit robur
suum nisi ad gratias sibi similes, non ad maiores.
arg. corum quæ tradūtur ad c. sedes, 15. de Rescript.
& cap.

& cap. qui ad agendum de Procura. in Sext. Gratia verò vniōnis, maior dissimilis est à gratia mandati. Cùm vnio perpetua sit, & in fauorem Ecclesiæ, vtilitatēmque plurium: Mandatum verò odiosum, & ambitiosum, temporale, & singularis personæ, & restringendum, c. quamvis, 4. de Præben. in Sext. In casu tamen quo Papa mandauit fieri vniōnem, si antequam facta fuerit mandaperit fieri prouisionem mandatario cum clausula, *anteferri*, mortuo possessore suspendetur pro eo tempore facienda cum effectu vnio, seu vniōnis effectus, & mandatario quandiu vixerit dabitur: Sicutu collatio quæ sit impetranti beneficium in titulum, etiam si hæ feruptionis Papalis, non impedit vniōnem respectu proprietatis beneficij, sed suspēdit pro eo tempore eius effectum, vt notat Rota decil. 19. *re a quod nō feruatio*, in Antiq. Et istis omnibus subscribit Gomez in tractatu mandatorum de Prouidendo, nu. 9. & 10. Quartò, efficit vnio, vt qui vnta possidet beneficia possit in alterutro residere, & liberetur ab alterius residentia, seruiendo ei per substitutum. ca. extirpandæ, §. qui verò, de Præb. d. c. & temporiis, 16. qu. i. perpendendo ibi verba, *quod sibi residerat, ubi commodius & utilius erit*. Quintò, quando Ecclesia vnitur alteri, quæ vnitur assumit naturam ciuij cui additur sua amissa. vt in c. recolentes, de Stat. monachor. Quòd si duo beneficia æqualiter sibi vniāntur, communicant sibi mutuò meliora priuilegia, quæ ideo conseruantur. Sicut & malus boni societate eius priuilegij fit particeps, c. non est culpandus, 32. quæst. i. l. i. in princip. de Rei vxor. actio. C. l. 2. circa finem, communia de Legat. At verò si

INSTYTUTIONES NOVAE

duæ Ecclesiæ ita iungantur , vt non fiat confusio:
yt duo Episcopatus duorum Archiepiscopatum;
remanent in suo iure Ecclesiæ singulæ , & unus Epis-
copus erit diuersorum Archiepiscopatum, secun-
dum Ecclesiæ sibi subiectas , cùm uterque Metro-
politanus retineat suum ius, cap. quia monasterium
de Religiosis dominibus. Siquidem unio nihil demit
ex iuribus Episcoporum , quæ in unitate habebant
ante unionem, cap. 2. de Relig. domib. etiam si con-
firmetur per summum Pontificem unio ab inferiore
vel legato facta, cap. fin. de Confirmat. utili. vel
inutili. Quia summus Pontifex, honorem suum non
reputat, ubi suum Episcopi amittunt. cap. ecce, 99.
distinc. neque ideo quod summus Pontifex suscipit
aliquem in suam protectionem, illum eximere cen-
setur à iurisdictione Episcopi proprij. cap. ex parte,
de Priviligijs. & ordo Ecclesiasticus confunditur,
quando sua cuique iurisdictione non seruatur, c. pe-
tuerit, ii. quest. i. sicuti nec recepti in confiaterni-
tatem seu societatem hospitaliorum vel templari-
orum militum , non eximuntur à iurisdictione
suum Episcoporum, cap. ex tuarum, & ca. penult.
de Priviliegijs. Sed hæc hactenus de secunda specie
extinctionis beneficiorum, de unione: de qua plura
videre poterunt qui egebunt, apud Petium de Pe-
riño, in tractatu ynonum, & Baptistam de Cassia-
lupis : nunc de tertia extinctionis specie , quando
beneficia destruuntur, dicamus.

De

De Tertia specie extinctionis beneficiorū
per distinctionem CAP. XXI.

- 1 *De extinctione beneficij per destructionem eius, & de mutatione noui operis, & de sententia excommunicationis timenda.*
- 2 *Extinctum & videtur beneficium, ademptis, dignitate, cultu diuina, & ministris.*
- 3 *Si conuertatur in proprios usus.*
- 4 *Si reliqua defint, ut fiat abusus.*
- 5 *Si ab infidelibus occupetur beneficium.*
- 6 *Si ordo vel regula beneficij tollatur.*
- 7 *Vel religio eius reprobetur.*

Xtinguntur rursus beneficia, quando
authoritate Pontificia seu Episcopali vel
alio modo aedes sacræ destruuntur vna
cum redditibus: quod accidere potest plu-
ribus modis. Primum, quando improbatur fun-
datio & subruitur eius ædificium in præiudicium
alterius Ecclesiarum vel prælati ædificatum: cumus mo-
di erit ædificatum post operis noui nunciationem,
sine iure siue iniuria, contra prohibitionem seu de-
nunciationem fuerit ædificatum, ca. 1. & 2. de Oper.
noui nunc. l. 2. & l. prætor ait, §. ait prætor, de Oper.
noui nunciat. P. Maximè, quando denunciatio facta
fuerit ex iussu iudicis, seu superioris prælati: quæ
sententia pastoris, siue iusta, siue iniusta, timenda
est, c. i. n. quæst. 3. ubi agitur de sententia-excom-
municationis, quæ semper à subdito timenda est
propter periculum animæ: nisi forsitan quis excom-
municaretur à iudice à quo appellauit, post inter-

INSTITIONES NOVAE

positam interpellationem, ob causam ob quam appellatum est vel nisi excommunicationis sententia contineret intolerabilem & irreparabilem errorem, c. personas, 40. de Sentent. excommun. aut si pro indebitis axactionibus quis excōmuniçaretur, c. ad quorundam. de Excessib. praelat. & in quibusdam aliis, in quibus sententia excommunicationis ipso Iure declaratur nulla.

- ‡ Secundò, extingueretur beneficium, si à loco vbi est, eius dignitas subtrahatur, veluti quando in ca. fin. 25. quæst. 2. ciues priuantur dignitate & sede Episcopali, quod duos Episcopos sibi datos necal sent: vel si propter delictum, clericorum statutum fuerit, ne in postērum talis Ecclesiae dicatur quisquam clericus: videtur nāmque tunc Ecclesia illa sua priuilegia & ipsi suum amittere, vt c. placuit, c. trahes, de Consecrat. distinc. i. c. & hoc diximus, 16. quæst. 7. aut si inhibitum sit amplius ibidem missas aut diuina officia peragere: cūm inutilis sit eius fundatio & mortua fiat, actus viuentis nullo modo exercens; non secus quām mors ciuitatibus accidit, quando inducit aratum, nec ibi societates hominum quæ ciuitatis viuere faciunt, excentur, l. si vſusfructus ciuitati, 21. Quemad, vſusfruct. amit. P. l. vſusfructus, §. fin. Quand. dies vſusfruct. legat. cedit.
- § Tertiò, extingueretur si summus Pontifex permetteret monasteriis Ecclesiis in proprium vsum conuertere, c. pastoralis, de Priuileg.
- ¶ Quartò, si propter defectum reliquiarū, vel abusum deficiatur templum, vel altare, veluti in c. placuit, de Consecrat. dist. i. c. & hoc diximus, 16. q. 7. ex Oręgenis homilia 15. in cap. 21. D. Matthæi.

Quintò

Quintò, non censetur esse beneficium , quod ab infidelibus occupatur, & vbi nullus fit cultus diuinus:quod vel ex eo liquet, quod qui tale habet beneficium ad aliud vocari posset , perinde ac si nullū haberet.ca. pastoralis , 7. quæst. i. Et proinde etiam Ecclesiæ Cathedralis occupatæ ab infidelibus capitulum , alibi translatum , non potest sibi eligere prælatum ; sed eius prouisio ad solum summū Pontificem pertinet,ca.sancta Romana, de Election. in Extraiag.commun.& tempore hostilitatis,Ecclesia sensetur sive pastore & defensore:ideò eodem pendente, contra eam in rebus eius quiescit nec continuatur vel sit præscriptio.c.ex transmissa,de Præscr. c.prima actione 2.in hinc 16.quæst.3. c.si sacerdotes, 10. §. fin.cadent 16. quæst.3:

Sextò, destruuntur beneficia , quando vniuersus 6 ordo regulæ extinguitur; vt quando templorum ordo per vniuersum orbē sublatus, qui anteā probatus.c.cùm & plantare,de Privilég. vbi & de abusibus quibusdam illorum tunc apparentibus.

Septimò , idipsum dicemus , quando nouæ religiones inuenta & reprobatae reliquitur:nam eorum bona & collegia dissoluuntur,vt in c. fin. de. Relig. domib.apud Gregor. c.i. eod. titulo in Sexto , vt & in l. 3.de Colleg. illicit. lib. 47.P. tit. 22. Neque fuissest , quod semel Deo dicatum non possit in usus profanos conuerti, c. quod semel, de Regul. iur. in Sext.ca.qui semel,9.quæst.3.ca.aperuit, 14. quæst.7. c.ad hæc,de Religios.domib. Clem.quia contingit, eod.tit.Nam hoc verum est,quandiu remanet dictatio vel consecratio : non etiam quando res deducitur ad non esse , & illud amittit quod prohibebat,

INSTITU^TIONES NOVÆ
& efficitur tanquam non Ecclesia , vel tāquam non
consecrata, euocatis sacris, vt in l. sacra loca, de Rer.
duni. P. & apud Luium lib. 5. & euocari posse da-
get Maciob, lib. 3. Saturnal c. 7. l. inter stipulantem,
§. sacram rem, de verbis oblig.

De Extinctorum per species beneficiorum
restitutione. CAP. XXII.

- 1 *Suppressum beneficium quomodo restituatur.*
- 2 *Vno diuisione restituitur, expresse vel tacite, & quo-
modo.*
- 3 *Dissolutio unionis, cause cognitionem exigit, & voca-
tionem eorum quorum interest, & eorum qui unire
possint.*
- 4 *Exstinctio beneficij destricti, quomodo restituatur.*
- 5 *De consecratione Ecclesiarum hereticorum.*
- 6 *Et de reconcillatione polluta Ecclesiæ per fusionem san-
guinis aut seminis.*

I  Racognitis causis & modis extinc-
tis beneficiorum , facile nunc erit ex
submotione causarum , & veluti ex anti-
thesi, restitutionem concire. Quamob-
rem dicemus , beneficium per suppressionem sub-
latum, restitui emersione , & redintegrato statu. vt
in c. cùm accessissent, & c. cùm Martinus , de Con-
stitut. facilius autem suppressum quàm extinctum
restituitur. Quia voluntate ipsorum quorum inter-
est suppressum , eorundem consensu contrario &
voluntate detegitur, & in pristinum statum reponi-
tur. Sic ut libertas suppiella per seruitatem , facili
per

per manumissionem detegitur , in l. manumissiones, de Iustit. & iure P. veluti, si diminutis fructibus fiat suppressio præbendæ, illis excrescentibus restituetur , vt cessante ratione & causa permissionis suppressionis, cesset permisso. argu. c. cum cessante, de Appellat. I. adigere, §. quamvis , de Iure patron. P. facit & proprius c. ex parte, 13. de Constitut. .

Ita in vnione , restitutio fiet per diuisione vnio-
nis, c. i. Ne sede vacante, c. sicut vnire, de Excessib.
prælat. Fitque illa diuisio exprefse, vel tacite : ex-
prefse, quando ita nominatim statuitur, vt diuidatur,
d. cap. sicut vnire, vel si reuocatur vnio, cap. si
gratiosè, de Rescrip. in Sext. Tacite, primò per con-
trarium actum reuocationem inducētem, vt si Epi-
scopus aut Abbas , Ecclesiam mensæ suæ vnitam
contulerit alicui in titulum, videtur à se separare &
dissoluere, in sui præiudicium, non autem successori-
oris. Clem. i. & ibi Barbatia. de Rescript. Rebuffus in
tractat. congruae pensionis , hum. i. c. Secundò , si
vnitum beneficium mortuo illo qui illud tenebat
separatum conferatur nomine contradicte, quem-
admodum olim quidam prælati faciebant , conse-
rentes beneficia monachorum mensis vnitæ, iepre-
hensi in Clem. i. de Excess. præl. Tertiò, dissoluuntur
vniones per obreptionē vel subiectionē obtente,
sub quacunque verborum forma , vel derogatione
imperata; vt beneficia ita vnitæ cum vacauerint
separatim conferri possint, ex Concilio Tridentino
sessio. 25. de Reformat. c. 9. Quartò, si per vniōnem
tollatur hospitalitas, vel fiat dissolutio religionis, Sc.
illa dissoluitur. c. i. Ne sed. vac. Quintò, si cesset cau-
sa vniōnis, cessabit vnio, arg. c. cū cessante, de App.

INSTITIONES NOVÆ

cap.suggestum, de Decim.veluti si vnione facta per paupertatem, vt in c.i. §. ad hæc, de Stat. monacho. superueniant diuitiæ, ca. cùm Martinus, de Constit. Si facta ob metum hostium, prædonum, ob aeris intemperiem, causæ illæ amplius non sint. Sextò, si vñio incipiat nocere Ecclesiis, tollitur, arg.ca.suggestum, de Decimis. ex qua etiam causa, reuocantur statuta facta in præiudicium Ecclesiarum.c.que in Ecclesiarum, & c.Ecclesia, de Constit. cap.fin.de Reb.Eccl.non alien.c.non minus,c.aduersa,de immunito.Eccl.c.fin. eod.tit. in Sex.Sepstimò, dissoluntur vñio, ad tempus facta, adueniente tempore: vel morte eius cuius causa indulta est, c.nouit,i.Ne sed. vacan. Octauò, in summa,causæ superuenientes contrariæ his que persuaserint vñionem, possunt persuadere solutionem: cùm res de facili ad suam naturam reuertatur, c.ab exordio, 35.distin.l.si vñus, §.pactus ne peteret, de Pact.P.

3 Cæterum in hac dissolutione, causæ cognitio quoque erit adhibēda, num fieri debeat, num causa præsupposita vera sit, & si sine scandalo Ecclesiæ fieri possit, c.i.Ne sed.vacā. vocatis his quorum interest veluti si agatur de dissolutione vñionis factæ à capitulo, vt canonici vocentur, c.exposuisti, de Præb. c.super eo, eod.titu.in Sext.l.de unoquoque, de Re iudica. Debet & fieri per cum qui habet autoritatem vniendi, quod fūsè explicat in legato summōve Pontifice Petrus de Perusio,in tracta.de Reuoc. vñio.c.4. Et sine dubio, summus quidem Pontifex potest vñiones dissoluere & reuocare, & Legatus à latere in prouincia sibi decreta; quod in ea possit quæ potest Episcopus ordinarius, c.i.de Offi.deleg.

in Sexto. Si tamen agatur de Reuocatione vniōnis facta per summum Pontificem , distinguetur num ea fuerit plena & extraordinaria potestate facta, & tunc non poterit dissolui à legato vel ordinario: cūm beneficium principis debeat perpetuū manere ea.debet,de Regul.iur.in Sext.l.iurisperitos, de Excusat.tuto.P. Quòd si Pontif.summ.ordinaria potestate vnuueit , potest ea vnio dissolui à legato de latere, & ab ordinario. Exceptis hospitalium vniōnibus:cūm circa hospitalia potestas legati sit restricta,videnda Glos.ad Clem. per literas, de Præben. quemadmodum nec potest legatus cognoscere seu (vt dicunt) se intromittere de dignitatibus, de quibus in cap. deliberatione,de Offic. legat. in Sexto. Si verò agatur de beneficiis vno exempto , vel ambo bus exemptis , & immediatè summo Pontifici subiectis , non poterit legatus aut Episcopus vnitā dissoluere sed tantū summus Pontifex,c. authoritate,de Priuileg.in Sexto. Potest nihilominus Episcopus ex causa,dissoluere vnitā per legatum : quia utraque potestas par, cap.i.de Offic. lega. in Sexto. Multò magis ex causa, Episcopus poterit reuocare per se factam vniōnem,c.sicut vniire,de Exces.prel. cum consensu aliquando capituli , vt Clem. si tua, de Reb.Eccles.non alien. Potest & capitulum sede vacante,dissoluere: verumtamen Episcopus postea electus posset illam solutionem reuocare : quia capitulum , & qui temporalem sede vacante habet potestatem,alienare non potest res Episcopatus,vt pluribus explicat prædictus P.de Perusio d.tractatu de Reuocat. vniōnis,c.4.& 15.& 16.& hæc de restituōione beneficij secunda, per vniōnis solutionem.

4 Teitūd autem restituuntur beneficia extinta tatione ædificij destructi, si ædificium reparetur vel restauretur, & si ob defectum reliquiarum id acciderit reliquiis vel sacris lipsanis appositis. Si ob necatum Episcopum, Episcopatus fuerit ademptus, poterit restitutis priuilegiis venia concessa reddi. Si ab hostibus fuerit occupatum beneficium hostibus expulsis poterit iure velut postliminij restitu in integrum. cap.pastoralis, 7. quæst.i.l.cùm loca, de Religio. & sump.fun. Poterit & generaliter ieiunisce beneſiciū vel restitui ſublata cauſa, que eum viuere impedit, vel que cultum diuum non permettebat exercere. Veluti, si paucetes Ecclesiarum denciantur, vel igne coſtagrauerint: aut conſactum omnino altare consecratum, tunc certè ædificium ſacrum interire dicemus. Et denuo ædificata Ecclesia eget noua conſecratione & reſtitutione. Non ita fi coriuerit tantum teclum Ecclesiæ vel aliqu pars ædificij, maiori parte, cum altari ſuſtinentibus illæſis, c. ligneis, &c. proposuisti, iuncta Gl.ad verb. reconſiliaris, de Conſecratione Ecclesiar. cap.de Fa brica, 25. de Conſecratio. diſtinct.i. Ex Cōcilio Triburensi aliquādo propter necessitatē permifſum, vt ſicubi à Normannis, Sclavis & Hungaris aut aliis malis Christianis, Ecclesiæ fuerint quoconque modo ſuccenſæ, & exiſte, poſſit in capellis cum tabula tamen conſecrata, Miffa celebraui, c.concedimus, de Conſecrat. diſtinct.i. Ecclesiæ nihilominus dedicatæ, non conſecratæ, immunitate Ecclesiastica vſuntur, c.Ecclesiæ, de Iure immunitatis. Potiſſimum dum tabula conſecrata inducitur. Nā ea per ſe conſecrata facit, vt vbiq; poſta fuerit, altare faciat

consecratum, quandiu ibi est. Eaque veluti Ecclesia portatili v̄sus Constantinus Magnus, vbi cunque esset locorum, secum iubens eam circumferri, & ad quam veluti tabernaculum, praeflo erant diaconi & sacerdos, qui sine intermissione mysteria, & mysteria diuina exequerentur, ut ait Sozomenes lib. I. Histor. Tripartitæ, ca. 9.

Solent & Ecclesiæ pollutæ per Arianos hereticos, de novo consecrari, si antè non fuerint per Catholicos consecratae; cù quòd per illos non fuerint in forma Ecclesiæ consecratae, contra si fuerint à Catholicis consecratae, & postea pollutæ ab Arianis, quo casu reconciliantur tantum, cap. Ecclesiæ Arianorum, 21. & ca. Arianorum Ecclesiæ, 22. & seq. 23. Agapitus, de Consecrat. distinct. 1. Ecclesiæ ab Arianis sacratae, vel dedicatæ, non Ecclesiæ, sed prostituta dicuntur ab Optato Mileuitano lib. 1. & in princip. 2. contra Donatistas. Transferunt autem Arianorum & aliorum hereticorum templa, ut paganorum, in cultum diuinum, inuenientis in illis sacris lypsanis vel reliquis Sæctorum, dicto c. Arianorum. Et ibi ex D. Gregorio lib. 3. dialogorum ca. 30. referunt miraculam, quod factū fuit in una dedicatione Ecclesiæ Arianorum. Nempe quòd quando, cum supplicatione publica, ad dedicandum Deo illum locum clerus cum populo venisset, & magnus esset concursus, senserunt inter pedes porcū grunientem discurrere huc illuc velut portæ exitum querentem, à nemine tamen visum; ut signum creditum fuerit, quòd ab illo loco immundus Spiritus exiret habitator & incola antè eius. Testatur autem se adfusse Gregorius. Missaque celebrata populum
cle

clerumque abiisse: & eadem nocte supra tectum Ecclesiæ magnum strepitum auditum, perinde ac si quis errando in illo discursisset: sequente vero nocte, longiorem sonitum auditum, subitoque postea tanto fragore insonuisse, ut à fundamentis tota Ecclesia credeatur conculsa, ultra tamen in posterum nullam antiqui hostis inquietudinem apparuisse, vel auditam fuisse.

Si Ecclesia etiam fuerit polluta fusione feminis, vel sanguinis ex malitia fusi, reconcilianda, non re-consecranda erit cum aspersione aquæ benedictæ per Episcopum non alium simplicem sacerdotem, mixto cinere & vino, c. proposuisti, & c. aqua, c. fin. de Consecrat. Eccles. vel alta.ca. de fabrica, 25. de Consecrat. distincte.i. Id ipsum si polluatur per se-pulturam excommunicati.ca. consuluisti; eod. titul. Mirandum autem non est, quod tanta vis sit aquæ lustralis, vel benedictæ, vt expiare & purificare pos- sit polluta & confusata: id enim elemetaris aquæ natura & vis non efficit, sed virtus Dei impressa per sacras orationes. Aqua naturalis lauat spurcias corporales; virtus vero diuina purificat spirituales supra naturalem aquæ operationem, datque secun-dum benedictionem, naturam aliam. Ut de aqua Zelotipia dicitur Numerorum ca. 5. cui miscebatur terra de paumento tabernaculi. Deditque benedi-cio facta aquis à Deo potestatem generandi pisces & alia, Genes.i. versic. 21. & 22. ita aqua lauaci con-securati Christo Christiani, D. Paulus ad Ephes. 5. & regenerantur, Divi Ioannis ca. 3. nos multa de aquæ in purgationibus, vel expiationibus vi, dixi-mus lib. 31. Sæntagmat.ca. 8. & lib. 16. ca. 5.

De Erectione beneficij quæ fit per transformationem CAP. XXIII,

Transformationum beneficiorum species.

Ræter nouam creationem & restitu-
tionem, beneficij erecti alia inuenitur,
quæ mutatione formæ primæ in aliam,
fit; veluti, si ex Abbatio fiat Episcopatus:
ex Episcopatu, Archiepiscopatus; ut in c. Saluator,
de Pæben. in Extrauag. communib, si ex parochia,
monasterium; ut in c. si Episcopus, iij. quaest. 2. ex ca-
pella, Collagiata Ecclesia, Glos. in c. nobis, ad verb.
in capella, de Iure patron. ex beneficio regulari se-
culare: vel contrà, ex seculari regulare: in c. cum de
beneficio, s. de Præben. in Sexto. ex non curatis, cu-
rata seu curam animarum habentia. ca. dudum, de
Elect. Sic de similibus, in quibus mutatur quodam-
modo natura cum per eam mutationem suscipiant
diuersitatem in gubernatione & prouisione, c. si eo
tempore, de Rescript, in Sex. cum in illis, de Præb.
in Sexto. Quemadmodum & dum regulare vnius
ordinis beneficij in alterius ordinis regulam, fit
translatio, nam laxior vel strictior regula, & diuersi
habitus, alterant quodammodo ius beneficij, ut in
c. vnic. de Religios. domib. in Sexto. ca. sanè, de Re-
gularib. Idipsum, si ex non patronata, fiat patronata
Ecclesia, ex non exempta, exempta, vel contrà. Vide
quæ de forma & eius distinctione & regulis, dixi-
mus lib. i. Syntagmat. iur. vniuersi, ca. ii.

De

INSTITUTIONES NOVAE
De Vacatione beneficiorum, sub qua continentur modi amittendi etiam beneficia:
& de vacatione in curia Romana, &
extra, CAP. XXIII.

- 1 *Beneficium vacans quando dicatur.*
- 2 *Vacatio que ficta, & que vera.*
- 3 *Vacatio in curia Romana per reservationem clausam
in corpore iuris.*
- 4 *Et per alias reservationes summi Pontificis.*
- 5 *Quae beneficia in specie vacare dicuntur apud sedem,
& tanquam referuata à solo sum. Pontifice conseni-
possunt: quid si reservatione sit pensionis?*
- 6 *Si vacet per depositionem prælati*
- 7 *Si electores elegant scienter indignum.*
- 8 *Si beneficium sit datum in commendam.*
- 9 *Si vacet per adoptionem aliorum beneficiorum.*
- 10 *Aut per promotionem ad Episcopatum.*
- 11 *Aut fuerit resignatum in curia.*
- 12 *Aut resignatum ibidem ex causa permutationis*
- 13 *Aut si essent beneficia in curia litigiosa cum distin-
ctione.*
- 14 *Arc si vident per priuationem in ea curia.*
- 15 *Si collatio reservata non fortuitatur effectum.*
- 16 *Si maiores dignitates sint post Pontificalem, vel aliae
referuata specialiter sint beneficia, exceptus quibus-
dam nationibus.*
- 17 *Quando dicatur beneficium reservatum generali-
ser.*
- 18 *Reservations Pape, quando expirent.*
- 19 *Beneficia que vacare dicuntur in curia per reser-
vationem specialem vel generalem, & quid sit re-
servatio.*

- 20 De reservationibus ex Concordatis Germania, & de alternatiuis collationibui cum ordinario.
- 21 De tempore quo coepit reseruationes; deque diuersitate illarum generalium & specialium, & ad que beneficia pertineant.
- 22 De mentalibus reservationibus & Papa potestate in beneficiis.
- 23 Reservationum causa.
- 24 Legatus de latere facit reservationes, & ibi de quatuor modis conferendi vacatura beneficia.
- 25 Reservationum effectus.
- 26 De affectione beneficij & quando extinguitur affectio & reseruationis.
- 27 Concilium Tridentinum quas sustulit reservationes.
- 28 Vacantia beneficia, sede Episcopalis vacante, vacant in curia Romana.
- 29 Expirant reservationes prouisione, etiam non adepta possessione.
- 30 Beneficia que dicantur vacare extra curiam.



Xplicationem erectionis beneficiorū se-
quitur consideratio vacationis & vaca-
tionem collatio. Beneficium vacans dici-
tur, quod à nemine possidetur seu occu-
patur, ut notatur ex Rubr. de Concessio. præbendæ
vel Ecclesiæ non vacantis, iuncto c.2. eius tituli vbi
prohibetur ex Concilio Lateranensi, ne conferan-
tur beneficia antequam vacent. Próbát & Glos. ad
c.unicum, ad verb. *vacantium*, Ne sede vacante. in
Extrauag. cōmunib. ut hæreditas vacans, quæ iacet
à nullo adita. l.2. de Crimin. expila. hæred. lib. 47. P.
tit. 19. l. hæreditariæ, de Fur. P. & bona vacántia, quæ
à ne

INSTITIONES NOVÆ

à nemine saltem iure, possidentur titulo de Bonis
vacantib.lib.10.C.tit.10. vacans mulier, quæ nupta
non est, & à nemine iure possessa, l. qui cœtu, ss.
qui vacantem, ad Leg.lul.de Vi publ. P. Vacantia
beneficia dicentur, & quæ de novo creata sunt, à
nullo possessa antea, quibus nondum prouisum est
de præposito, Clem. fin.de Rescript. & ea quoque
quæ post collationem destituta sunt pastore, qua
priuatio præsupponit habitum.c.ad dissoluendum,
de Desponsa. impub.l. Julianus, de Diuort. P.l.de-
cem, de Verb. oblig.P.

2. Beneficij vacatio triplex, aut ficta, aut non vera,
aut vera:ficta, quando ad effectum tantum certum,
non absoluētè quis exurat beneficium:veluti ob casu
sam permutationis, quia non videtur vele vacare,
nec idē potest alteri quām cōpermutanti conferri,
c.vni.de Rer.permut.in Sext. quando etiam renun-
ciatio non admittitur à superiore, non cēsetur vere
vacare beneficium, vt conferri alij possit,ca.admo-
net, de Renuncia.ca.si qui verò,23.& c.si quis pres-
byter,24.7. quæst.i. ex Concilio Niceno, cap.16.&
Antiocheno,c.3. Non vera etiam vacatio beneficij
dicitur, quæ solo facto, non iure inducitur, de qua
agamus Deo fauente, mox. Vera vacatio contraria
erit, quando potest beneficium conferri veluti de-
stitutum præposito, de quo etiam posseā.

3. Rufum beneficia vacantia dicuntur vel vacare
in curia Romana, vel extra curiam:quidam addunt
& apud sedem Romanā.Gomes ad Regulam Can-
cellariæ, de Trienali possessor.Vacatio apud sedem
Romanam, dupliciter intelligitur; primo modo
propriæ:& tunc dicitur illa quæ est in corpore iuc-
clausa

clausa, iuxta cap. 2. de Præb. in Sext. Ea enim, quæ dum vacant sedis collationi reseruata sunt, ab alio conferri non possunt quam à summo Pontifice, d.c. & cuius generis dicuntur quæ vacant per mortem anciorum, vel legatorum, cunctum Romanum, vel redeuntium, si in Curia loco moriantur, vel in vicinis locis: item beneficia curialium si in loco Curiae, vel in vicinis locis moriantur, ad quæ profecti fuerint infirmitatis, peregrinationis, recreationis, aut alia ex causa: & si profecti cum intentione redundi ad Curiam, Loca verò vicina dicuntur intra duas dietas, remota, ultrà. Item & beneficia eorum, qui, dum Curia de loco in locum se transfert, moriuntur in itinere, vel si ægroti relitti in loco ubi Curia residebat mortui sunt. Si que omnia hæc beneficia apud sedem vacare dicuntur, etiam si ipsa sedes vacet. ut probatur in c. præsenti, 34. de Præb. in Sext. Censentur quoque vacare apud sedem Ro. beneficia Cardinaliū, & officiariorū summi Pontificis, dum moriuntur; ita vacabunt apud sedem beneficia possessa per moriētes, Vicecancellariatus, camerarij, auditorum causarum, & literarum contradictarum, & aliorum Curie officialium, c. ad regimen, de Præb. in Extraung. communib. Vide Gomez. ad regulam Cancella. de Impetration. benefic. vacantis per obitum, quartio, 15. Excipiebantur aliquid Ecclesiæ parochiales, quæ dum vacabant, sede Romana vacante, vel antequam sedes Romana vacaret, si prospectum de collatione illarum non esset, poterat ab ordinatiis conferri, non expectato novo Pôtifice, c. statutum, 3. de Præb. in Sex. propter periculū immunitis animarū ob diutinā vacationem.

O

INSTITIONES NOVAE

Quemadmodum & postquam beneficia vacassent
in Curia, si non fuissent collata à summo Pófis. ultra
mensem, poterant conferri ab ordinario libertè, c.3.
de Præben. in Sext. quod tamen fuit postea prohibi-
tum in ca.t.de præb. in Extrauag.communitb. vbi
non permittitur ordinarius per quantumcūque va-
cauerint Ecclesiæ in Curia, conferre.

- 4 Secundò, vacare intelliguntur beneficia apud sedem, quæcunque vacant in Curia extra reserua-
tionem prædictam conclusam in corpore iuris com-
munis, per alias reseruationes summi Pontificis, vt
notat Glos.ad dict.ca.statutum, 3.de præb.in Sexto,
Ita proprio loquendo, omnis vacatio apud sedem,
potest dici vacatio in Curia: sed non contrà, omnis
vacatio in curia, non potest dici vacatio apud sedem.
Quia licet reseruata per Extrauagantem, ad regi-
men, cōtingat alibi quā apud sedem vacare: tamen
in Curia vacare videntur, non tamen apud sedem
quia illa non est ex vacationibus reseruationum
conclusarum sub corpore iuris. Sicque Rotam de-
finisse mēse Nouembris 1533. refert Gomes, in com-
ment.ad regulā Cancellariæ, de Trien. posscl. qu.31.
Disputant interpres latius quæ beneficia dicantur
vacare in Curia, quæ apud sedem: nos diutius
non immorabimur, & quod pertinet ad præsentem
quæstionem vacationis, dicemus vacare in Curia
vel apud sedem ea beneficia, quæ solius summi
Pontificis reseruata sunt collationi: qualia sunt præ-
dicta, & quæ vel expressè vel tacitè césentur reser-
uata, maximè autem expressè reseruata: quia reser-
uatio habet vim nouæ prouisionis, propter clausulā
ex nunc prout ex tunc prouidimus, vt notat Gomes

ad regulam de Impetiatione beneficij viuentis, q. 4.
 Notandum tamen quod scribit Panoim.ad c. cum
 venerabilis , num. 2. de Prab. beneficia per deuolu-
 tionem apud sedem vacantia , posse legatum Papæ
 conferte , non autem vacantia in curia : quia que-
 iure deuoluto ex negligentia inferiorum collato-
 rum per Concilium Latebranense , deuoluuntur ad
 collationem summi Pontificis , conferuntur a sum.
 Pontifice, non tanquam reseruata , sed tanquam ab
 ordinario , vt notat Aeneas de Fulconib. quest. 2.
 principal. num. 12. sic legatus deuoluta potest con-
 ferre, in dic. c. cum veñerabilis, de Prab. non autem
 reseruata, Aegidius decis. 106.

Admonebimus porro nunc in quibusdam casis
 beneficii dici vacante apud sedem seu in Curia,
 primum si Papa propter bonum pacis , & concordiae
 in resignatione beneficij de consensu duorum ,
 aliorum constituit pensionem. Dicunt enim beneficium
 sic pensione grauiatum ita affici, vt adueniente
 vacatione nullus praeter Papam de eo disponere
 possit , & censeatur reseruatum, si credamus Guillelmo de Monteserrato in commentarius ad Prag-
 maticam sanction. fol. 51. dubitat tamen de hac reso-
 lutione , et si singularis videatii , Gomes ad Rubric.
 de Trienna. possit. que. 31.

Secundò, quando Ecclesiastica dignitas , vt Epi- 6
 scopalis , vacat per depositionem priuati , censemur
 vacare in Curia.c. ad regimē, de Prab. in Extr. com:
 c. post translationem, de Renun. c. nisi cum pridem,
 eod. tit. c. inter corporalia, de Translation. Episcop.

Tertio , si electores eligant ad Episcopatum
 scienter iudicū, vel non obseruata forma Concilij,

INSTITIONES NOVÆ

c. quia propter. de Elect. potestas eligendi non de-
uoluitur ad proximum superiorem, vt in aliorum
beneficiorum electionibus, sed ad summum Ponti-
ficem, qui solus cōferet, per c. quāquam, 18. de Elect.

8 Quartò, quando summus pontifex dedit pontifex-
ium in commendam, licet antè vacauerit extra
Curiam, per talē tamen commendam manet re-
seruatum, vt vacatione cōmendæ adueniēt, nullus
inferior possit postea de eo disponere. teste Feder. de
Senis, in tract. Permutat. q. 15. Romanus consil. 150.
Archid. & alij, ad ca. 15. cui procuratio, 42. de Elect.
in Sexto, per illum textum, vbi & Glos. ad verbum,
confirmatus, ait. Nota quod eo ipso quod Papa dat
adминистраторем vel visitatorem Ecclesiae Cath-
edrali, si postea canonici elegant etiam ignoranter
Episcopum, non tenet electio, quasi Papa dando vi-
sitatorem, ad se prouisione reuocauerit: & sic dixisse
Compostellatum ad cap. cum nobis olim, in fine de
Elect. fuisse pronunciatum in Curia, sed non penè
iure probari. hæc Glos. ibi ad quem Ioan. Andreas
postea addit, quod predictus Compostellanus alle-
gat, c. vt nostrum, de App. c. quia cunctis, de Cœcis
præb. l. qui absenti, de Acquir. pos. P. & sic iure pro-
bari. In Gallia tamen beneficia commēdata vacant,
per mortem commendatarij, & sic etiam impetrantur,
vt refert Rebuff. tract. de Pacif. posses. num. 44.
Nauarrus etiam in Anchiridio seu Manuali confes-
sorum, ca. 25. num. 126. tradit vacante beneficio per
mortem commendatarij, censeri beneficium vacare
eo modo quo vacabat tempore quo fuit ei cōmen-
ditum: quod, inquit, stilus Romanæ Curæ hodiè
seruat palam. Paris de puto decisi. 158; nec refert an
quis

quis moriatur in Curia. Moheda decis. 99. Rebus in Praxi Benef. titu. de Reseruat. nu. 31. Sicque si beneficia erunt affecta & reseruata summo Pontifici, & fuerint commendata, post mortem commendatarij, remanent affecta, quod accuratè disputat Jacob. Simoneta tractat. de Reseruat. benefic. q. 59. quia & cardinales, & commendatarij debent tenere Ecclesiæ commendata in priori statu, non diminuto cultu solito. Patr. ad c. querelâ, de Elect. & ad c. de Monachis, de Picb.

Quintd, beneficia possessa, quæ Papa statuit vacare per adoptionem aliotum beneficiorum secundorum, cententur reseruata collationi sum. Pontificis: & dicuntur vacane in Curia. Rota decis. 63. de Reformat. in Antiq. sicque seruatur. Est & regula Cancellariæ 64. quæ de illa reservatione & vacante disponit. videndus Rebuffus in praxi beneficior. de Reseruatio. num. 40. Mandosa in quintam regulam Cancellariæ, proinde Rota decis. 14. de Res. permitt. in Antiq. ait, beneficia huiusmodi reseruata & vacantia per adoptionem secundi, interim non posse permutari, id ipsum in dicta decis. 65. & semper hoc promulgata fuit Extrauagans Bonifacij. ad regimen, in fine, de Præben. in Extrauag. commun. quæ & per alios Pontifices innouatur, utpote quæ sublata & expitasset per eius obitum, quod suo tempore tantum valere voluerit. Cassador. decis. 3. in fine, de Constituit. Rota etiam decis. 250. incip. nota quod ubi Papa in Antiq. ait, Quod ubi Papa gratiam facit habenti beneficium, obtineendi beneficium in futurū, ea lege ut per assecutionem secundi dimittat, primum, assecuto secundo vacat primum apud sedem ne possit etiam permutari à possessore.

INSTITUTIONES NOVÆ

io Sextò, hodiè beneficia eorum qui promouentur ad Episcopatum, sunt sedi Apostolicæ reseruata, & in Curia vacant, per dictam Extraua.ad regimen. Rota in decis. i. de Rer. permutatio. in Novis. Sicque emendatum ius antiquum, c. cùm in cunctis, §. cùm verò de Elect. vbi ordinarij poterant conferre beneficia vacantia per promotionem ad Episcopatum, vide Mandosam ad primam regulam Canceller. quest. 13. & 14. vbi & vacare putat post consecrationem, etiam ante adeptam possessionem: secundum autem Cassiodorum decis. 2. non nisi post adeptam possessionem: cuius sententia veroi putatur. Explicat & fuscè Glo ad Clementinam i. ad verb. *alioz*; Ut lite pendent. & Panormit, quoque concil. ioi. num. 3. volum. 2. post confirmationem & possessionem putat tantum.

ii Septimò, resignata omnia beneficia in Curia, sunt sumi. Pontif. reseruata, & dicuntur vacare in cuius Romana, per ca. 2. de Præb. in Sex. quamvis procuratio ad resignandum alibi facta fuerit. Glos. Arch. & Ioannes Andreas ad Clem. i. ad verbum, *et lato*, Ut lite pendent nihil innouet. & ibi Panor. num. 6. addit ratione, Quia ibi renuncians censeatur mori. Vide Rotam decis. 33. in Antiq. de Præben. ibi, *nota quod vbi beneficium*, &c. Simonetam tractatu de Reseruat. q. 28. Hodie tamen beneficia resignata in Curia per eum qui non superuixit per viginti dies, iuxta regulam Cancellarię non vacant in Curia, sed extra, & conferuntur per Ordinarios ut vacantia per obitum, quamvis olim diuersum seruaretur. Simoneta tractatu Reseruationum, quæstione 28. in fine.

Octauo

Octauò , beneficia etiam fesignata in Curia ex ¹² causa permutationis, in Curia vacant, licet permutatio non fuerit fortita effectum, Rota decisi. i. & fi. de Rer. permutat. in Antiq. licet decisio 4. eiusdem tituli videatur contrarium asserere: & verior prima, iuxta Felinum ad c. cùm venerabilis, 3. col. ad finem de Except. Simoneta in d. quæst. 18.:

Nonò , si duo vel plures de beneficio litigant in ¹³ Curia Romana, & qui possidet moriatur ibi, aliis vel alijs extra , vacabit in Curia & solius erit collationis Pontificis maximi. Contrà si is qui possidet moriatur extra Curiam, aliis in Curia, & ibi ordinarius conferet vt vacans extra Curiam, quod si superstes adhuc unus ex collitigantibus sit , determinatur his, & ex euëtu iudicij num mortuus in Curia ius habet; vt conferatur à summo Pontifice, non aliter. Clem. i. Vt lite non contestat nihil innoue. Non vacabit tamen in Curia Romana beneficium quod ad confirmationem sum. Pontificis pertinet: nam confirmatio non facit ea vacare , sed adeptio possessionis, etiamsi de confirmatione litigantes in Curia Romana morerentur ; durat enim prima vacatio usque ad confirmationem factam. cap. quam periculosum, & c. quam sit, de Elect. Deci. ad c. i. de Confir. vtil. vel mutil. & consil. 149. & ita concludit glo. ad d. Clem. i. ad verbū, *collatio*, Vt lite penden.

Decimò , beneficium dicitur vacare in Curia ¹⁴ Romana, si quis eo fuerit in Curia priuatus, vt nemo alijs quam Pontifex max. illud conferre possit. Simoneta tractat. Reseruat. cap. 29. citat Barthol. & Bald. ad l. si quis sub conditione , de Testam. tutel. Dicitur & ibidem beneficium dici vacare in eo,

INSTI TUTIONES NOVÆ

loco in quo eo priuatus quis fuit per sententiā, non
in loco iiii quo beneficium situm reperitur, Rota
decis. 56. incip. *Nota quod ubi*, de Præbenti. in Antiq.
firmat Gainbara tracta. de Lega. nu. 114. 115. Constat
& per Extrauagantem, ad regimen, de Præbend. in
Extr. com. quam omnes Pontifices in initio Ponti-
ficatus innouant, beneficia vacantia per depositio-
nem vel priuationem specialiter referuantem. Ve-
ruuntamē Aeneas de Fulcomb. tractatu de Resigna-
tione, iii 3: qu. principali, nū. 12. hoc intelligit de pri-
uatione iuris: coritrā in priuatione hominis, nā tunc
ait collationem beneficij ad ordinarium pertinere.

15 Vndeциmō, si beneficium, quod vacat in Curia
Romana, alicui confertur per sedem Apostolicam,
iisque mortuus fucit antequam acceptauerit illud,
iterum dicitur in Curia vacare, cùm collatio non
censeatur effectum sortita, nisi per acceptationem.
c. si tibi absenti, de Præb. iii Sext. Geminian. ad ca. 2.
de Præb. in Sext. Oldrad. consil. 57. incip. *referuanit*,
Jacob. Simoneta quest. 31. vbi enim, qui iure proprio
providet, si prouisio non habeat effectum, iterum
potest prouidere, c. si electio, 26. &c. si comprōmis-
sarius, 37. de Elect. in Sext. Beneficiū enim affectum,
vt dicitur, seu reseruatum, semper durat affectum,
etiamsi non duret causa, propter quam affectum
fuit: & postquam in manus Papæ peruerterit, non
redit ad inferiores, donec de ipso Papa disposituerit.
vt scribit Bernardus de Bisigneto, in regula 20. inci.
Papa referuanit. in antiquioribus decis. Rotæ. arg. l. si
cognatis, de Reb. dub. P. & l. 2. de Noxalib. action.
Ideo, inquit, si qua officialiū vel familiarium Papæ
beneficia sint reseruata, & desinant esse officiales
vel

vel familiaries, nihilominus beneficia eorum reseruata censentur, etiam ea quæ ante officium vel familiaritatem, vel tempore eorum habuerunt, donec de his Papa disponuerit.

Duodecimò, in regula Cancellarie 3. & in Ex-¹⁶
trauagant. Iōannis 22. Execrabilis, de Præbend. re-
seruat sum. Pontifex sive collationi & dispositioni
omnes dignitates maiores post Pōtificalem in Me-
tropolitanis & Cathedralibus Ecclesiis. Meminit
& Iacob. Simoneta tract. Reseruationum, quest. 99.
constitutionis Pij Papæ V. sub data Romæ apud san-
ctum Petrum anno 1566. 6. Kal. Februarij. per quam
omnia beneficia vacatura per crimen hæreses sibi
reseruauit, quo loci tamen ait, illam, aut similes re-
seruationes, quæ non sunt in corpore iuris clausæ,
non impedit in Germania collationes ordinario-
rum: quod & dicendum in Gallia, in qua reserua-
tiones generales vel speciales sublatæ sunt, nec impe-
diunt ordinarios collatores, §. i. de Reseruationib.
tam generalibus quam specialibus sublatis, in Con-
cordat. exceptis tribus casibus, in quibus Rebuffus
ad d. §. i. ait admitti reseruationes: prius, quando
vacatio inducit in Curia Romana iuxta reserua-
tionem clausam in c. 2. de Præb. in Sext. Secundus,
si agatur de beneficio officialiū Curie Apostolicæ,
per Extr. ad regimen, de Præb. in Extr. comm. nisi in
iure regaliæ vacent, vt ait Rebuffus conclusum in
Senatu Parisiensi 3. Iulij, 1338. Tertius casus est, in
beneficiis maioribus & dignitatibus cōclusis reser-
uationibus in corpore iuris. de quib. in Cle. vni. de
Rer. perm. Enumerat illas Probus in Additionibus
ad Iōan. Monachū, ad c. præsenti, de Off. ord. in Sex.

I N S T I T U T I O N E S N O V A

- 17 Dicitur autem generaliter beneficiū reseruatum collationi summi Pontificis , vbiunque Papa sp-
posuerit manum, c.vt nostrum, 56.de Appellation. Roma.consil.335.incip. *Circa primum, &c.* . veluti si facta collatio per sum.Pontificem vel legatum eius non tenet,vel propter subrepusionem literarum,vel propter indignitatem personæ , aut super nullitate prouisionis Pontificalis,requiratur cognitio cause: tunc enim dicitur ita beneficium Papæ affectum, vt ab alio non possit confeiri. Panor.& alij in c. in-
ter dilectos,de Excessib.praelat.
- 18 Reseruationes tamen Papæ expirant per colla-
tionem ab eo factam,Rota decis.9.& 11.de Præben.
in Nouis.& 24.eo.tit.in Antiq. Gomes ad regulam
de Triennali possess.quest.5. & 30.& sic tenet Old,
consil.57.& Decius 20.tit.de Præben. & licet bene-
ficiū sit ex reseruatis, ex cap.2.de Præb.in Sexto.
nihilominus eo ipso quid Papa disponuerit de ipso
beneficio , censemur per illam collationem cessare
reseruatio , vt possit deinceps ordinarius de ipso
prouidere , vt & de litigioso cessante lite, in cap.1.
Ut lite pendente. in Sext. Clem.1. eod.tit. Etiam si
collatio sum. Pontificis , ex sua causa sit inutilis,
vt declarat Romanus consil.335. eamque esse com-
munem sententiam tradit Gomes, in d.quest.30.in
Regulam Cancell.de Triennali possess.dummodò,
inquit , summi Pontif. literæ de collatione sint ex-
peditæ,non autem si simplicem concesserit suppli-
cationem , per quam non extinguitur reseruatio.
iuxta Felinum ex mente Rotæ,ad Rubric.de Con-
stitutio. Quemadmodum nec extingueretur reser-
uatio omnino , si ex noua collatione iterum fieret
refusa

reseruatio velati si sum. Pontifex vacas beneficium reseruatum, conferat familiari vel officiario , vel si det in commendam, ut ibidem docetur. Aut si prouulsa per Papam ante acceptione in collationis moniatur, nam &c eo casu adhuc residet sub reseruacione beneficium: Oldrad. consil. 57. si tamen acceptasset, quamvis moretur ante adeptam possessionem, expuaret, sic intelligenda decis. Rotæ 882. incip. nota quod ubi g. ann. &c. in Antiq. & decr. 283. nota quod ubi Pap'. in antiq.

Decimoteruò, expressè summi Pontifices, vel in ¹⁹ specie, vel in genere aliquando reseruant suæ collationi beneficia , que ab aliis non conferuntur. Est enim reseruatio collationis vel electionis Ecclesiastici beneficij , per potestatem habentem ab ordinariis ad se facta euocatio ; ut tradit Aeneas de Iulconib. in quest. i. principali , nam. i. facit decis. Rotæ 28.30. & 32. de Præb. in Antiq. Lapus allegatione 84. Complectitur enim electionem ut collationem, vt in ca. si eo tempore , de Elect. in Sexto. Rebuff. in praxi, titulo de Reservat. num. 32. & seq. Referam exēpla ex Bullario collecto per Laertium Cherubinum , ut Pius V. ibi , constitutione ordine 164. incipiente , *Sanctissim. s in Christo, 24. Ianuarij 1565 statuit , & reseruavit sibi à tempore illo usque in quinquennium , omnia conferenda beneficia & singula Ecclesiastica, cù cura & sine cura, regularia cuiusque ordinis & secularia, vbi libet vacatura , in singulis mensibus Ianuarij, Februarij, Aprilis, Maij, Iulij, Augusti, Octobris, & Nouembri, alias quam per resignationem extra Romanam Curiam; ad collationem cuiuscunque, prouisionem , præsentationem,*

tionem, electionem, seu quamvis aliam dispositionem, pertinentia. Permisit tamen Episcopis residentibus in sede duntaxat; & quandiu residerent in sua diœcesi, ut possint de quibusuis dignitatibus, personatibus, officiis, administrationibus, canoniciis & præbendis, ac aliis beneficis cum cura ac sine cura, secularibus ac quorumvis ordinum regularibus, ad eorum collationem, prouisionem, presentationem, electionem, seu quamvis aliam dispositionem (non tamen simplicem institutionem) pertinentibus, que antea in singulis mensibus Ianuarij, Martij, Maij, Iulij, Septembri, & Nouembri vacare contigerit: dummodo aliis dispositioni Apostolicæ referuata generaliter, vel ex generali referuatione sedi Apostolicæ affecta non essent liberè disponendi facultatem, Voluit tamen, quod Archiepiscopi, Episcopi, & Patriarchæ, de collatione, & prouisione seu alia dispositione beneficiorum, in reliquis mensibus, scilicet Ianuarij, Martij, Maij, Iulij, Septembri, & Nouembri, pro tempore vacantium, que ex tunc prout ex ea die, & è contraria referuauit (ut præfertur) sue dispositioni, se intromittere non possint, &c. Menses referuati in Germania collationi beneficiorum sedi Apostolicæ Ianuarius, Martius Maius, Iulus, September, Nouember. Menses ordinariorum, Februarius, Aprilis, Iunius, Augustus, October. December Sicque confitimus summus Pontifex, in primo, posteò ordinarius, Episcopus aut capitulum in secundo: summus Pontifex tertio; ordinarius, in quarto, & sic alternatiue, exceptis aliis referuationibus, si que sunt. Similis constitutio referuationis & alternatiue in mensibus

sex collationis beneficiorum vacaturorum, extar eiusdem Pij V. ordine Bullarij prædicti 165. incip. *Sanctissimus in Christo Pater.* & Gregorij 13. incip. *Sanctissimus,* ordine 6. & alia Sixti V. in fine Bullarij atque Gregorius 13. constitutio. 68. incip. *In Ecclesias,* anno. 1580. 18. Noubris annullat dispositiones seu collationes beneficiorum etiam per obreptionem à sede Apostolica vel ab aliis, quounque modo factas, personis prohibitis propter genus, propter haeresin, & apostasiam à fide; & declarat omnia beneficia eisdem quomodocunque collata, ad nouam summi Pontificis dispositionem pertinere. Similem edidit constitutionem Pius V. ordine 29. incip. *cum ex Apostolatus.* Sixtus rursus V. in ordinationibus & constitutionibus Cancellariæ Apostolicæ, cōstitutio. 17. incip. *Sanctissimus,* inter cætera beneficia sibi referuatis referuata, iuxta constitutionem Benedicti 12. *Ad regimen,* de Præben, & per constitutionē Ioannis 22. *Execrabilis,* & omnes Ecclesiæ Patriarchales, Archiepiscopales, Episcopales, Monasteria virorum, item dignitates, beneficia omnia: ad collationem, præsentationem, electionem, quamcumque aliam dispositionem Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum, Abbatum, & aliarum Ecclesiæ, sede vacante collatoris, donec prouideatur eis de successore: item dignitates suorum Cardinalium & familiarium, & eorundem beneficia vacantia: beneficia etiam collectorum & subcollectorum fructuū sedi Apostolicæ debitorum, Curialium, dum Curia transferatur, cubiculariorum, cursorum titulorum Cardinalium, & referuata per prædecessores.

Inue

20 · Inuenitur & reseruationis species in Concordatis initis à Nicolao 3.sum. Pontifice per Ioannem sancti Archangeli diaconum Cardinalem, in partibus Germaniae sedis Apostolicæ tunc legatum de latere , ex vna parte ; & Fredericum Imperatorem, & alios principes Germaniae seculares & Ecclesiasticos , ex alia:quæ approbata fuerunt per eundem Nicolaum quintum, anno Domini 1447. 14. Kalendas Aprilis, Pontificatus sui anno 2, ut liquet lex eius constitutione incipiente , *ad sacram Partem fidem*, & in Bullario Cherubini, inter Nicolai V. constitutions ordine 1. Fuit autem in his Concordatis , vt ibidem probatur , statutū super modificatione & prouisione Ecclesiarum , & Ecclesiasticorum beneficiorum quorumcunque , iuris scripti reseruatione , & constitutionum, *excerabilis*, & *ad regimen*: atque reductæ tantum reseruationes ad præscriptas iuriis cōmuni peculiares retentiones. Permittitur etiam inisdem Concordatis, in Metropolitani, Cathedralibus atque immediate non subiectis Ecclesiis, monasteriis, sedem Apostolicam immediate recognoscētibus , canonica electio infra tempus constitutionis Nicolai 3. incipientis, *cupientes facienda*. Alioquin ut ad dictam sedem deuoluta beneficia censeantur; confirmatione tamen prædictæ electionis petenda à Papa, tali clausula addita. *Nisi ex rationabili & evidenti causa ac de dilectorum fratrum nostrorum Cardinalium consilio , de digniori & utiliori persona duxerimus prouidendum.* Reseruat etiam ibidem sibi Papa monasteriorum monialium dispositionem & tunc per commissionem ad partes. Cætera vero beneficia & dignitates , vult yt illi conferant , ad quos

quos anteà spectabat, in mensibus tantū Februarij, Aprilis, Iunij, Augusti, Octobris, & Decembris, dispositione quamvis alia, reseruatione, gratia expectativa, quacumque sub forma verborum factis & faciendis, non obstantibus. In reliquis autem sex mensibus collationem sibi reseruat, si tamen eam intra tres menses non fecisset, seu si beneficia suorum mensium intra tres mēses non contulisset, potestatem conferendi illis ipsis eandē permittit. Statuit insuper annatas, secundum taxam mediorum fructuum soluendas, aut si excedat, moderandas. Et Clemens postea 7. in dicto Bullario constitutione eius 46. incip. *admonet nos*, dicta Concordata Germanica cōfirmat, atque statuit irritas esse à p̄aelatis & principib⁹ factis collationes in mensibus sum. Pontificis, & prouisos per eos teneri ad restitutio- nem fructuum, reseruātque p̄ouisis à sede Aposto- lica, contra intrusos actionem. Dehinc tamen Gre- gorius 13. in constitutione 42. inter constitutiones eius insertas in dicto Bellario collecto per Cheru- binum incipiēt, que in Ecclesi⁹. constituit, ne quod supra statuerat Nicolaus V. quodd post tres menses si non contulisset sum. Pontifex, ordinarij conferre possent, locum haberet: vult tamen ut prouisi, à tempore collationis intra tres mēses, tencātur or- dinaris collationem significare.

In summa colligere debemus paucis, Reserua- 21
tiones omnes p̄ēdere ex summi P̄otificis potestate, qua euocat ab ordinariis collatoribus, vacaturi be- neficij futuram collationem, neque hoc inuentum antiquum dicitur, cùm ali⁹ referant ad Nicolaum I. qui sedet anno Domini 1360. vt Thomas Feltius tractet ita

INSTITIONES NOVÆ

tractatu reseruationum. alijs ad Ioanné 22. qui præfuit anno 1322. vt Gomes in proœmio regulam Cancellariæ , alijs ad Clementem 5. qui sedit anno 805. & deinceps dicunt à successoribus amplias iustas ob causas, sine quibus, vt præsumi debet pro summo Pôtifice, non fuisset potestati ordinariae derogatum, c. non nos, 40. dist. c. quamuis, de Rescip. in Sex. idèò propter causarum varietatem reseruationes fuerunt & diuersæ speciei, vel generales, vel speciales, de quibus ex professo Iacobus Simoneta tractat. de Reseruationibus beneficior. questio. 4. Generales , quando generaliter reseruantur collationi summi Pontificis vel alterius, beneficia vacatura, putà in diœcesi. Feder, de Senis in tractat. de Rerum permut. argum. c. cum in partibus, de Verb. signifi. in Sext, talis & illa potest esse quæ est ex dispositione iuriis communis, in c. 2. de Præb. in Sex. c. presenti, eod. Extraug. ad regimen, de Præb. cuius tamen generalitas non extenditur ad Episcopatus, Gloss. & dd. ad d. c. 2. de Præb. in Sext. facit consil. Lud Roma. 340. Veniunt tamē Abbatæ, secundum Gemini, ad d. c. 2. qui improbat ibi Glossam contraria, quæ tamen communiter approbatur contra Geminianum, per Ioan. And. Philippum in dic. c. 2. Collectaneum ad c. fin. de Præb. quest. 8. Ioan. Monachum ad c. inquisitores, de Hæretic. nisi forsitan reseruationes de his & aliis exceptis mentionem expressè facerent; vide latè, quæ comprehendantur sub reseruatione generali, Iacob. Simonetam in d. tractat. Reseruationum, quest. 4. 6. 7. 9. 10. 11. 12. 13. Specialis reseruationes possunt dici, quæ sunt extra ius commune, per regulas Cancellariæ , vel per summum

summum Pontificem factæ , aliqua etiam Extrauagante decretali , vel si ad individuum uestigatur , ut si referetur certum beneficium , vel à certa persona posséssum : suntque variae ita , de quibus agit Geminia. consil.12. & Ægidius consil.33.

Ed pertinere possunt reservationes dictæ mentales , quibus aliquando Pontifex Max. reseruat beneficium , vel in specie , vel in genere , per bullam , vel breue , vt personæ gratae prouideat quam non exprimat ; siveque in mente retinet : & ita sit in nullius expressæ personæ favorem . de quibus Simona-
ta in dicto tractatu quæstio.15. sufficit enim in reservatione sola summi Pontificis voluntas , cap. in me-
moria.19. distinct. Glos. ad verbum , *canonico* , in fine ,
cap. olim , de Verb. signifi. quia potest sum. Pontifex
ex plenitudine potestatis supra ius positum dispensare . cap. proposuit , 4. de Concess. præb. cap. 2. de
Præb. in Sext. facit cap. cuncta per mundū , & seq. 9.
quæst. 3. cap. ex tuarum , de Authoritat. & vsu pallij ,
Clem. I. ad finem , Ut lice penden. Et Papa est ordi-
narius ordinariorum totius orbis iurisdictionē habens
vnuersalem , vt ait Glos. ad c. felicis , §. fin. ad
verb. *primata* , de Pœn. in Sext. & nullus ordinarius
maior ipso Pontifice maximo in collatione etiam
beneficiorum , vt ait Roman. consil. 335. num. 7. alij
namque in partem tantum solitudinis , hic autem
in plenitudinē assumptus potestatis , c. ad honorem ,
de Author. & vsu pallij . Quare , vt tradit Bald. ad I.
rescripta , C. de Precibus . Imperator. offerent omnia
beneficia mundi Ecclesiastica , sunt Papæ manualia ,
id ipsum ait & Ludou. Gomes in proemio regular.
Cancellaria , & ad regulam , de non tollendo iure

INSTITIONES NOVÆ

quæfito. qu. l. vers. illud tamen. Et ita priuare potest quemlibet in beneficialibus iure suo , etiam sine causa, iuxta ea quæ tradit Archidiacon. tractatu de hæresi, quod & tractat Felin. ad c. quæ in Ecclesiærum, de constit. Aymon. tractat. de Antiquit. temp. 1. parte, num. 37. Gabriel. libr. 3. de Iure quæfito non tollendo. Conclusiones 1. limitat. 1. nu. 9. Pari modo potest sola voluntate præuenire in collatione omnes orbis collatores ordinarios, Feder. de Senis, in 4. quæstio. de Rerum permutat. Ioannes de Selua tractat. de Benef. 3. parte quæstio. 69. Rota decif. 17. incip. *tu et de mari, in Nouis.*

Neque carere ratione existimadum est reseruationes, cum dicantur introducētē non solum ratione potestatis , verum etiam ut per illas sum. Pontifex possit prouidere filius de beneficio viuis literatis & virtute præstantibus , quibus Ecclesia maximè eget, c. cum ex eo, de Elect. in Sex. quibuscque mundus illuminatur , Authen. habita, C. Ne filius pro patre : quemadmodum eadem in causa sunt cur in pluralitate beneficiorum personis gratia & dispensatio fiat, in c. de multa, de præben. fuit & causa reseruationum abusus ordinariorum , & electorum, qui tantum suis proximis & amicis contéptus idoneis, & literatis cōferebāt : & ea antiqua causa fuit, cur Nicolaus 1. summus Pontifex, in c. 4. porr. 63. distinctio. reseruauit sibi collationem Ecclesiærum Episcopatuū Treuerensis & Colonie Agripinensis, tractat & Buisatus consl. 126. nu. 13. incip. *Nicolaus 1.* libr. 2. Et hodie præsumendum est non nisi ex iusta causa reseruationis fieri, cum non præsumatur sum. Pontifex , velle sine causa iurisdictiones aliorum turbare

turbare & inuertere, c. quamvis de Rescrip. in Sex.
c. non nos, qo. distinet. et si voluntas propria Pontif.
pro iusta habeatur ratione, quia & motu proprio
maxime reseruationes ab eo fiant & concedantur.
Jacob. Simoneta tractat. reseruationum quæst. 8o.
Felin. ad c. fin. de Testib.

Concellæ reseruationes legatis etiam de latere, 24
cum temperamento seu modificatione tamen, cap.
presenti, & ca. deliberatione, de Officio Legat. in
Sex. & per Glos. fin. ca. fin. de Concess. præb. in Sext.
& ibi Geminian. notat, olim fuisse modos quatuor
prouidendi de vacaturis beneficis, quorum unus
per illud ca. correctus est, alij non: quorum primus
refertur quando per Papam prouidetur per dictum
cap. proposuit, de Concess. præbendæ: alius, quando
legatus reseruat, iuxta c. cum dilectus, de Iure patr.
tertius ex dispositione iuris communis, vt si recipi
pior in canonicum, habeo ius ad præbendam vaca
turam ex dispositione, ca. relatum, de Præben. & ca.
cum super, cum ibi notatis, de Concess. præbend. 25

Reseruationis effectus est, non ut Papa sibi velit
ius conferendi acquirere, nam ium hoc habet, & per
coœcsum cum omnibus ordinariis per præuentio
nem confert, c. cuncta per mundum, c. per principa
lem, 9. quæst. 3. & quod semel meum est amplius
meum fieri non potest, §. sic itaque discretis, de
Action. Sed ut alii, reseruando, ius adimat colla
tionis. Et nihil interest facta fuerit reseruatio cum
decreto irritandi, aut sine eo, ut pluribus disputat &
concludit Jacob. Simoneta, de Reseruat. q. 13.

Ahus affectus dicitur, affectio, quia per reserua
tionem à sum. Pōtifice factam sequitur ut beneficia

INSTITUTIONES NOVAE

sint affecta collationi eius, hoc est, ad eius solus pertineant dispositioem: attamen non solum ex reservatione expressa vel tacita iuris vel hominis, affecta dicuntur beneficia, quia aliunde possunt fieri affecta: & generaliter, ubiquecumque sunt. Pontifex apponit manum, ea affectio nascitur; eaque est prerogativa supremæ potestatis, ut in quibuscumque manu apposuerit, alij de us non se intromittant, ut in cognitione causæ eius. in c. vt nostrum, de Appellat. ca. 1. & 1. de Confirmat. vtil. vel mutil. Sic si Papa contulit beneficium alicui, & ille in eo egeat dispensatione, ab alio quam ab illo impetrari nequit, et si Episcopus alioquin posset concedere. Panorm. ad c. postulaisti, de Cleric. ægrot. Pari modo si manus apponat collationi beneficij, siue per reservationem expressam vel sine ea, tamen beneficium est affectum, & licet extinguantur reservationes, vel per obitum Papæ vel aliter, tamen remanet beneficium affectum, & causa affectionis nempe reservatione cessante, remanet causatum nepe affectio: ita simpliciter etiam beneficia affecta sine reservatione expressa, affecta tacite sunt, ut canoniciatus & præbendæ per mandata Papæ de prouidendo. vt in c. si capitulo, c. executor, c. soli, de Concess. præb. in Sex, quibus porr̄ modis affecta dicantur beneficia per prouisionem Papæ, vide Philippum & Dominicum, ad c. si post quam, de Præb. in Sext. videbis & in una & eadem gratia seu prouisione de beneficio Pontificali tria concurrent posse, quorum unum quodlibet per se, afficere posset beneficium, in c. dudam, & ibi P. de Anchiano notat, de Præben. in Sex. Nempe canoniciatum, reservationem expressam, & decretum

icitans: quæ omnia afficiunt præbendam & beneficium, scilicet ne tunc, & quandoiu affecta vel referuata remanent beneficia per appositionem manus sum. Pontif. conferri possunt ab inferiore, cuius manus dicuntur ligatæ etiam eo ipso quod Papa appositione manus suæ signat supplicationem , seu propter mandat, vel alias disponit de vacanti vel vacatio certo vel incerto idque à die datæ signationis factæ per Papam, maximè si adiectæ essent clausulæ reservationis & decretu. Rota decis. 25. in Antiquo & 6. in Nouis. verum si dispositio Papæ ex aliqua esset restricta, hoc non procederet de iure ubi Papa apponenter manum sine decreto & reservatione , ad beneficium vacaturū ; unde de iure possit acceptari ab expectante, c. i. §. ex parte, de Concil. preben. in Sex. ca. si capitulo, cap. ii. soli, eod. tit. ca. dilectus, 2. c. inter cetera, de Preb. Cancellaria quamvis videatur sine distinctione sequi, solam supplicationem afficeret, vt tradit Rota dd. decisionibus , Simon. tract. Referua. quest. 60. Dicitur autem beneficium affectum, semper durae affectum, vt habetur in decis. 1. 13. 14. 15. de Preb. in Antiq. II. in Nouis. 20. in Antiquior. Ancha. cōsīl. 138. Videlicet in referuatis à iure sum. Pontifici , nam possessoribus mortuis vel sum. Ponti. adhuc durat affectio, vt in curabilibus & aliis aliter in aliis beneficiis affectis per solam manus Pontificis appositionem , quæ postquam sortita est semel effectum , per mortem possessoris desinit esse affectum, & per nouam vacationem conferri potest ab ordinatus. Glos. in Regula, contrā nostri temporis, per illum textum sumptum à contrario sensu, Jacob. Simon. tractat. de Referuat, quest. 33. num. 7.

INSTITIONES NOVÆ

fusè in quæst. 58. & 59. refert autem contrarias sententias in 58. num ex prouisione inutili sum. Pontif. censetur beneficium affectum: & distinguunt & concludere videtur, quod ex prouisione facta incapaci, inhabili, nulliter, remaneat beneficium affectum & reseruatum, iuxta c. inter dilectos, de Excell. pialet. quod & tuetur Rebus in Piaxi benef. c. 1. ca. de Reseruatione, num. 30. Roman. consil. 335. & ibi fusè Mandosa in additionib. Extinguitur etiā affectio si reseruatio esset temporalis, clapsō tempore: vt in c. 2. & 3. de Piac. in Sex. Geminian. consil. 93. Simon. d. quæst. 58. num. 14. & 15. nisi quid aliud in reseruatione contingat fieri, quod gratiam perficiat ante lapsum temporis, vel si reseruatio cum tempore, aliam contineat substantiam. Si quidem aliquando, Papa reseruat suæ dispositioni aliqua beneficia, & morte eius tunc extinguitur reseruatio: non ita si reseruauerit dispositionem sedis Apostolicæ, quia est tunc perpetua, cum sedes sit perpetua nec extinguitur, cap. si gratiæ, de Rescip. in Sexto. & ibi Archidiacon. Ioannes Andr. & alij, & glos. & interpres ad Clem. 1. de Probat. Feder. de Senis consil. 112. in princip. Lud. Roman. consil. 260. Callado. de Constitut. decis. 3. num. 3. Gambaia tract. de Legato, lib. 3. num. 195. Quod si facta fuerit reseruatio sub clausula, *dissipator nostra, & sedis Apostolice, &c.* licet precedat verba, *dissipatori nostre,* tamen si facta fuerit reseruatio motu pieptio, largè intelligetur, vt morte non extinguitur. Domi. ad d. c. si gratiæ, ad finem de Rescip. in Sexto. Sed & si Papa concesserit ordinario collatorii, vt possit quatuor vel plura aut pauciora beneficia reseruare, & mortuus fuerit

fuerit antequam is referuauerit, durat referuatio post eius obitum: quia res nō est integra quod pertinet ad Pontificem, sed eius respectu, est perfecta, idcō non exipiat morte eius, per nota. ad c. si super gratia, de Offic. deleg. in Sex. c. si cui, de Præben. in Sext. idem dicendum si Papa concedat ordinario potestatem de conferendis tribus aut pluribus beneficiis vacantibus in Curia, nam ea gratia transit ad successorem concedentis. Simon. q. 47. nū. 5. & 6. Sciendum tamen referuatione sublata, remanere affectionem, per impositionem manus Papæ, donec effectum sortiatur per regulam 9. Cancellariae, ut nullus prater Romanum Pontificem possit conferre, vel in illis se ingerere. Caſſido. dec. fin. incip. virum referuari, nu. 7. de Præb. Mandosa, in I. qu. II. Regula Cancell. & haec secundum iura anteriora.

Ceterū in Concilio Tridentino hodiè ex sess. 27
24. c. 19. de Reformatio. sic legitur: *Decernit Sancta Synodus, mandata de prouidencie, & gratia qua experientiae dicuntur, nemini amplius, etiam Collegiis Univerſitatis, Senatus & aliis singularibus personis etiam, sub nomine indulto, aut ad certam summam, vel also quoouis colore concedi, nec hactenus concessus cuiquam vni licere. Sed nec referuationes memiales, nec alia quacunque grata ad vacatura, nec indulta ad alienas Ecclesias vel monasteria, alicui, etiam ex sancte Romane Ecclesia Cardinalibus corredantur. & hactenus concessa abrogata certam. Abrogationis rationes fuerunt quæ olim iuste ad vacatura prouisiones inhibuerunt, in c. 2. de Concess. præben. & c. detestandæ, eod. tit. in Sext. Referuationes tamen in corpore iuris insertæ non videntur renocatæ,*

INSTITIONES NOVÆ

neq; ab ordinariis ex illis affectiones possunt vñtari, nisi in casibus à iure permisiss, vcl à Sacrosanctis Cœcilis. Ut si ex beneficio apud sedem vacantibus in Curia, Papa defuncto, parochialis Ecclesia vacauerit, ordinarius poterit ante mensem conferre, per c. si Apostolica, de Præb. in Sexto, per rationem à Rebus positam in forma nouę prouisionis, vers. *dummodo tempore datae*, num. 14. quo loci etiam ostendit ordinarium, sede vacante simplicia beneficia alia cōferre non posse, poste à verò posse recte, cap. statutum, de Elec. in Sext. In reseruatis quippe beneficiis iure præfixus est terminus quo debeat sum. Pontifex conferre, & quo clauso iudeat potestas ad ordinariū, cùm tamen in cæteris beneficiis in cuius non vacantibus nullum summo Pontifici constitutum sit tempus ad conferendum, vt ait Aeneas de Fulconib. 4. questio. principalis, effectu 20. Gaspar de Perus. tractat. Reseruationū, qu. 5. Potest & Episcopus per potestatem concessam à Concilio Tridentino, session. 24. c. 15. de Reformat. ad pauciorum numerum reducere & supprimere præbendas & canonicatus in Ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis, si tenues sint præbendæ, & vñire beneficia aliquot simplicia cum consensu capituli, & patronorum laicorum, si qui sint: non obstantibus quibuscumque constitutionibus, priuilegiis, reseruatione generali aut speciali, aut affectione.

28 Quatuordecim, beneficia quæcumque vacanta & vacatura, sede Episcopali vacante, ex peculiari regula Pij V. die 9. Martij publicata, anno 1567. sunt reseruata collationi summi Pontificis solius, cum irritanti decreto & clausula. idem in constitutione
Ioan.

Ioan. 22. execrabilis, constitut. Sixti 5. ordin. 17. de Cancellaria Apostolica.

Cæterum hic generaliter obseruatur, reseruationem Papæ etiam expirare per vnicam collationem, possessione etiam non secuta vel apprehensa. Rota decis. 14. de Præb. in Antiquis. & 9. de Præb. in Antiquioribus ius enim collatione in beneficio datur à concedente, cap. si tibi absenti, de Preb. in Sext. c. si. de Concess. præben. in Sext. Iacob. Simo. tract. de Reseruat. quæst. 55. & 56. Rota decis. 28. in c. nota quod ubi Papa, in Antiq. & proinde si prouisus de reseruato beneficio per collationem sum. Pótiss. in apprehendenda possessione commiserit violentiam, & ita ius suum amiserit, iuxta c. eum qui, de Præben. in Sext. ordinariis potent illud conferre velut non amplius reseruatum, Latus allegat. 127. Sic enim etiam reseruatio vacatis beneficij in Curia, per solam Papæ prouisionem expirat, si prouisus extra Curiam decebat, postquam prouisionem ratam habuerit. Rota decision. 9. de Præbendis. in Antiquioribus. Philipp. ad cap. præfenti, §. fin. ad finem, de Præbend. Sed hæc haec tenus dicta sint de reseruationibus, & vacationibus in Curia seu apud sedem Apostolicam.

Nunc portò sufficiat notare breuius, extra Curiam Romanam vacare beneficia quæ iure ordinario ab ordinariis conferri possunt.

INSTITIONES NOVÆ
De amissione & vacatione beneficiorum
certis modis vacandi : & primùm de va-
catione ipso iure extra delictum inducta.

C A P. XXV.

- 1 *Vacationis beneficiorum generales modi, & quid
vacatio ipso iure ex delicto, vel quasi.*
- 2 *Vacatio sine delicto ipso iure, ex quibus inducatur,
& quod accidat ex ademptione secundi beneficii.*
- 3 *Per illam tamen possessione prioris de facto non prina-
tur, & eam defendere potest pluribus ex causis.*
- 4 *Matrimonio clerici contracto, vocant ipso iure eius
beneficia, etiam si matrimonium postea sepa-
retur.*
- 5 *Sed num idem verum sit, si clericus sit in maioribus
ordinibus constitutus, qui contrarerit matrimo-
nium, qui uxorem ducere legitimè non potest.*
- 6 *An concubinarii priuentur beneficis ipso iure, dispu-
tatur, & de poenis & ordine paenarum in concu-
binarios.*
- 7 *Concubinarius quis dicatur.*
- 8 *De vacatione ipso iure per non promotionem ad sa-
cerdotium.*
- 9 *Promotionis non facta excusationes dari possunt.*
- 10 *Pacificus possessio quando dicatur vel non.*
- 11 *Per non promotionem beneficium vacans, an possit
permutari vel renuntiari per non promovitum.*
- 12 *Ex causa electionis quando inducitur ipso iure va-
catione.*
- 13 *De beneficio possesto sine dispensatione, & de regula de
Triennali possesto.*

- 14 *Sequestrationem beneficij iubans, amittit ius quod
in eo habet.*
- 15 *Intrusus ius suum amittit.*
- 16 *Alienans immobilia sua Ecclesia temere, illa prima-
tur iure.*
- 17 *Commédia beneficij dava ab Episcopo & data à sum.
Pontifice quando expiret.*
- 18 *Ingressu & professione religiosus beneficiarii, vacant
ipso iure eius beneficia.*

Beneficia iursum vacare, & pro hoc amitti dicuntur; aut ipso iure tantum; aut ipso facto tantum; aut ipso iure & facto simul, aut per sententiam. Ipso iure vacare dicitur, quando possessor amittit ius beneficij vel eo priuat, ita ut possit alteri conferri quamquam de facto possessionem detineat. ca. licet Episcopus, in 2. de Pœben. in Sext. cap. cùm nostris, de Concession. præb. Ipso iure & solo aliquid fieri dicitur, quando siue hominis ministerio, autoritate legis, & sine sententia fit. Glos. in Iacobemus, §. œconomus, ad verbum, p. suetur, C. de Sacrosanct. Eccles. & siue alia admonitione quam legis, l. magnam, de Contrahen. & commi. epist. C. Porro ipso iure tantum beneficium vacare dicitur, vel ex quasi maleficio, seu sine maleficio: vel ex maleficio possessoris. Ex quasi maleficio, quando quidem ob crimē aliquod nominatum nō inducitur priuatio, sed ob alia quæ culpam, vel aliquam speciem maleficij habet, mixta. i. de Oblig. quæ ex quasi delict. nascuntur. ut contraria, ex maleficio inducetur ob crimē aliquod nominatum, l. ex maleficio, 4. de Obligat. & action. Ipso

2. Ipso iure sine delicto vel sine crimine personæ, vacare dicemus beneficium, primum quando possessor beneficij, alterius de nouo collati nanciscitur possessionem, quod non potest possideri cum iam possesso sine dispensatione, nam adeptione incompatibilis vacat primum, c. cùm nostris, de Concess. præb. ca. cùm in cunctis, 7. §. 1. de Elec. ca. i. & fin. de Offic. Vicar. cap. constitutus, de Filiiis præb. cap. de multa, de Præb. c. cùm singula, cod. tit. in Sex. cap. si plures, cod. titulo in Clem. quod maximè obtinuit post Concilium Lateranense, quo in d. ca. de multa, prohibita pluralitas, & inducta vacatio prius olim non ita, sed dabatur optio possessori retinendi quod voluisse ex duobus incompatibilibus, si imposita esset necessitas alterum relinquendi. ca. eam te, de Aëtate. & qualit. & ibi sic explicant Ioannes Andreas & Panormit. eoque modo intelligenda optio in c. referente, de Præb. Hodiè tamen & dabitur electio alterutrum retinendi, si conferantur simul à diuisis eodem tempore, duo vel plura beneficia. ut ait Panormit. ad d. cap. de multa, num. ii. de Præben. Ponitur portò istius modi prioris vacationis ipso iure resolutio aperta, in cap. licet Episcopis, 28. de Præben. in Sext. cuius verba. *Licet Episcopus beneficium quod cum animarum cura tenebas (postquam aliud acceperisti consimile, ac ipsius possessionem pacificam habuisti, vel per te stets quomodo haberet eandem) possit alteri de iure conferre, illum tamen cui contulerit non debebit, ne non vocato, cum forsan possit ius tibi competere retinendi, in possessionem ipsius indicere copotalem: ex quibus nota, ipso iure vacare beneficium, quod possit conferri non autem de facto,*
cùm

cum possessio ab alio retinetur. Nam collatio quæ est donatio iuris quod est in potestate collatoris, non exigit vocationem eius qui eo iure priuatur. Quemadmodū non obstante quod quis rem meam de facto detineat, eo non vocato possum de ea disponere, & ius quod in ea habeo, in aliud transferre, l. qui potest, 26. de Regul. iur. toto titul. de Hæred. vel action. vendi. l. qui tabernas, de contrah. empt. P.c. venerabilis, de Præb. At aliter in possessione corporali statuendum, quæ adimi cumpiam nequit iniusto sine causæ cognitione. l. extat, Quod metus caus. l. si quis in tantam, C. Vnde vi. quia qui possidet videtur quodammodo cum titulo possidere, quamvis iniusto. c. volumus, 16. quæst. 4. nec itaque possessio beneficij beneficiato nisi votato & auditio, adimetur, in c. cum nostris. de Concess. præb. cap. 2. Causa possessio. cap. in literis, de Restitution. spolia. imò pro possessore interim erit præsumptio iuris, quandiu de iure actoris non constiterit, l. fin. C. de Rei vendi, & si prouisus alio potissimum possessore, vellet propria authoritate ingredi possessionem, tanquam intrusus iure suo priuaretur, cap. cum qui, de Præb. in Sext. Idcirco debebit judiciali formalia experiri contra possessorem vocatum, vt sibi tradat possessionem. l. fin. Si per vim vel alio mod. &c. C.

Possessori autem exceptio vel defensio non erit, deneganda: cùm possit eam possessionē pluribus modis duorum beneficiorum, vel iuris sui causam tutari: veluti si excipiat ius sibi per dispensationem esse possidendi utrumque beneficium, vt c. si gratiosè, de Rescrip. in Sext. ca. de multa, de Præben. vel

INSTITIONES NOVÆ

vel si ad tempus concessum fuerit ut possit posside
re fructus prioris, ca. non potest. 21. de Præbend. vel
quod habeat unum beneficium in commendam,
aliud intitulum. ca. qui plures, 21. quest. i. vel quod
fructus poëssionis tanquam commédatarius com
missus per Episcopum, possideat, e. nemo deinceps,
de Elect. in. Sext. Potest & beneficiatus de novo
proutius, retinere possessionem primi pro expensis
in eum factis, ca. quicunque, 22. q. 4. vel si superior
secundi beneficij prouisionem noluerit confirmare,
vel noluerit ratam habere acceptiōē per eum
factam, & illum ad primam Ecclesiam reuocet, ca.
admonet, de Renunt. & ibi Panorm. num. ii. & ad
c. de multa, num. 15. de Præben. nisi ad secundum
transierit ex licentia superioris ratum habentis aut
expresse, tacite, tacendo per sex menses. Possunt
& aliae rationes coniungi, ob quas etiam qui habet
ius confirmationis electionis, non debet celeriter
electionem confirmare electione non facta ex con
cordia, vbi est competitor, & nisi eo vocato cum
peremptoria dilatōne, c. fin. de Election. in Sexto.

⁴ Secundò, vocat beneficium ipso iure extra male
ficiūm per coniugium clericū qui beneficium pos
sideret, ca. i. & 3. de Cleric. coniugat. cap. diuersis falla
ciis, 5. cod. tit. vbi tamen mandatur, ut priuentur
beneficiis qui vxores acceperint, quibus verbis vi
deretur dicendum, nō ipso iure sed per sententiam
clericos uxorem ducentes spoliādos esse beneficio:
nisi dicamus cum glof. ad d. cap. i. ad verbum, relin
quenda, de Cleric. coniuga. iussionem illam referri
ad priuationem detentionis de facto, vacare tamen
nihilominus ipso iure. Sicque & intelligendum,
c. cùm

c. cùm decorem , 8. eod. tit. dum dicitur coniugatis beneficium conferti non posse, et si habeat admendum. Et eo casu possessionis priuatio fit per ordinarium, nisi ipse ordinarius clericu coniugato contulisset beneficiū: tunc enim quod ipse male egit, non poterit emendare: sed facienda erit priuatio per superiorem Episcopi, d. c. diuersis fallacibus. His tamen videtur resistere vnum ca. Joānes, 7. de Cleric. coniug. dum statuitar clericum coniugatum, non esse molestandum si non deferat clericalem tonsuram, dummodo nullum percipiat beneficium Ecclesiasticum, ex quibus videtur concludendum clericum tonsuratum, quamvis habeat vxorem, dummodo tonsuram deferat, posse habere beneficium Ecclesiasticum. sed respondet ibi glossa, per verba, *beneficium Ecclesiasticum*, intelligi posse stipendium ex Ecclesia ob officium gestum à clero, quodvde clericus vxoratus potest gerere, non autem de beneficio quod datur in titulum. Possemus & dicere, olim clericos vxoratos habuisse beneficia Ecclesiastica etiam in titulum, si perpetuam voulissent castitatem, & essent virginis vnius mariti singulares, vt in cap. sane, 2. de Cleric. coniug. & si ordinati essent consensu vxorum ex Concilio Agathen. c. 17. c. Episcopus benedicti, 6. §. 1.77. distinet. Eo modo in cap. sane si coniugati, 6. de Conuersio. coniuga, lib. 3. tit. 32. potest clericus coniugatus eligi in Episcopum, si vxor eius prius professa votum castitatis sacrum sibi velamen imponat, & religiosam vestem assumat. Hoc modo etiam in c. 11. omnino, 31. distin. constitutum, non licere Episcopo abiicere à cura propria & alimentorum eius vxorem. Clerici in
muno

INSTITIONES NOVÆ

minoribus ordinibus Ecclesiasticis constituti, infâ
subdiaconatû, possunt vxores ducere: & si beneficia
habent, ea tenentur relinquere & vxores retinere.
d.c.i.de Cler.Matrimonium dicitur per consensum.
& verba de præsenti,c.tuæ fraternitati,25.& c.f.i.de
Sponsi.Idipsum dicitur, si sponsalia per clericū con-
tracta fuerint per verba de præsenti, etiâ nuptus nô
celebratis, quia illa sponsalia matrimonii faciunt.
Glos.ad cap.vnic.ad verbum, *lericalibus*,de Clem
coniug.in Sext. Aufr.decis.capellæ Tholosanæ 239.
Panor.ad c.i.de Cleric.coniug.num.5.glos.& inter-
pretes ad c.gratiæ,de Rescript.in Clem.vbi & Glo.
ad verbum, *resignatus*, notat singulare; Quod si
clericus contraxerit matrimonii, quod postea dis-
solutum fuerit per ingressum religionis vxoris non
cognitæ, iuxta c.ex publico,& cap.quorundam, de
Conuersio. coniug. amittere nihilominus ipso iure
beneficii, quod & firmat & tradit obtinere Panor.
ad c.i.de Cleric.coniug.num.6.si post matrimonium
contractum vxor intrauerit religionem, idipsum
si dissoluatur postea, quod vxor inueniatui consan-
guineæ semel enim per contractum matrimonij ex-
tinctum fuit ius quod habebat contrahens in ipso
beneficio, quod ideo vacat,nec ieiunisit hæc cef-
set postea causa extinguens,c.quam periculosem,8.
7.quæst.i.cap.quarvis, de Confecrat.dist.4.& gratia
semel perempta non reuiuscit, hæc res reuelatur
in pristinum statum, submota causa ex qua iam in-
dicta peremptio, d.ca.gratiæ,de Rescript.in Clem.
cum etiam qui contraxit matrimonium de facto,
videatur ex eo renunciasse iuri beneficij, cum re-
nunciatio iuris fiat, per factum actum contrarium
iuri.

iuri.c.ex ore, de His quae sunt à maio. parte capitul. vbi in Glos. fin. iura similia plura citantur. facit & l.2.de Iure domi. impetra.C.

Et in his fere omnes conueniuntur , dum agitur ;
 de clero beneficiato vxorem ducente existente in
 minoribus ordinibus : cùm vxore retinere cogatur.
 At non ita facilis quæstio, num si clerici beneficiati
 in maioribus ordinibus constituti, puta si subdiaconi,
 diaconi, presbyteri, si uxorem de facto duxerint,
 cum eas iure non possint retinere sed cogantur re-
 linquere , priuentur beneficium , & ita num vacent
 ipso iure. In qua quæstione diuersæ etiam sunt &
 penitus contraria sententiaæ, quas refutat Stephanus
 Aufremius in decis. 239. capellæ Tholosa. & Panor.
 ad c.1.num.8.& ibi Henric. Bohic & Ioan. Andreas,
 de Cleric. coniugatis , putant ipso iure etiam hos
 clericos in sacris ordinibus constitutos, priuari be-
 neficiis, id est q; ipso iure vacare. consentit Gl.ad §. &
 nihilominus, ad verbum, *dissensatum*, de Comenbini.
 in Pragmat.sanct. Si enim, inquiunt, qui licet contrahunt matrimonium in inferioribus ordinibus
 constituti , priuantur beneficium : multò magis qui
 illicitè in maioribus existentes , ne melioris condi-
 tionis videantur illicitè agentes , quam qui licet
 agunt: quod else non debet, c.nuper, de Biga.c.eum
 qui, de Præben.in Sexto. Alia ratio, quod in maioribus ordinibus constitutus , videtur tacite renun-
 ciasse beneficio per matrimonium , veluti per actum
 contrarium constituti , & quantum ad illum pertinet, videtur habuisse beneficium pro derelicto, c.ex
 transmissa , de Renunciat. idque à simili probatur,
 ex c.eum qui, de Præb. in Sext.dum quis adeptione



INSTYTUTIONES NOVÆ

secundi beneficij priuatur primo , quamvis & secundo priuetur per intrusionem. Et ruisum in cap. quanto, de Translatio. Episcop. Episcopus qui propria authoritate à sua Ecclesiâ in aliam se transfult priuatur propria & ea quam ambiuit. Atque hanc sententiam putat veriorem d.glossa.d. Pragmaticæ sanctionis : consentit Gloss. ad cap. 1. ad verbum, *relinquenda*, de Cleric. coniug. & in Innocentij 5. Concilio Rom.ca.5.& in c.2.decernimus,18.distn. Decernimus (inquit) ut qui in ordine subdiaconatu & supra, uxores duxerint aut concubinas habuerint, officio atque eos (inquit) beneficio careant, & iterum in cap. eos,32. dist. Ecclesiastico qui post subdiaconatum uxoribus vacare volunt, ab omni sacra ordine remouentur, officioque ac beneficio carere decernimus. Quod si ab Episcopis commoniti non se correxerint, principibus indulgentia licentiam, ut eorum feminas mancipent servituti: si vero Episcopi consenserint, eorum prauitatis, ipsi offici interdictione preuentur: quod sumptum ex Concilio sub Vibano 1. ad Melphiam habito. cap. 13. Perpendi pro eadem sententia posset cap. sanè sacerdotes , 4. de Cleric. coniugat. dum ait, sane sacerdotes illi qui nuptias contrahunt , que non nuptia sed contubernia sunt potius nuncupanda , post longam pœnitentiam , & vitam laudabilem coniuentes, officio suo restitus poterunt , & ex indulgentia Episcopi sui indulgenii em habere: verba quippe , restitus poterunt, indicant priuationem praecessisse: facit insuper quod presbyteri qui nuptias attētant ex hoc facto, incident in suspicionem hæreseos , vt scribit Diaz in praxi Canonum criminis, cap. 74. post Ioannem Lapum ad Rubricam , de Donat. inter vir. & vxor.

Siman

Simancas in Catholicis institutio.ca.40.statutūque est presbyteros de facto matrimonium contrahentes,deponendos,c.priesbyter,28.d.essēque irregulares,vt neque in minoribus ordinibus suscepis ministrare possint,nec ad maiores possint subdiaconi condescendere sine dispensatione,c.1.& 2.Qui clerici vel videntes matrimonium contrahere possunt. Alij dicunt per matrimonij contractum , ipso iure non priuari beneficio in maioribus ordinibus constitutum:verum per sententiam priuandum,& ideo ante priuationem reum huius matrimonij posse renunciare beneficium , & ita iudicatum in Senatu Parisiensi in causa renunciationis Ioannis Panissières,refert Papus in secunda parte notariorum lib. 8.pag.565.Ioan.Andreas eius videtur sententia,que mihi humanior & maior videtur ; & sic etiam explicari iura pro aliā sententia adducta possunt, sicq; cogitur distinguere Panoim.ad c.i. num.7. de Cler. comulg.dum disputat,an promotus ad subdiaconatum & ultra , amittat ipso iure beneficia per matrimonium,proque concordia glossatum , & Ioannis Andreæ ad c.Ioannes,de Cleric.comulg. Quandoq; inquit matrimonium non tenet ex defectu consensus,vt quia clericus erat furiosus quo casu eius beneficia non vacant:quia non peccauit furiosus , nec matrimonium contrahere potest.c. dilectus filius, 24.de Sponsal,& matrimon. ca. neque furiosus, 32. quest.7. Quandoque matrimonium non tenet ex defectu aetatis sponsæ,& idem dicendum,quia illud matrimonium habetur pro sponsalibus de futuro, ca. i. de Sponsal.in Sex.c.fin. de Desponsat. impub. Quandoque non tenet propter ordinem sacrum,&

INSTYTUTIONES NOVÆ

func Ioannes Andieas ait , non priuatum ipso iure
beneficis, sed priuandum per sententiam , quia co-
gitur vxorem dimittere in Ecclesia Occidentalí,
quæ ab Orientali in hoc differt:& presbyteri Orien-
tales inueniuntur & feruntur vxorati. quia Orien-
talís Ecclesia non acceptauerit votum castitatis.
vt habetur in Synodo 6.Nicena cap.13.cap. Nicena
Synodus , 12. & seq. quoniam in Romani ordina-
tione canonis, 31. distinct, Socrates lib. 2 .historia
Tripartita,c.14. Sozomenes lib.1..c.22. Nicephorus
Calix.lib. 8. 19. Explicat Glos.in c.diaconi , 18. dist.
vibi dicitur in Ecclesia Orientali & Occidentali lic-
ite contrahere matrimonium à constitutis in minibus
ordinibus, c.si quis eorum, 32. dist. Ac constitutis veò
in superioribus , scilicet in subdiaconatu & supra,
nunquam licuisse contrahere matrimonium, etiam
à tempore Apostolorum. Differentiam autem esse
inter Orientales & Occidentales clericos in sacris
constitutis ; quod Orientales si contraxerint ante
susceptionem ordinis sacri, possint vti licite mat-
rimonio iam contracto ; sed ulterius non possint con-
trahere , si illorum vxor moreretur : Occidentales
autem et si ante susceptionem ordinis sacri contra-
xissent , non possint vti matrimonio iam contracto
licite:de quo per totam distin. 31.apud Gratia. quod
interdictum à tempore Innocentij & Syricij Pap.
qui continentiam ita indixerunt diaconis, cap.propo-
sueristi,& c.plurimos,82.dist. Antea namque poten-
tiant Occidentales sicut orientales vti matrimonio
in sacris constituti , contracto ante ordinationem.
Subdiaconi , etiam quantum pertinet ad vium
matrimonij iam ante ordinationem contracti , con-
tinet

tinentiam indixit, ut se abstinerent ab uxoribus. Gregorius sum. Pontif. can. ante triennium, 31. dist. Sicque putant intelligi dictum Stephani Papæ in c.: aliter. 14. ea. 31. distinct. dum ait, Sacerdotes & diaconi Orientalium in matrimonio copulantur, id est, copulato utuntur, & ita etiam tradidit Antonius. Florentinus in 2. parte Historie, titul. 9. c. 3. §. 1. sic Nicolaus ad Consulta Bulgarorum, cap. 40, utrum presbyterū habentem uxorem sustentare & honorare deberent, respondit, debere, & esse ferendū, eo quod tunc Bulgari habeant à Græcis & Arameis sacerdotes, antequā à sede Romana prelatos accepissent.

Sed quid dicamus de concubinariis publicis vindendum, num ipso iure priuentur beneficiis, ut cōferrī possint sine alia admonitione, & illis non vocatis. Et ut breuiter absoluimus, arbitror cōtra eos ordinario iudicio seu extraordinario cōtendēdum, ut per sententiam illis priuari debeant antequā vacare censemantur. Monendus ergo primum concubinarius, ut ab hac impudica vita desistat; & si contumax sit, per sententiam deponendus priuandūsve erit, ut incorrigibilis & insanabilis, §. nec non & humusmodi, de Publicis concubinariis, in Pragm. sanctio, ubi & penē alię. Quia verò monitio requiritur, ideo non ipso iure sed per sententiā inducitur priuatio. Triplex autē ad veram contumaciā monitio requiritur, c. de illicita, 24. q. 3. c. sacro, c. continuitate, de Sent. excō. vel una peremptoria pro omnibus potissimum in notoriis, l. nonnumquam, de Iudic. litteris denunciationes, C. Quomodo & quādo iudex ut in questione publici cōcubinarij, & in c. cùm sit, de Appell. c. constitutionem, de Sent. excō. in Sext.

INSTITIONES NOVAE

Siquidem si occulti essent concubinarij , non sufficeret vna monitio ad priuationem beneficij , nec sufficeret generaliter monere , vt clerici abucent concubinas , nisi nominatum illis vt hoc faciant , minuetur , Glos.ad d. §. nec non , sic vt qui priuilegio clericandi priuandi sunt , debent nominatum & tunc prius moneri , vt se corrigan . Clem.i.de Vita & honesta.cler.vt & quando proceditur per modum contumaciae ad criminis vindictam in alius , fieri ita expedit. prout Glossa & Doctores notant ad c. vestra de Cohab. clericor. & mulier. Neque occulto concubinatio potest imponi poena à iudice; verum ipse in sua conscientia scire debet, ad celebrandum accedere sibi non licere,& se haberi apud Deum pro deposito seu suspenso ab officio; donec dignè fuerit confessus & pœnituerit.c. fin. 33. distinct. Si tamen Concubinatus ita esset notus & manifestus, vt nulla tergiuersatione dissimulari possit sine scandalo, poterit Episcopus sine alia monitione uti depositione, c. decernimus, 28. distinct.c. qualiter, 2. de Accusat. idque de rigore iuris & interueniente scandalo , c. non debet, 30. quæst. i. diuque contumaciter continuato delicto , c. i. de Cleric. peregrin. c. presbyter, 81. distinct. quemadmodum & concubinæ ipse nolentes relinquere clericos , excommunicandæ, ca. si concubinæ, 55. de Senten. excom. Observandum tamen , postremum quodammodo fuisse publicorum concubiniorum remedium , nam non statim ad illud perueniebat: sic enim statutum fuerat, vt clerici tenentes concubinas moniti si non reliquissent, excommunicarentur : dehinc contumaces , ab officio & beneficio suspendentur ; postremo non resipiscer

resipiscentes priuarentur & deponerentur, c.3.4.6.
de Cohabitat. clericor. & mulier. prohibita etiam
confabulatione cum suspecta, aliter non abstinentे
excommunicato, cap. 2. cod. titul. neque rigor etiam
nunc omnino sequendus, cōd quod defectus nosto-
rum temporum, quibus non solum merita, sed cor-
pora ipsa hominum defecerunt, distinctius in omni-
bus non patitur remanere censuram, c.a.7. fraterni-
tatis tux, 34. distinct.

Concubinarius hīc dicitur propriè, qui solitam 7
mulierem & corruptam, nullaque sibi propinquiti-
tate sanguinis vel spiritualitatis vinculo coniunctam,
domi vel alibi detinet, & cum ea commiscetur.
Alioquin si commisceatur cum maritata, dicitur
non concubinatus, sed adulterium; cum virgine,
stuprum: cum proxima, vel consanguinea, incestus:
c.lex illa, §.cūm ergo, 36. quest. i. Dicuntur & publi-
ci concubinarij, qui mulierem de incontinentia
suspectam & dissimilatam tenent, & per superiorem
suum admoniti ipsam cum effectu non dimittunt,
§.publici autem concubinarij, de Public. concubini-
nariis, in Concordatis. Atque in Concilio Basiliensi
sessio. 20. publici concubinarij intelligēdi sunt, non
solum hi quorum concubinatus per sententiam,
aut per confessionem, in iure factam, seu per rei
evidentiam que nulla possit tergiversatione celari
notorius est. sed & multo magis ij concubinarij
erunt publici, qui penes se habentes concubinam,
tanquam vxorem nutriunt, publicēq; filios ut veri
patres nutriunt; talesque nominant impudenter, à
quibus tunc omnino abstinendū censet Bernardus
Diaz, in practica criminali canonum, c.73. ita quod

INSTUTIONES NOVÆ

non sit licitum (inquit) ab illis audire diuina, quamvis nulla sit monitio superioris: eo quod talis sit suspensus ab officio & beneficio, vt si celebret incurat irregularitatem. quod colligit ex Panormit. ad cap. vñstra, de Cohabitat.cleric. vel muli. vbi & textus hoc ipsum ait cum distinctione, vt quando occultus est concubinarius vel toleratur, non depositus, possit Missa ab eo audiri, & sacramenta sine scrupulo ab illo accipi, quæ non habent vim à ministerii persona, sed ab ordine eius & veribus Dei à ministerio prolati. Contrarium si notus & manifestus esset concubinarius, vel damnatus: nam nemo debet ab eo audire Missam; non quod potestatem consecrandi idem habere non dicatur: sed vt ita contemptus, à peccato resipiscat: cò peritmet cap. nullus Missam audiat, s. & c. præter huc autem principius, 6. 32. distin. & Glossa in dicto ca. nullus ait. Illud tenendum pro certo, quod si concubinarius sit notorius, siue per sententiam, siue per confessionem, siue per rei evidentiam, quod debeat evanescere. In Concilio Tridentino session. 24. cap. 8. de Reformatione, positæ sunt generaliter penitentiæ contra concubinarios, laicos & clericos: & session. 25. ca. 14. de Reformatione, relate contra clericos quæ à canonicis imponuntur, vt si à superioribus moniti non se abstinerint, si beneficia habent tertia patre obuentionum & prouentuum fructuum pauperint, quæ fabriæ Ecclesiæ, vel alteri pro loco arbitrio Episcopi applicentur: si perseveraverint, secunda monitioni non parentes, fructibus omnibus priuentur, prædictis locis addicendis, à beneficiorum administratione auisi, quâdu voluerit ordinarius

Episco

Episcopus. Et si ita suspensi adhuc non obediant, perpetuò ab officiis & beneficiis amoueantur & priuentur, inhabilésque sint ad officia & beneficia Ecclesiastica donec se emendauerint, & cum illis dispensatum fuerit à superiore. Inhibetur autē hæc cognitio Archipresbyteris & Archidiaconis, ea soluminodo permissa Episcopis. Quod si beneficia isti concubinalij non habeant, nec pensiones Ecclesiasticas, iussum in eodem Concilio, iuxta delicti qualitatem & persecuerantiam, ut ab Episcopo carcere pena, vel suspensione ab ordine vel inhabilitate puniantur: aliisve modis iuxta sacros canones, veluti per sententiam excommunicationis, vel aliter. Immunditia & scandalum concubinatus, sine poena in puritate Ecclesiastica locum habete non debet; cùm & inter laicos sit impiobatus ex lege diuina, *non mæch. beris, c. meretrices, 32. quæst. 4. c. pœnale,* 14. quæst. 5. quo precepto omnes cuiuscunque generis & qualitatis sint continentur. Imò multò magis sacerdotes & personæ Ecclesiastice, quæ lumen dicuntur mundi, c. sacerdotes, 92. distin. & mente & corpore debent esse mundi, ca. neccelle, 1. quæst. 1. ca. in grauibus, cum 2. seq. 3. quæst. 7. quia magnum inconueniens dicitur sacerdotē corpus Domini consecrare, esse immundū, cap. facio sancta, & seq. 1. quæst. 1. vita clericorum bono debet exemplo esse laicis, c. quædis, 8. quæst. 1. c. beatus, 6. quæst. 1. Prohibit Leo Imperator omnino omnibus concubinas Nouella. 91. tanquam religioni & moribus Christianis & naturæ contrarium. videnda quæ de hac prohibitione diximus lib. 10. Syntagmat. iuris universi, c. 1. & de meretricib. cap. 2. Afines enim sunt

I N S T I T U T I O N E S N O V A

meretrices & concubinæ , eo excepto quod ciedit
tur peccare cōcubina cum vno:meretrix,cum mul-
tis, vt notat Balsamon ad can.26. Epistol. Basilij ad
Amphilogium:verūm de his haec tenus & de secun-
do modo vacandi ipso iure.

- 8 Tertiò , igitur dicemus vacare ipso iure extra
crimen beneficia, nulla monitione præcedente, per
non promotionem ad sacerdotium intra annum, à
die, adepti regiminis seu adeptæ pacificæ possesso-
nis, vel à die quo stetit per ipsum quominus adipi-
sceretur, si beneficium parochialis Ecclesia sit, vel si
egeat sacerdote, c.licet canon.14. & c.commissa,35.
de Electio. in Sext. quod & locum habet in vicariis
perpetuis in Clement. vnica, de Offic. Vic.lib.1.tit.7.
Quod ex iure novo Pontificio decisum fuisse qui-
dem arbitrantur, cùm antea, vt aiunt, non priuare-
tur per non promotionē, ipso iure beneficio prouis-
sus nisi si necessitas Ecclesiæ vrgeret, & admonitus
esset prouisus à superiori, vt ad presbyteratum, diacon-
atum vel subdiaconatum vel alium ordinem Ec-
clesiasticum se promoueri curare quo egeret bene-
ficium, & id facere cùm posset, noluisset:nam tunc
tantum priuari poterat officio vel beneficio ; cap.
cùm in cunctis, 7.§.inferiora, de Elect. Quanquam
& glossa ad c.licet canon, ad verbum, *priuatus*, dicat
eam decretalem remanere incorrectam hodiè.
Quòd si verum erit , dicendum est tempus c. licet
canon , habere locum in priuatione & vacatione
iuris, sine admonitione, quando tempus lapsum est.
At §.inferiora, habere locum, quando intra tempus
annuum Ecclesiæ necessitas suadet habere sacerdo-
tem, quo casu non ipso iure per non promotionem
intra

intra annum, sed tantum post admonitionem, causa cognita induceretur tantum per sententiam priuatio, cum & necessitas Ecclesie possit efficere, ut non obstante priuilegio de non residendo, absentes renouentur ad Ecclesiam, c. penult. de Cleric. non reside. Simile adduci potest in argumentum, quod de adiunctione hereditatis dicitur, dali à lege tempus heredibus ad deliberandum num repudiare vel adire velint, & si nemo illos interpellat usque ad triginta annos si extranei sint heredes, & si sui, usque ad 60. l. licet incontinenti, 8. de Iure deliberan. C. Aliquando tamen breuius tempus definiri posse à indice, interpellantibus creditoribus num velint adire heredes vel repudiare, idque breuius, intra quod respondere teneantur, l. si curatoris quondam C. de Iure deliberan. lib. 6. C. titul. 30. Multa etiam accideunt possunt quæ celeritatem desiderant, nec patiuntur longioriem dilationem, quorum aliqua enumerat Glos. ad cap. fin. ad verbum, *celeritate*, de Elect. in Sext. & Iurulcon. in l. 1. §. fin. & l. 2. & 3. de Fenis, lib. 2. P. tit. 12. Et pertinent c. i. c. queris, 6. de Ætar. & qualitat. ord. c. iniuriam, 60. d. c. fin. de Offi. Vicarij: in quibus potest quis cogi per subtractionem beneficiorum, promoueri ad presbyteratum, & alios Ecclesiasticorum ordines, si qua sit causa per quam non possit promoueri, alteri debet dari beneficium. Et Glos. ad Clement. vnic ad verbum, *promoueri*, & ibi Panormit. de Offic. Vicar. tradunt pœnam c. fin. de Offic. Vicar. non esse sublatam per dictam Clement. vnicam, aut per cap. licet canon, de Elect. in Sext. Id est, inquit glos. quod etiam intra annum priuari possint, qui moniti non se promouerint

uerint ad sacerdotium. Ceterum cùm dubitem, num iudex possit abbreviare terminum seu beneficium temporis à iure concessum ad promotionem faciendam, quòd iudex non sit supra legem, sed secundum eam iudicare debeat, l. nemo, de Sentent. & interlo. omniū iud. c. i. de Constitut. cum simil. vt executor iuris.l.2. post originem, de Offic. iur. P. c. per tuas, 40. de Sentent. ex cōmun. dubito quoque, num ordinarius ante annum tempus, possit beneficiatum ad ordinationē sacerdotij cōpellere. Quocirca si velimus vitare correctionem iurium dicēdum erit, iuxta Glo, ad d.c. licet canon, ad verb. *priuatus*, quòd quando agitur de beneficio sacerdotali, post annum per non promotionem sine alia admonitione ipso iure vacat beneficiū, d.c. licet canō. Si verò agatur de aliis beneficiis nō sacerdotalibus vel non parochialibus, si habeant certum ordinem annexum, non induci vacationem per non promotionem etiam post annum sine admonitione & sententia: quemadmodum, inquit, dum de Episcopatu agitur, ad negligentiam arguendam sine alia monitione, sufficit tempus à canonibus constitutum, c.i. circa finem, 100. distinct. sed nec mihi hoc placet diffugium, cò quòd §. inferiora, c. cùm in cunctis, loquatur etiam de beneficiis curam animarum annexam habētibus. idcò melius (vt opinor) dicemus cum principio Gloſſæ d.c. licet canon, ad verbum, *priuatus*, olim factam fuisse tantum priuationem beneficij habentis curam animarum, per sententiam tantum ob non promotionē iniunctam. Nunc verò post annum & non ante, ipso iure per non promotionem induci vacationem ex Concilio Lugdunensi

in d.c. licet canon. Quod & exp̄s̄ m̄hi videtur
cautum in eodem Concilio in c.commissa, 35. eod.
tit in Sext.de Election. per illa v̄tba , *Commissa tibi
parochialis Ecclesia*, quamquam tantundem de anno
transfuerit, quod infra ipsum nequeas iuxta statutum
generalis Concilij Lugdunensis ad sacerdotium promoue-
ri, non est, nisi tunc demum cūm ex toto fuerit ipse annus
elapsus censenda vacare, nec potest antea alteri te nolente
conferr̄i verba quippe ibi notanda sunt. *Quamquam
tantumdem*, &c. quæ adimunt potestatem confe-
rendi ordinatis per non promotionēm, quamvis
constet ex anno dato ad promotionem ita exiguum
tempus superesse, vt non possit promoueri. Ratio
erit, quodd licet certum sit conditionem extituram,
tamen expectandum est, donec existat l. huius-
modi legatum , 13. Quando dies legat. ced. P. lib.
36.titul. 2. maximè in Pœnibus & odiosis san-
ctionibus,l.in illa stipulatione, & l.insulam,124. de
Verborum obligationi. P. in quibus , si stipulatus
sum intra certum tempus m̄hi ædificari insulam,
sub pœna , & tantum ex illo tempore elapsum fue-
rit, vt constet intra illud quod supererit ; non posse
ædificari insulam, tamen agi non potest ad pœnam,
nisi totum tempus præterierit , quod ædificatum
constitutum fuit : quamvis agi possit ante diem , in
quantum interest opus cœptum perfectū nō finisse,
& imperfectum relinquis; sic intelligēd̄ leges alio-
quin superioribus contrariae l. hoc iure , 10.l. si ita
stipulatus esse , de Verbor. obligat. P. Nisi dicamus
cum Speculatore in titulo de Obligationibus & so-
lutionibus, versic, *quid si promisisti ante diem*: pœnam
quidem committi, sed exigi non posse.

Potest

INSTITIONES NOVÆ

9 Poteſt & alia ratio dari cur ante anni integri laſ-
ſum , non poſſit confeſſi beneficium per non pro-
motionem, quod poſſit & die poſtremo diſpenſatio
de non promouendo obtineri , vel à ſummo Ponti-
fice, vel ab Epifcopo, qui poteſt diſpenſare viſque ad
ſeptennum ſtudiorum cauſa ; dummodò pioiuſius
promoueatur ad ſubdiaconatum , & Vicarium ſui
loco idoneum preponat Eccleſiae parochiali, c. cùm
ex eo, 34. de Elecſt. in Sex. Clem. vt hi qui , de Aet.
& qualitat. Vide Concilium Tridentinum ſeffio. 7.
de Reformat. c. 12. & ſeffion. 24. c. 12. Sunt & ſubdu-
cenda ex anno utili ad promouendum impediēta
legitima , quibus quis prohibitus eſt ſine culpa ſua
promoueri ad ſacerdotium, diſto c. commiſſa 35. §. 1.
de Elecſt. ibi , rationabili cauſa ceſſante , & ibi , ſi pro-
moueri iuſto impediēmento detentus , intra tempus non
potuisti; veluti ſi poſt impetrationem beneficij quod
ſacerdotium deſiderat , intra annum efficiatur ſine
culpa ſua irregulaſis, ex quo non potuit promoueri,
puta ſi caſu, vel morbo amifit oculum, vel manum;
nam tunc nec priuandus, nec compellandus, c. cùm
in cunctis, §. hoc ſanè, de Election. & ibi Glosſ. Ah-
ter autem ſi culpa propria incidiſſet in talem irre-
gularitatem, quo caſu priuandus eſſet beneficio, vt
notat Glosſ. ad c. licet canon, ad veſibum, priuatus de
Elecſt. in Sexto. Et ſic putat intelligendum c. i. de
Aet. & qualitat. ordina. Addit in ſuper diſta Glosſa,
eandem irregularitatem praecedentem impetra-
tionem exprimi in impetratione debere , alioquin
per eam non excufari à non promotione, quia eam
tacere non debuit, cap, quando, & cap. fin. 24. diſt.
c. expoſuisti, de corpo re vitiatis, c. iuſi cùm pridem.
§. per

§. personæ, de Renunciat. Posset etiam excusatio legitima esse promotionis non factæ, si prouisus non potuit adipisci possessionem pacificam: putà quia his ei mota est, dicto c. commissa, de Electio. in Sext. Item ut ibi Glosa notat, ad verba, *Iusto impedimento*, si post possessionem adeptam pacificam, per totum annum ægritudine detentus fuerit: vel si absens fuerit Episcopus, & commedatarias literas habere non potuerit: si Episcopus noluerit eum ordinare: ob quas & similes iustas causas si propter non promotionem collatum fuerit alteri beneficium, excipiet non promotus ac iuste se defendet, eritque secunda collatio improbanda, per c. cum Bertholdus, 18. de Re iudica.

Porro excusationem, quod quis non curauerit se ^{or} promoueri intra annum ad sacerdotium, propter item motam admittimus: ne si presbyter factus eadens à lite & beneficio priuatus sit, cogatur mendicare in opprobrium cleri, cap. diaconi, 93. distinct. Iitis enim dubius est euentus, l. quod debetur, de Pecul. P. oportet autem item motam esse super titulo & iure beneficij. Nā de rebus beneficij mota, non videtur turbare titulum, vt ideo minus pacifice dicatur possidere, quemadmodum & pacificus intelligendus possessor, si statim non fuerit passus controuersiam, vel posteà per vnum aut duos menses, vt ait Lapus per ca. fraternitatis, de Frigid. & maleficia. & ad hoc vt pacifica ad hunc effectum quesita dicatur possessio, sufficit quod semel incepit pacifice possidere, nec habetur ratio litis posteà ei motæ, cap. dudum, de Electio. l. ex empto, de Act. emp. P. aliter facile posset quis sibi item con-

fingere

I N S T I T U T I O N E S N O V A E

fingere aut certè facilius quā nunc fiat, cum dolose
supponuntur noui impetrantes, non alia de causa
quām suspendētē promotionis, vel pīscandi abud
pinguius beneficium, & ita dolo malo: quem̄ forsan
in aliis quis dicaret bonum dolum, si id ageretur ut
euitaretur mala de supponente suspicio, & bono
animo, i.e. at qui natura, s. cūm me, de Negot. gest. P.

ii His obseruat̄ resoluemus, in summa, beneficiū
tertio loco vacare ipso iure per non promotionem
intra annum, beneficio requiente sacerdotē, quare
nec post annum, prouisus poterit illud coram ordi-
nario renunciare, aut permutare, quia vacat: ideo in
vim resignationis non poterit ordinarius conferre,
nec via clausula collationis, vel alias quouis modo
vacet, quæ tamen aduci cum possit solum à summo
Pontifice, poterit & efficere in renunciatione per-
mutatione coram eo facta, ut prouisio sustineatur,
ut notat Rebiffus in practica beneficiorum, in for-
mula signaturæ, & in titulo de Requisitis in literis
collationis, nu. 16. per c. 2. de Præben. in Sexto.

Quartò autem in causa electionis beneficium
vacare poterit multipliciter: veluti primū, si electus
intra mensim, à tempore electionis ei presentante,
aut si intra tempus sibi præstitutum, electioni non
cōsenserit, vacat prælatura, e. si religiosus, de Elect.
e. quam sit, de Electio. in Sexto. nisi conditionis eius
sit electi persona, quæ non possit præstaie consen-
sum sine licentia superioris; quo casu longius tem-
plis concedendum, in quo cōmodē possit per elec-
tores à superiore consentiendi peti licentia, quo
elapso, electus iure priuatur; & possunt electores
de nouo eligere, e. si electores, de Elect. in Extraua.
comunis.

communitem secundò, si electus intra tres menses post consensum electioni præstatum, non petierit confirmationem, priuatur iure quod habuit per electionem, c. quām sit, de Electi in Sexto. Et tertio vacabunt beneficia Episcopi electi, post consecrationem, aut post menses datos ad consecrationem obtinendam, c. cūm in cunctis, §. cūm verò, de Electi. Suprà autem c. 24. dum ageremus de quinto modo vacandi apud sedem Apostolicam, disputatum ab interpretibus, monuimus an vacatio potius à tempore adeptæ possessionis pacificæ, quam à confirmatione faciet: sed tamen in omnibus istis temporibus peremptoris, excipiēda erit causa iusti impedimenti quæ excusat. Impeditus enim non differt, cap. q̄tia dimisitatem, de Concession. præb. sic in Clem. 2. §. attēndentes, §. statuumus, de Stat. anach. statutum, vt ad regimē Abbatarum assumptæ, in monasteriis in quibus Abbatissæ sunt solitæ benedici, infra annum à suæ confirmationis tempore computādum, munus benedictionis suscipiant: alioquin à ure suo, nisi sit causa rationabilis, prorsus se mouerint cecidisse, per illos ad quos id pertinet, prouisione de Abbatissæ monasteriis ipsis canonice facienda: notanda verba, *nisi sit causa rationabilis*. Quemadmodum & electio Episcopi, quæ facienda est intra tres menses, extenditur ex iusto impedimentoo & causa ultra ad plures menses, sine periculo priuationis iuris electorum, c. ne pro defectu, 41. de Elect. c. de Syracusianæ, 28. & c. bene notit, 61. dist. possunt dici impedimenta ægritudo, viarum periculum, bella, superioris causa, Curia frequens matatuō, Glos. ad d.c. quām sit, §. fin. ad verbum, *impedimento*.

R.

INSTITIONES NOVAE

lege quoque impedimenta excusationem praebent posita in l.2. Si quis cautio.P.cap.significante, 6.de Pignorib.c. cùm parati, de Appell.cap.Episcopus ad Synodum, 18.distinct. Quartò, si electi ad regimen Ecclesiarum, ante confirmationem electionis de illis celebratae, se ingerant administrationi Ecclesiarum, vel eam sibi committi, tanquam procuratoribus seu oeconomicis procurauerunt per se vel per alium, pro parte, vel in totum, iure si quod per electionem quæsitum illis fuerit, eo ipso priuati sunt, c. auaritiae, 5.de Elect.in Sex.& ibi Glos.ad veibum, priuatos, ait, olim fuisse priuatos ex eo casu per sententiam, hodiè vero ipso iure. Ad causam electionis quoque quanto loco pertinere videtur, quod dicitur in ca.cupientes, 16.§.cæterum, de Electio.in Sext. quod si electores electione facta per concordiam, vel in discordia intra octo dies postquam commode poterunt, non præsentent electionem electis, qui culpabiles ex ipsis in hoc extiterint, omnibus beneficiis suis quæ in ipsa Ecclesia de cuius pastoris electione agitur obtinent, per triennium continuum ex tunc inchoandū, ipso iure declarantur suspensi: ad quæ si intra illud tempus se propria temeritate vel alio quæsito colore ingesserint, ipso iure illis perpetuo priuantur. Subinde qui opponit aliquid electioni factæ, vel appellat ab ea proponens aliquid cōtra formam electionis, vel contra personā electi, si deficiat in probatione, à beneficiis quæ habet in Ecclesia de cuius electione agitur sit per triennium suspensus, & si intra triennij tēpus propria authoritate administratio ni illorū se immiscuerit, ipso iure illis priuatūr, in c.i.§.fin. de Elect.in Sext.

Bene

Beneficia rursus quinto loco, ipso iure vacabunt¹³ absque delicto, quæ quis de facto possideat, si illa sine dispensatione possideri non possint, que tamen legitima ostendi non possit nec eius titulus intra tempus exhibitionis constitutum ab ordinariis Episcopis, quibus auctoritate Apostolica munus hoc de titulis & dispensationibus inquirendi delegatum est, quibusque si fidem non faciant, ita vacare censentur beneficia, ut a collatoribus alius conferri possint, c. ordinarij locorum, 3. de Offic. ordinat. lib. 1. Sex. titul. 16. quia beneficium sine canonica institutione possidetur non potest, c. i. de Regul. iur. sic non exhibita dispensatione duo vel plura beneficia ab eodem possideri non poterunt, cum pluralitas sit iuribus inimica, c. quia nonnulli, de Cleric. nō resid. tota 21. quest. 1. cum similib. Hic tamen erit obseruandum ne possit obici regula de pacificis possessoribus triennalibus. Quod cum sape disputatum fuisset in Rota, tandem conclusum, regulam de Triennali possesso non molestando, habere locum in possidente duo beneficia curam animarum habentia per triennium, & sic in incompatibilibus, imo & in beneficio possesso à non promoto per triennium, & dantur plures huius sententiae rationes per Ludou. Gomesium ad regulam de Triennali possessor. quest. 10. ibique compiobationes, & contrariorum rationum reiectiones, & Glos. antiqua ad eadem d. regul. Cancell. notat habere illam locum in beneficio possesso, quod alioquin ipso iure vacaret, vel per sententiam priuatione facta: argum. in rebus, 4. §. fin. de Precar. Ratio principalis est, quod illa regula de Triennali possesso,

INSTITUTIONES NOVA

excludit tantum duos casus, in quibus locum non
habet; nempe si per simoniam, vel intrusionem pos-
sessionem quis naetus sit, & exceptiones in non
exceptis firmant regulam, i. nam quod liquide, de
Penu lega. Deinceps & rationes quibus praescriben-
di causa subnixa est, habent locum in incompatibili-
bus, & obtinent vim dispensationis, nempe ut lites
finiantur, ut dicitur in dicta regula & c. finem lit-
ibus dc Dolo & contumac. & l. properandum, C. dc
Jud. Item ne dominae beneficiorum sint sub incerto,
l. l. de Usucap. P. certique sint proprii Pastores, qui
mercenariis à Deo præferuntur.

- 14 Sexto, vacat ipso iure beneficium, & veluti ex
quasi delicto adimitur, si is qui litigat de ipso, seque-
stratione de eo statuta, sequestrationem impedit,
vel fructus sequestratos quoque modo præsumper-
rit occupare: idq; vltra sententiam excomunica-
tionis in quam incidit; Clem. i. de Sequestra. posse.
- 15 Septimè, qui propria authoritate alio possidente,
beneficij possessionem naetus fuerit, priuat ipso
iure beneficio, c. eum qui, de Præb propter violentiam & vim. L extat. Quod met. cauf. P. cū simil. ibi
nota, & ita etiam nominatum statuit Franci. p. I. mus
rex Galliar. eius nominis, edicto lato 1539, artic. 60.
- 16 Octauo, est casus in ca. vnic. ambitiosæ, de Reb.
Eccles. non alien. in Extrauag. commun. ut qui alien-
at immobilia quomodounque sui beneficij, sine
authoritate summi Pontif, vel superioris, censeatur
ipso facto priuatus Ecclesia cuius bona alienauerit,
quæ absque vlla alia declaratione vacare censemur
ut possit à collatoribus conferri, & nihilominus
alienata possint reuocari. Paulus Papa 2. constitu-
tionem

tionem edidit hanc anno Dominicæ incarnationis
1468. Calendis Martij Pontificatus sui anno 4.

Nondò, beneficium datum in commendam per 17
Episcopum, si Ecclesia parochialis post sex men-
ses à commenda, liberum est, & alijs dari potest, quia
commenda illa in ulterius tempus dari vni nosi po-
test, c. nemo deinceps, de Elect. in Sext. Notandum
tamen in hoc casu, ex defectu temporis commendę
Episcopaloris, non propriè dici vacare Ecclesiam ex
persona commendatarij, sed ex causa qua vacabat
antequam commendaretur, quia hic commendatarius
est tanquam procurator qui administrationem ha-
bet Ecclesiæ tantum, c. relatio, 21. q. 1. c. cum nobis
olim, 2. §. fin. de Elect. Contrarium tamen dicemus
de commenda quæ datur à summo Pontifice in per-
petuum hodiè & veluti in titulum; unde & vero
titulatio æquiparatur commendatarius, ut docet
Rebuffus in tract. de Pacifi. posse. à nu. 35. usque ad
50. & Glos. ad d. c. nemo deinceps, ad verb. *commen-*
dare, de Election. in Sexto.

Decimò, per professionem regularis vitę, ipso iu- 18
re vacat beneficium post annum probationis, post-
quam ingressus est beneficiatus religionem: & intia
annum, etiamsi eo tempore expressè eius accedat
assensus, id est, si velit ex integro vitam mutare, &
renunciauerit beneficio, vel expressè professionem
fecerit seu sc̄iēter habitum professorum receperit;
aliter non, nisi post annum probationis professione
facta: quo casu & tanquam vacans alijs conferri po-
test, c. beneficium illius, 4. de Regul. lib. 3. Sexti. tit.
14. c. ex transmissa, de Renunc: can. 1. Gonfaldus, 17.
q. 2. & habetur in regula Cancellarie 44.

INSTITUTIONES NOVÆ
De Vacatione beneficiorum ipso iure, in-
ducta ex causa delicti possessoris: & de
effectu vacationis ipso iure.

CAP. XXVI.

- 1 *Quomodo per simoniam vacet beneficium ipso iure & de triplici simonia, & de ea qua non est commissa à possessore beneficij.*
- 3 *Num simoniacus amittat alia beneficia sine simonia obtenta.*
- 2 *Num possint beneficia simoniaci impetrari, ante simoniam declaratam.*
- 4 *A laico beneficij investituram impetrasse, pro simonia & heresi habitum.*
- 5 *Hereticus quomodo ipso iure priuetur beneficio.*
- 6 *Schismaticus quomodo ipso iure priuetur beneficio Ecclesiastico.*
- 7 *Homicida quando priuetur ipso iure suis beneficijs.*
- 8 *Occidens sue Ecclesia rectorem, ipso iure priuatur beneficiis Ecclesiasticis: item si parentes occidat.*
- 9 *Non autem si alios occidat, ipso iure priuatur, sed priuandus est*
- 10 *Cardinalem vel Episcopum, persequens, vel consen-
tiens persequentibus, ipso iure priuatur suis bene-
ficiis, si iniuste hoc agat.*
- 11 *Includens beneficiatum, & cogens eum beneficium
suum renunciare, ipse quoque ipso iure suis pri-
uatur.*
- 12 *Falsarij literarum Pape, an beneficia vacent ipso
iure.*
- 13 *Beneficium quod vacat ipso iure, est impetrabile.*
- 14 *Priuatus ipso iure beneficij non facit eius fructus suos.*
- 15 *Et*

15 Et amittit dispositionem beneficij.

16 Nec agit persisto.

17 Neque beneficium quo quis ipso iure est priuatus, impetrabile est per mortem eiusdem.

Expedita parte vacationis ipso iure extra*1* delictum, videamus quomodo vacet beneficium ipso etiam iure per delictum. Quod pluribus modis potest accidere: primum ex crimine simonie, decisi Tholosanæ capellæ 438. Felinus ad c. in nostra, de Recipt. quod olim non ipso iure, sed per sententiam inducebat priuationem, c. presbyter, i. q. i. ibi, Ecclesia priuetur, c. 2. de Concess. præben. Hodie beneficia simoniacæ impetrata vacant, & impetratio per simoniæ obtenta nulla est, nec collatio valet, ca. cum detestabile, 2. de Simonia, in Extrauag. commu. Ut neque, inquit, prouisi possint fractus suos facere, sintque ultra excommunicati, nec possint absolti ab excommunicatione ab alio quam à summo Pontifice, nisi in solo mortis articulo, & teneantur ad fructuum restitutionem cum periculo anime sue perceptorum. Iubetur & in c. inserviatum, 13. de Simon. ut si quis sit notoriè dissimilatus habuisse simoniacum ad beneficiorum ingressum, admatur ei beneficij (id est, possessio beneficij, cum ius nullū habeat) si vero occulta sit simonia, ex qua tamen infamia laboret, debeat se purgare canonice. Neque etiam iuntur temporis præscriptione, qui habuit ingressum per simoniæ, per regulam Cancellariæ, de Triennali possessor, quia habet vitiosum ingressum, can. ordinationes, 113. & seq. sunt nonnulli, i. quæ st. i. cùm facta

INSTI TUTIONES NOVAE

simoniaca, immo pretium, favor, & obsequium, pro beneficio rencentur, ibidem, & in ca. cum pridem, & fin. de Paet. c. constitutus, de Transactio. Intelligimus tamen hic de simonia reali non mentali, & de ea quæ consistit in dando vel accipiendo, & sic sœpè iudicatum fuisse in Rota tradit Ludoui. Gomes, ad d. regulam de Triennali possess. q. 12. verba enim cum effectu intelligi debent, ca. relatum, de Cleric. non resid. Intelligetur quoque, de conuentionali, seu de ea quæ in promissione fit, ut eodem notat Gomes per eandem rationem quod verba cum effectu intelligi debent, d. c. relatum, de Cleric. non resid. & l. si quando, de legat. i. P. Et cum æquaparatur dare & promittere pro beneficio, Panor. & Felin. ad c. tua nos, de Simon. sic vera putatur simonia realis, & conuentionalis, quæ maius crimen habent, quam mentalis, quæ per solam penitentiam, ut dicunt omnes, ad cap. fin. de Simon. elui potest: quod & ibi textus probat. Quamvis enim nomine simonie generali, contineatur mentalis, cum reali & conuentionali, dicto ca. sunt nonnulli, i. quæst. i. tamen propriè realis & conuentionalis solum continentur, iuxta c. cum super, de Confessis. cap. Matthaeus, de Simonia. Panorm. ad cap. cum clerici, de Paet. Neque etiam sole preces in dubio emissæ, inducunt simoniam punibilem, c. tua, c. cum essent, de Simo. Quāquam in beneficialibus actus recipioci facio ut facias, vel, do ut facias, inducunt simoniam, iuxta tradita per Corneum, consil. fin. & per interpres ad c. pastoralis, de Rescript. & ita iudicatum fuisse tradit Gomes in citato loco. Attamen singulare est quod notat idem Gomes in fine questio. ii. ad regulam Cancell. de Triennali possess. quod illi

qui sola conuentione simoniam, cōmittunt, beneficio non sunt ipso iure priuati, sed priuandi per sententiam, nisi simonia realiter dando vel accipiendo cōmittatur, vt latè probat Guillelmus seu Collectaneus, in collectio. decisionum tit.de Consti. decis. 5. Nec hic sequendus Petrus Ancharanus dū in cōsil. 293. ait, indistinctè simoniacū non esse priuatū ipso iure beneficio, & consequenter habere titulum coloratum: vel intelligendus est loqui de simoniaco occulto, & quandiu occultus est, quia Ecclesia non iudicat de occultis. c. nobis, de Sent. excom. c. vnic. vt Ecclesiast. benef. sine diminutio. conferan. Paria enim sunt secundum iudicium exterius, non esse vel non apparere, l. in lege, de Cōtrah. empt. P. idèò simoniacus eo modo quādū occultus est, censetur vel præsumitur habere titulum coloratum, ex communi pīeumptione, quod bonus quilibet habeatur donec de contrario hqueat. ca. fin. de Præumption. Alter Simoniacus manifestus, & ipso iure priuatur beneficio, & dicitur detestabilior omni peccatoie, c. tāta est, c. per tuas, de Sim. grauissimū enim scelus, de quo vide quæ diximus lib. 33. Syntag. c. 13. & pulcherrima & notabilia. Quin tamen posset, num Simoniacus possit priuari beneficio, ratione cum non ipse sed alius simoniam cōmisit? Et respondeatur nō posse possideri beneficiū ad quodd simoniacē quis electus est, neq; ita electus alio cōmittēte simoniam iure electionis gaudet: sed debet dimittere tale beneficiū. Atq; in prēlatulis eo modo obtētis nō potest quis ab Episcopo superiori dispēsationē habere; in inferioribus beneficis cōtrā, c. peri. de Elec. & ibi Panor. ait ibidem, ideo beneficio priuari ipso iure.

I N S T I T U T I O N E S N O V A E

Idipsum dixit in c.nobis, de Iure patron. sententia
que eius approbata est per Rotam, vt tradit Lud.
Gomes, ad Regu.de Trien. pos. in mense Martio 1536.
Sunt quedam quæ licet non imputetur ad poenam
impediunt tamen sacramenti signaculum: ambitio
quippe parentum non imputatur filio ad poenam,
obest tamen ei ad munus Ecclesie accipiendum, c.
si quis insaniens, 12. §. fin. 15. quæstio. 1. cap. 1. quæst. 5.
Si tamen quis data opera in odium electi commi-
serit simoniam, vt per eam electus iure suo priuare-
tur, nō ei nocebit infcio; vel nec etiā sciēti, si recla-
mauerit. c. tuis literis, c. ex insinuatione, de Simon.

- 2 Quærit & rursus Angelus Clauasius, ad veibum,
simonia, 6. an qui in beneficio commisit simoniam,
aliis priuetur quam per simoniā adeptis & possessis.
Respondetur simoniacum suspendi à beneficio, &
interdum deponi per sententiam, ca. sane quisquis,
15. quæst. 3. ca. inquisitionis, de Accusation. & Papus
Tonio 3. notariorum lib. 2. pag. 90. tradit, quod ad
priuationem beneficij alicuius sufficit, quod in
alio beneficio commiserit simoniam, eaq; de causa
priuabitur non solum beneficio empto, sed etiam
aliis beneficis; quia simoniacus est incapax posses-
sionis beneficiorum ut infamis, nisi absolutus, aut
dispensatus fuerit cum illo, ca. ex diligent, 17. & ibi
Glos. ad verbū, *infamia*, de Simon. Occultus simo-
niacus suspensus etiam erit quod ad se pertinet; non
quod ad alios, sed suspendendus, cap. 1. & 2. 1. quæst. 3.
Vnde si renūciat beneficio ita acquisito, potest in
ordine suo, post peractam pœnitentiam, & aliis be-
neficiis licet habitis: at eo beneficio in quo simonia
commissa est retento, non potest agere pœnitentiam,

c.inquisitionis, de Accusati. Quod si manifestus sit simoniacus suspēsus est quoad se pertinet & quoad alios ipso iure, c.præter hoc, §. verū, vers. officiorum, 32. distin. & quamvis beneficium renunciet vel dimittat , tamen eget dispensatione at quilibet notoriū criminofus,c.fin.de Temporū ordinat.

Praxis in Gallia obtinuit aliquando, vt beneficia ;
vacantia per simoniām impetrari etiam ante decla-
rationem simoniae possent, atque possessionem nan-
cisci & defendere impetrantes contra antiquum
postellorem simoniacum possent. Et si ipse interce-
deret vel se opponeret, sufficeret līte introducta,
per titulum,acta,& testes, docere de Simonia. Quod
& puto adhuc obtinere non obstante constitutione
Regia edita in Comitiis Aureliæ habitis , articulo
4. qua^t vetat,iure deuoluto conferri alicuius benefi-
cia per eius incapacitatem , nisi incapacitate prius
declarata. Quippe quod incapacitas præsupponit
titulum possessoris : at simonia nullum dat titulum,
ob virtiolum ingressum, vt diximus.

Inter simoniacas prouisiones habitum est , acci- 4
perc à laicis beneficijs inuestiturāt , vnde & Hen-
rici 4. Imperatoris tempore , qui sibi mordicus in-
uestituras vendicabat, dicta est Henriciana h̄c̄esis,
vt scribit Abbas Vspergensis, & ob illam simoniām
& alia quædam , fertur illi ademptum ab electori-
bus imperium & datum filio eius Henrico , vt scri-
bit Hehnoldus in Chronicis Sc̄lavorum,c.32. Extat
& constitutio ex Concilio Parisiensi, c. 8. in c.si per
ordinationem,§. sub 63. distinct. vt si quis per ordi-
nationem regiam,honoris sc̄ilicet Episcopalis , cul-
men peruadere nimia temeritate præsumpsit , à

INSTITIONES NOVAE

comprouincialib. loci illius Episcopis recipi nullatenus mereatur, quē indebitē ordinatū cognoscūt, &c.

Secundō, ob crimen hæreseos; si quis manifestus sit hæreticus priuatur beneficiis & officiis Ecclesiasticis, c. ad abolendam, de Hæretic. vbi Glossa notat, manifestum hæreticum dici, qui se tales esse profitetur & asserit, vel qui pro tali damnatus est, vel qui prædicat dogma hæreticum, aut asserit vel defendit. Eadēmque dicenda de his qui consentanei fauentque hæreticis, aut eos defendant, qui hæreticorum pœnis puniuntur, c. excommunicatus, de Hæretic. c. vt commissi, eod. tit. in Sex. Ratio posset esse, quod bona hæreticorum fisco addicantur ipso iure, c. cùm secundum leges 19. de Hæret. l. 4. C. de Hæretic. & lib. 16. Cod. Theodosia. tit. 5. l. 43. § 2. § 4. ita & vetitum, ut qui impugnant Ecclesiam, ne nomine aliquid Ecclesiæ possideant, c. quo iure, §.legantur, 8. dist. Ita & hæretici, credentes, receptatores, defensores, & fautores eorum, ipsorumque filii vique ad secundam generationem, ad nullum Ecclesiasticum beneficium vel officium publicum admitti debent: quod si fiat, factum declaratur irutum & inane, c. 2. §. hæretici, de Hæretic. in Sext. imo qui ad preces harum personarum dignitates, personatus & alia quæcunque Ecclesiastica beneficia fuerint assecuti, priuantur acquisitis, per d. c. 2. §. ad hoc quoscunque, de Hæretic. in Sext. Notat Præpositus post Dominicum ad dictum c. quo iure, 8. dist. & Compostellan. ad c. quod sicut, de Election. crimen hæreseos, facto inducere beneficij priuationem; Idipsum Ancharan. consil. 288. incip. *ultra alias lenniter.* Felinus ad c. 2. de Rescr. Nicola. de Milis,

in suo Repertorio. Panorm. post Innocentium ad c. inter dilectos, de Excessi. præla. Refert Papus lib. 3. Rhapsod. aristo. titul. 6. duo arresta Curia supremae Parisiorum, quibus iudicatum fuit impetrata beneficia tamquam per hæresim vacantia, rectè etiam ante declarationem hæresis impetrata videri, dummodo vocentur in adeptione possessionis controversa, priores pessellores, ex quorum hæresi fuerunt collata, ut sciatur num se esse nouæ religionis, quæ hæresis est, assenserent; nam si denegent non damnati, relinquitur eis restitutionis ad beneficium spes, ex c. 312. omnes cuiuslibet, i. quest. 1. & ex c. 1. §. fin. de Præscription.

Si quis etiam in schismate adhæsetit Antipapæ, 6 suis beneficiis censetur priuatus, secundum Iacobinum in Tractat. Feudorum, in verb. *de adherentibus*. Rebuffus ad titul. de Regia ad prælaturas nomina. §. monasteriis, ad verbum, *vacantibus*, in 31. modo vacandi. in Concordat. qui & id probari putat per ca. olim, de Accusation. Et notat solere Papam priuare beneficiis adhærentes Antipapæ, & breui manu, quando notoria est adhæsio, etiam illis non vocatis aliis conferre beneficia.

Tertiò, vacat beneficium ipso iure homicidio 7 per assassinum, ut dicunt, facto, quod probatur ex Concilio Lugdunensi, cap. 1. de Homicid. in Sexto, cuius summa, ut quicumque princeps, prælatus, siue alia Ecclesiastica secularisve persona, quempiam Christianorum per assassinos interfici fecerit: vel etiam mandauerit, quamquam mors forsitan ex hoc non sequatur: aut assassinos receptauerit, vel defendenterit seu occultauerit, excommunicationis & de

& depositionis à dignitate, honore, ordine, officio,
 & beneficio, incurat sententias ipso facto: & illa lib-
 berè aliis, per illos ad quos collatio pertinet, confe-
 rantur, &c. sit diffidatus omni populo Christiano,
 &c. Concilium ibi Lugdunense de assassinis tan-
 tum loquitur. Assassini proprio nomine Arpacida
 dicti ex genere quodam Peisatum tempore Inno-
 centij 4. qui cum impietatis essent Mahometica
 coniurarunt in necem Christianorum tanta cum
 pertinacia, ut sibi persuaderent vitam se consecu-
 turos aeternam, si aliquem ex Christians neca-
 fissent. Et ideo, quo scelus facilius hoc nefandum im-
 plementerent, disceabant Christianorum idiomata, ut cum
 dicidissent; possent proditione incautos & non sibi
 prospicientes tollere, nihil metuentes moni si id
 executi deprehenderentur: ut ait Paulus Ämi-
 lius in 5. in Ludouico Iuniore. & lib. 7. in diu-
 louici vita. & Polydor. Virgil. lib. 16. historie An-
 gliae. Arfaces primus rex eius nominis Parthorum,
 successoribus regibus nomen dedit, qui ideo Arfa-
 cidae dicti, de quibus Iustinus ex Togo, li. 41. & 42.
 Ille Arfaces post annum 100. Alexandri Macedo-
 nis, ut scriptit Nicephorus, libertatem Parthis resti-
 tuit, cuius deinceps posteti imperium tenuerunt
 annis 400. usque ad Artabanum postremum, subiu-
 gatis Medis & Persis. Artabanum autem Aitare-
 xes Persa deuicit, & Persis veterem Imperij glo-
 riā & nomen restituit. Remanserunt tamen
 plures ex illa regum familia qui posteā Mahume-
 tani facti, Christianorum nomen & personas in-
 conciliabili odio prosequabantur: de quibus pra-
 dicta constitutio Lugdunensis in ca. i. de Homicid.

in Sext. Sic Ioannes Andreas & Archid. ad d.c.i. & Aretin. consl. 163. &c alij, & Glos. ibidem, ad verbum *Formidantes*, dixerunt, prædictam constitutionem habere tantum locū in illis qui assassini dicebantur & mittebantur à domino cui subnuciebantur. At Iulius Clar. lib. 5. Sententia. iuris, §. assassinum, adfert plurium interpretum authoritatem, qui tradunt dispositionem c.i. de homicid. in Sext. habere locum non tantum in eo genere hominum qui ex Persia assassini vel Arsacidæ dicebantur; sed etiam in aliis qui occidi Christianum pretio mandant, vel fidei vel infideli: requiri tamen quodd imperfectus fuerit Christianus, quod & afferit Alexader consil. 166. incip. *videtur fortasse*, volu. 7. Angel. consil. 14. incip. *Nos Carolus, &c.* Quæ tamen vera putanda sunt per similitudinem. Siquidem aliter constitutio tantum lata est de assassinis, & in eos qui ministerio Arsacidarum vtebantur ad necandos Christianos proditoriè, ne ipsi id egisse viderentur quod per infideles fieri iubebant. Pretio neciae hominem gravissimum crimen & capitale habitum, in I. Cicero, de Poen. P.

Quamobrem & per similitudinem, si beneficia- 3
tus rectorem suæ Ecclesiæ occiderit, proiussus declaratur suo beneficio ipso iure priuatus. in ea. in quibusdam, 12. de Poen. id ipsum & c. it habere locum Fe-
linus ad cap. inquisitionis, de Accusatio. si occiderit
clericum, vel parentes, aut alterum eorum, vel fra-
tres. Videndus Ioannes de Anania consilio 63. in-
cip. *præsupposito*.

Aliter homicida quamquam propter irregulari- 9
tatem non possit consequi beneficia de nouo sibi
collata

INSTITIONES NOVÆ

collata ; tamen iam tunc possessa & collata per superueniens delictum homicidij, ipso iure non amittit: nisi post sententiam & priuationem exprellam Panorm. ad cap. vlt. de Excessib. prælat. Innocentius ad c. cùm nostris, de Concession. præben. Bald. adl. cum fratre, de His quib. vt indignis. C. Philippus Decius, confil. 166, incip. *Ego Philippus*, 1. volu. Diaz de Luço in Practic. criminali canonū, ca. 88. Rebatus tractat. de Pacif. possesto. num. 261. 262. 263. 264. Ioannes de Anania, ad ca. fin. de Homic. Iulius Clarius §. sententiarum iuris, §. homicidium, nu. 21. Probat & cap. clericis, §. Ne cleic. vel man. sec. neg. se immisc. ibi, que truncationem membrorum vel per se vel per alium intulerit, honore priuatur quem geru in Ecclesia. & in cap. ex literis, 10. de Excessib. prælat. Episcopus qui consentit directe vel indirecte homicidio seu suspensioni furiis, qui in ferri carentis pro innocentia probatione defecerat, debet cedere Episcopatu, aliter eo priuato, alijs confeietur. facit & c. 2. de Cleric. pugnant. in duello. Et hoc ipsum verum esse putant, etiam si homicidium factum fuerit ex industria per insidias, dicunt *De guei à pens*. Galli & vt non priuetur homicida beneficis ipso iure sed per sententiam. Aufrer. decisio. 207. Collectan. ad cap. inquisitionis, de Accusationib. Singulare. quoque illud, vt quamvis homicida fuerit de homicidio condemnatus, non dicatur ex eo solo beneficiis priuatus, nisi expressè per sententiam illis priuatur. Præpositus in c. studeat, 50. dist. fact c. fraternitati, 6. de Cleric. excommun. ministr. dum diciatur, vt si prepter suos excessus excōmunicatus celebrat, possit spoliari beneficio : vnde colligitur,

per condemnationem non sive priuatum. Id asserit & Bald. ad l. cum fratrem, de His quib. vt indign. Aufrer. decis. 436. incip. *Item et cetera an si contraria.* Multo magis reus homicidij factus non censetur ante sententiam priuatus beneficiis: vix autem accedit ut in sententia condēnationis homicidij possimum ex insidius facti non interueniat priuatio, quia quandocunque homicidium committitur per clericum, facto, praecepto, lingua, consilio, seu adhortatione, homicida est ab ordinme & gradu depoñendus, Gloss. ad c. sicut dignum, §. clericos, ad ver. *concluſum*, de Homic. cum similib. ibi nota. textus in cap. cum non ab homine, de Indic. ea. inquisitionis, de Accusat. c. 4. minor, 50. dist. Nisi forsitan tam atrox homicidium ut clericus homicida sine degradacione concurritur à Curia seculari morte. Is enim priuale beneficis sua sententia non potest: quamvis post condemnationem ultimi supplicij, remittat ad forum Ecclesiasticum, ante executionem, pro exauthoratione vel degradatione facienda.

Quartò, vacat beneficium ex delicto ipso iure, 10
in specie, cap. felicis, de Pœnit. in Sex. quando quis
persecutus fuerit Cardinalem hostiliter, vel per-
cussit, aut cœperit, vel socius fuerit facientis, aut
fieri mandauerit, aut factum ratum habuerit, aut
consilium dederit, aut fauorem, vel postea scienter
facientem receptauerit, vel eundem defenderit, vt
sicut reus lese maiestatis sit infamis, dissidatus, in-
testabilis, &c. et si quod beneficium vel officium
Ecclesiæ habeat, si eis ipso iure priuatus, & possit
conserui liberè, &c. & ad beneficium & officium Ec-
clesiasticum in posterum sit inhabilis. Simile statu-

tat in Clem. i. de Pœnis. de eo & beneficiis eius qui persecutus est , occidit , aut consilium & fauorem dedit persequentibus aut occidéribus Episcopum, vt priuetur ipso iure beneficiis quæ habet in Ecclesia eius Episcopi , & possint liberè alius conferri. Quod tamen olim fiebat per sententiam si necati essent Episcopi à beneficiatis, cap.ad aures, 10. ca.in quibusdam, 12. de Pœn. apud Gregor. Notat tamen Glos. ad d. c. felicis, ad verb. *percussere* de Pœn. in Sexto, intelligi Decretalem, quādo illa facta essent iniuste contra Cardinalem , non etiam si se defendendo, quo casu cessaret dispositio & pœna, c. significasti, 2. de Homic. cap. si verð, 3. de Senten. excom. permittit defensionem ius naturale, & lex. l. ut vim, de Iust. & iur. P. cum simil. ibi nota. & qui auctoritate legis facit, pœnam non meretur, c. qui peccat, 23. quist. 4. l. Graecus, ad leg. Iul. de Adulter. C.

ii. Quinto, qui veros Ecclesiasticos cœperit, & captos sua beneficia renunciare coegerit ; si prælani sunt , suspenduntur per triennium à perceptione fructuum Ecclesiarum suarum: si inferiores, eo ipso obtentis beneficiis sunt priuati, Clem. multorum, 2. de Pœn. i renunciationibus , vt ibi dicitur, nihilominus etiam per superiorem receptis & ratis habitis, nullis existentibus.

ii. Sexto, propter falsum commissum in literis summi Pontificis beneficiatus priuatur suis beneficiis, c. ad falsariorum, de Crimi. fals. quod caput intelligunt interpres de priuatione ipso iure : quamvis textus non meminerit : sed declareret priuandum. Sicque intelligit de ipso iure loquutum textum, Rebussus in tractat. de Pacific. possessor. num 26.

Tutius autem erit statuere , non vacare ipso iure , sed per sententiam ; eò quòd falsi crimen longam exigat indagationem , & sic quoque resolutum Papus Tomo 3. Notarior. lib. 2. pag. 91. Neque etiam dicemus in omnibus criminibus in quibus etiam depositio ordinis & cæcer perpetuis imponitur , vel pena etiam mortis , statim vacare beneficium admissio delicto , quamvis grauus sit superioribus , & nisi per unius dispositionem expresse dicatur , delicto commissio , id est , ipso iure , vacare : quamquam per condemnationem criminis priuatio fieri debet . Si inueniantur alij tamen calius , superioribus addi poterunt , isti námque mihi nunc tantum occipiunt . Promde perueniamus ad utilitatem & effectus vacationis inductæ ipso iure .

Effectus itaque primus erit qui ex superioribus ¹³ in summa colligitur , vt beneficia quæ vacant ipso iure , possint impetrari ante sententiam condemnationis , vel sine vacatione possidentis de facto , & sufficiat docere post impetrationem de causa vacandi , si priuatus intercedat , vel se obiciat , c. licet Episcopus , vii 2. de Præben. in Sexto .

Secundò , quòd priuatus ipso iure , posteà non ¹⁴ facit fructus suos , sed teneatur ad restitucionem perceptorum , ca. cum detestabile , de Simon. in Extrauagant. communib. Diuersum si per sententiam tantum sit priuandus ; num tunc vel à tempore litis contestata secundum aliquos , vel à tempore priuationis & sententie teneretur ad restitucionem . Panormit. ad ca. item cum quis , de Restitution. spolia . Postquam autem condemnatus & priuatus testi-
tuit tanquam predo & intrusus , l. p. ix. de Pet.

I N S T I T U T I O N E S N O V A E

hæred.&c ibi Angel.& Paulus,& Rebuffus de Pacif,
possessor.263.

15 Tertiò priuatus beneficio ipso iure , amittit dis-
positionem sui beneficij à tempore quo ex facto in-
ducitur priuatio : vt non possit renunciare aut per-
mutare ; quia nullum ius habet amplius in eo quo
priuatut : cùm tamen posset renunciare & permu-
tare ante condemnationem , qui tantummodo per
sententiam priuandus est , quandiu in reatu esset.
Glos.ad cap.2.ad verbum, *finita*, Ut lite pend.in Sexto
in dictis.capecillæ Tholosan.436. Rebuffus tractat.de
Pacif.possessor.num. 261.262.latius posteà in effectu
i.vacationis per sententiam.

16 Quartus effectus,quòd priuatio ipso iure,agenti
pro eo quo priuatut beneficio , in petitorio obiici
possit causa ex qua priuatus,vt quia hæreticus, Pa-
normitanus. ad ca.inter dilectos, de Excessib. præ-
lat. Bernardinus Diaz in practica criminali cano-
num, cap.106.

17 Quintus effectus , quando moriente reo crimi-
nis ex cuius delicto ante mortem vacabat benefi-
cium , non debet beneficium impetrari per mor-
tem;quia per mortem non vacat,cum ante vacaret,
sed ex causa delicti , vel quasi , vt per hæresim , per
non promotionem , &c. contrà in beneficiis que
non admuntur nisi per sententiam , que in reatu
mortuis possessoribus, ante priuationem, impetrari
possunt per mortem.Glos.in dicto ca.2. ad verbum,
finita, Ut lite penden. in Sexto, cùm & moite resu-
sit his,de reatu , illa etiam extinguantur & crimen.
cap.quorundam,23.distinction.

De vacatione beneficij ipso facto tantum.

CAP. XXVII.

1. Modi vacandi ipso factō tantum , sunt per reten-
tionem:
2. Per coactam renunciationem:
3. Per absentiam:
4. Ante acceptationem collationis:

Beneficia amittuntur seu vacant ipso fa- 1
ctō tantum , & non iure , quando quis
priuatur detentione corporali , & tamen
remanet titularius. Primo , si quis deie-
ctus vi fuerit de possessione , vt in c.accepta con-
questione , 3. & ca.olim , 18. de Restitution. spoliat,
cum similib.

Secundò , si legitimè electus , fuerit coactus re- 2
nunciare iuri suo per terrorēm incussum à populo,
c.ad aures , 3. de His quæ vi metūsc causa fiunt.lib.
1.tit.40.vel per metum principis,c.ad audientiam,4.
de His quæ vi met.fiunt.

Tertiò , possemus dicere vacare beneficium ipso 3
factō solum , quod pro derelicto habetur , non re-
sidentibus & absentibus titularius.c.2.& 3.de Cleric.
non residen-

Quartò , vacare dicetur ipso facto , quandiu post 4
collationem non fuerit acceptatum , vel non fuerit
data taalis possessio . cap. si tibi absenti , de Præbend.
in Sexto,

De Vacatione seu priuatione aut amissione
beneficiorū, ipso iure & facto: & pri-
mum per renūciationem simplicem,
& in fauorem certæ personæ.

CAP. XXVIII.

- 1 Renūciatione, & morte, ipso iure & facto simul, amittuntur beneficia. & renūciatio quid.
- 2 Resignare quid.
- 3 Cessio quid.
- 4 Renūciationis dissimilatio in tacitam & expressam: & de tacita.
- 5 Expressa quid.
- 6 Subdissimilatio renūciationis, in puram, conditionalem;
& quæ sit pura: & quare non possit conditionaliter
fieri coram ordinario.
- 7 Quomodo tamen propemodum in fauorem fieri coram
ordinario possit.
- 8 De renūciatione conditionali, & in fauorem certæ
personæ: & quare non fiat coram alio quam summo
Pontifice.
- 9 Renūciatione in fauorem non admissa, remanet titula-
rius resignans.
- 10 Et percipit fructus beneficij resignati, donec videat
admissionem.
- ii Quandoque vacatio inducitur ex renūciatione in
fauorem
- i  Mittuntur & vacant beneficia ipso iure
& facto, quando nec ius, nec possessio
beneficij apud ullum est. Quod accedit
pluribus modis, quorum potiores per re-
nūciationem, & per mortem titularij, c. suscepimus,

de Rescript.in Sext. ca. quamuis tibi, 38. de Præben.
in Sexto, cap.fin.de Veib. signifi. in Sexto. Dicamus
primum de renunciatione de qua & egimus lib. 17.
Syntagma. cap. 17. vbi renunciationem definimus:
iunis esse proprij remissionem, secundum Cardina-
lem ad Rubric.de Renunciatione Sext. Inueniuntur
synonima & pro codem actu renunciare, resignare,
cedere: ut renunciatio, resignatio, cessio, secundum
Glossam ad Rubric.de Renunciatione. in Clemen.
quamquam inter Latinè loquentes & horum no-
minum aliae possint esse significations. Quemad-
modum sèpius usurpant renunciare pro simplici
nunciare, refutare, dictum factumve narrare: nec
tamen respuit punitas recti sermonis, dicere re-
nunciare: pro elurrare, dimittere, recusare; ut apud
Ciceronem 3. Verrina. Atque idem Sthenio vchemen-
ter infensus, hospitium ei renunciat, domo emigrat.
Dixit & idem ad Atticum, Renunciare conditionem.
id est, ut ait Ascon. Pædia. Irritam nunciare Sic apud
Caum in l. 2. §. in repudius, & sequentib. de Diuor.
lib. 24. P. tit. 2. In repudius (inquit) id est, in renunciatione
comprobata hac sunt verba, tu u. res tibi habeo: in m
hac, tuas res tibi agito: in spons. libri queque discutien-
dis placuit renunciationem interuenire oportere: in qua
re hac verba probata sunt, conditione tua non utar: sine
autem ipsi presenti renuncietur, sine absens per eum qui
in potestate eius sit cuiusve is eave in potestate eius sit.
nihil interest.

Vtumur & nomine resignationis pro renuncia- 2
tione: & ita resignare aliquando inter probè loquen-
tes, reddere est, ut apud Horatium libro 3. carmin.
Ode 19. de fortuna.

INSTITUTIONES NOVAE

Si celeres quatit pennas, resigno que dedit.

Et i.Epist. i.Epistola.

Hac ego si compellar imagine cuncta resigno.

Sic in c.i.de Renunc.in Sex.quod proponit Bonifacius quæsumus, num sum. Pont.possit pontificatum sum. renunciare, resolutus, statutum esse, posse cum liberè resignare.

3 Vtumur & nomine cessionis pto renunciatione, vt in c.ex literis, 10.de Excessib.pr.xlat. iubetur vt beneficio cedat, i.ut resignet. & in ca.susceptu, de Rescript.in Sex. quod dictum est beneficiu vacare per resignationem vel morte, postea explicatur per cessionem, vel morte. Sic usui patitur & in c. quidam cedendi, de Renunc.& in Clem.i.cod.tit.de Renunc. Confunditur autem nūnūm subtilis diffētia, quam adserit Gloff.ad regul.Cancell.43.dum tradit cessionem dici, quando quis tantum dimittit ius quod habet : renunciationem verò, quando quis possidet beneficium & illud dimittit. Nam & renunciare liti dicimus, etiāsi de iure lis mota est, l.postquam ltu, 4.de Paet.C. Et cessio contra bonoru dicitur, quando dimissis bonis, eorū possessionem relinquimus, toto titul. de Cession. honor. lib.42. P. tit.3. & qui bonus cedere possunt, lib.7.C.tit.71.

4 Renunciatio beneficij aut tacita , aut expressa. Tacita est , quæ & præsumpta , & ex consequentia actus contrarij retentioni colligitur, vel ex rei evidētia, vel ex authoritate canonis seu legis, quando quis facit actū ex quo lex inducit vacationem , veluti dum adēptione secundi beneficij incompatibilis cum possesto, vacat primum, ca.de multa, de Piab. c.i.de Offic. Vicar. cum simil. vel si aliud incompatibile

tibile acceptet, Clem. gratiæ, de Restr. si ingredia-
tur seu profiteatur religionē, vel alia faciat ex qui-
bus paulò antè diximus ipso iure vacare beneficiū.
Si etiam qui ius habet patiatur aduersarium in pos-
sessione per triennium, nec persequatur litem, in
regula Cancell. de Triennali possell. Cæterum ubi
canon, vel ius non inducit amissionem vel renun-
ciat.onem ex actu, diligens indagatio voluntatis
præsumptæ eius qui ex aliquo actu præsumitur re-
nunciasse, concurrete debet. Cùm nemo præsuma-
tur facile sponte resignasse beneficium, quod forsitan
multis laboribus & expensis quæsiuit, c. super hoc,
§. de Renunc. ca. quia verisimile, de Præsumpt. lib. 2.
tit. 23. vt neque præsumitur renunciasse sponte qui
spoliatus renunciat quamvis non renunciatur omnino
exceptio, quod sponte renunciauerit, si probetur:
ca. 2. de Restit. Spol. lib. 2. tit. 13. Quamobrem & qui
reddit suas literas proutiōnis beneficij capitulo, se
subiectis eius misericordie, non censetur renunciare
iuri quod in beneficio habebat, ratione literarum,
cap. Ianè dilecto filio, 7. de Renunc. nisi expressè in-
strumēta collationis vel beneficij, in manib[us] supe-
rioris ea intēctione resignauerit, vt in c. cùm pridē, 4.
de Pact. eo enim modo cōtēta in instrumēto idēctur
vnā resignata, l. 2. Que res pign. oblig. poss. C. l. qui
Chirographū, de Leg. 3. alioquin nemo generaliter
præsumitur iactare iūū, l. cū de indebito, de Prob. P.

Expressa resignatio dicitur efficax, que à verò §
titulatio spōte fit, & verbis accōmodis & volūtatem
apeitē declarantibus, vt in c. i. de Renuncia. in Sex.
& Clementin. quemadmodum expressum dicitur,
illud quod sit specialiter per verba clara & aperta,

I N S T I T U T I O N E S N O V A

non per signum aut per verba generalia, vt colligatur ex Clemen. appellanti, de Appellat. Illud & in hac distinctione notabile, vt quoties consensus expressus in iure requiritur, non sufficiat tacitus: seq; maxima differentia ita inter expressam & tacitam renunciationem, c.admonet, de Renunciat.c. quod in dubiis, eod.tit. quemadmodum inter expressam & tacitam professionem maxima est differentia, c. porrectum, de Regulari. & ibi Hostiensis. quia magna est vis in verbis, pro quo & facit c.tue, & c.fin. de Spons.c. cum Martha, de Celebri. Missat. ca.i. de Baptis.c. fin. de Re iudic. in Sext. & vbi cumque iura statuunt de expressa facienda mentione alicuius rei, ibi non sufficit tacita etiam æquipollens, vt in cap. cæterum, c.si proponente, c. ad aures, ca.ad audienciam, c. cum adeo, ca.constitutus, de Rescript.c.i. de Constitu. in Sex. c.si motu proprio, de Preb. in Sex.

6 Resignatio expressa rursus, vel pura, vel conditionalis est; Pura simplex dicitur, sine modo, die vel conditione; vt & puram dixit stipulationem Iustinian. in §. omnis stipulatio, de verb. oblig. quæ nihil aliud habet admixtum, & præsentem haber effectum, non ad diem, vel sub conditione suspensum. iunge §. sub conditione, eiusdem tit. l. obligationum ferè, 44. de Actio. P. Pura itaque renunciation fit & simplex, quando quis à se beneficium submouet & dimittit in manibus superioris vel collatoris, qui de eo tanquam vacante possit liberè cui voluerit prouidere. vt in c. 2. 3. 4. & seq. de Renunc. Et hæc est quæ tantum fieri potest coram ordinario collatore, coram quo prohibita est renunciation in fauorem alicuius certæ personæ, sine vito simoniz

quamvis

quamvis ea fieri possit coram sum. Pontif. Felin. ad c. ad audientiam. in 2. de Rescip. Gomes ad regul. Cancell. de Triennali possess. quæst. 13. nisi & qualitas beneficij renunciandi prohiberet coram alio fieri quam summo Pontif. non tunc nec pura coram ordinario posset fieri renunciatio, vt si de Episcopatibus agatur, à quibus abire prelati nequeut nisi dispensante & volente summo Pontifice, ca. pen. & fin. de Transact. Episcop. ca. i. & c. nisi cum pridem, in fine de Renunc. &c. quibus, & ibi Gloff. de Elect. in Pragm. sanct. Constituunt & aliqui aliam exceptionem prohibentē renunciationem puram etiam fieri coram summo pōtifice, si procuratio facta iam fuerit ad resignandum in manibus summi Pontificis, & iam procuratio Romam missa fuerit & manus (vt dicunt) summus Pontif. apposuerit in beneficio siue pure, siue in fauorem, siue ex causa permutationis. dicunt enim ex eo, habere manus ligatas, nec posse resignantem etiam post revocationem procuratoris in Curia, resignare coram ordinatio. Ioannes de Selua tracta. beneficiorum 3. parte q. 6. Barbatia. consl. 48. volum. 4. Felinus tamen contrariam sententiam defendit, ad c. ex parte, de Rescip. que & videtur æquior & receptionior, dummodò revocatio procuratoris in Curia Romana constituti, fiat re integra, & cognita fuerit procuratori, & ita videtur expressè textus concludere in Clem. vnic. de Renunc. Et proinde Felino quoque subscribo, etiamsi iurauerit qui dedit procuratorem se non revocaturum. Nam hæc perjurus efficiatur revocando, & ex eo imponi ei debeat penitentia, tamen re vera post revocationem procuratori deest consensus:

sensus : ideo nihil efficaciter ex mandato reuocato agere poterit. Gloss. ad ca. fin. ad verb. *renocari*, de Procuratori. in Sex. & per ca. sicut, & ca. inter. de Sponsalib , nisi procuratio esset ad renunciandum **ex causa permutationis**, quia tunc pars illius contractus renunciationis, videtur esse procuratio ad resignandum & inuito alio cuius interest reuocari non potest, Felin. ad d.c. ex parte decani, de Refr.

7 Nihil tamen vetat, renunciationem hoc modo fieri coram ordinario, & rogare eūdem renunciantem ipsum ordinarium, vt velit illud beneficium renunciatum tali conferre dummodo id ipsum sine pactione fiat, neque inducetur inde simonia collatione alteri ad preces renunciantis facta, quia liberum est collatori, conferre cui voluerit. Quemadmodum reputatur quidem simoniacum, si clericus offerret omnia bona sua capitulo, ea pactione ut recipere tur in canonicum, & bona data sibi relinquuntur pro præbenda: non etiam si offerret quidem bona sua, & rogaret se recipi in canonicum & retinere bona quindiu vivaret, cessante pactione; c. tuinos, 34. Simon. c. tuam in domino, 10. de AEtat. & qualit. ordinan.

8 Sub conditione & non purè fieri potest renunciatione in favorem alterius, cum reseruatione pensionis cum regressu, ex causa permutationis & non aliás : videamus pauca de singulis. Renunciatione in favorem certæ personæ tantum, & non aliás, nec aliter, fit coram summo Pontifice, vt in ea. ex parte, 12. de Offic. delegat. & ibi Glos. & interpretes. Rebuff. in praxi beneficior. titulo de Resignatione condition. num. 1. & 2. Panorm. ad Rubric. de Sit

& in c. suscep^{tum}, de Rescript. in Sex. Refert Papus
in Rhapsodia arectorum lib. 2. titul. 8. arest. 20. ex
Rebusso in tract. de Pacif. possess. num. 154. Re-
signationes factas coram ordinario ; vel coram alio
quam summo Pontifice, reddere nullas collationes
in vim earum factas, & sine effectu, & quod illis
non obstantibus resignans remanet beneficij resi-
gnati dominus, vt ante resignationem, vt neque
ex ea vacet beneficium : & ita iudicatum Parisius in
Senatu anno Domini 1513. inter Hardonium Forne-
tum appellantem à præposito Parisiorum, & Renau-
tum Vallaniū appellatum. Cur autem coram sum.
Pontifice solum, & non coram ordinario possit fieri
Itæ renunciatio in favorem certe personæ, erit ratio;
quod renunciatio in favorem, habere videatur spe-
ciem simoniae, dum collatio sit sub eo pacto si tali
personæ conferatur & non aliter, nec alias velit re-
nunciare, & pactum simoniae in beneficium inducat.
c. quam pio, 1. q. 2. c. cum pudem, & c. fin. de Pa^tt.
Et committitur simonia, non tantum ex pacto pre-
tiove, sed etiam ex obsequio & gratia, c. ordinatio-
nes, ca. sunt nonnulli, 1. q. 1. Summus autem Pontifex
potest dispensare in his que simoniaca presumun-
tur ratione prohibitionis iuris : & quæ simoniaca
dicuntur, quod tanquam simoniaca sint à iure posi-
tiuo definita ; quāvis non possit dispensare in simo-
niacis quæ talia sunt, non ideo quia fuerunt prohibita,
sed quia fuerint prohibita quia talia erāt ; qua-
lia venditio sacramentorum, & rerum spiritualium
negotiatio. vt notat Glos. ad d. c. ex parte, in primo,
ad verb. dimittet, de Offic. deleg. glos. ad c. tuam in
domino, ad verba, nullum profus, de Ætat. & qualit.
quam

I N S T I T U T I O N E S N O V A E

quam impugnat Durandus lib.4.Sententia dist.25.
quæst.5.defendit tamen Sotus lib. 9. de Iustit. & iu-
iure,quæst.5. artic.2. Quare summus Pontifex solus
confirmat pactiones , sub nomine amicabilis com-
positionis factas à litigantibus de beneficio,sub be-
neplacito summi Pontificis , quibus unus ex con-
tendentibus aliquo recepto alij cedit beneficium
litigiosum,ca.super eo,7. de Transact. ca.nisi essent
viri prouidi , de Præben. eoque summus Pontif. si
supra ius positium, & plenam habeat potestatem,
maxime in causa beneficiorum : cap. proposuit ,de
Concession.præb.& de eo quod ius non est , ius fa-
cere potest.vt colligunt ex ca.10.hæc quippe ,3.q.6.
Sic simonia eo modo distinguere & appro-
bante , non dicetur committi in Curia Romana
quemadmodum nec in Curia principis dicunt ha-
bere locum legem Iuliam de Ambitu. l. i. ad leg.Iu-
liam,de Ambit.P.

9 Singulare in hac resignatione quæ sit in favorem
& non alia,&c.si summus Pontif. non admiserit re-
nunciationem in favorem eius,cuius causa resigna-
tio fit,& non alias , vt is qui resignauit ea conditio-
ne censeatur esse semper dominus vel possessor
seu titularius beneficij : ne alij conferri queat,ca
inter cetera,7. de Præb , vbi videtur textus expre-
sus,quia & potest reuocari procuratio ad resignan-
dum facta antequam ea impleatur,Clement.viii.de
Renunciati.nisi sit procuratio facta ad resignandum
ex causa permutationis , conuentione facta per-
mutando , quia tunc constitutio procuratoris in ea
conuentione facta,non potest reuocari , veluti par
contractus. Bald. ad l.fin. de Contrah. emptio. P.
Paul.

Paul. ad I. post rem, de Re iudic. P. Guido Papaeus,
singula. 273. Boerius decis. 207. incip. *ad secundam*.
Alioquin dum quis renunciat ut conferatur tali N.
nec alias , nec alio modo , talia verba habent vim
conditionis, Bald. ad Aurther. ingressi, colum. 4. de
Sacrosanct. Eccles. atque efficiunt, ut nihil videatur
actum quod contra determinationem illorum fue-
rit. Glos. & Bald. ad I. si quidem, C. de Exceptionib.
Baldus ad §. denique , col. vltima , quæ fuit prima
causa beneficij amittendi. in Vtib. feudor. Atque illa
verba id ipsum operari tradit glo. i. ad d. l. si quidem,
Iason consil. 86. incip. *in causa*. in fine volum. 3. limita-
tata causa limitatum producit effectum, l. in agris,
de Acquiren. reium domin. cum fines mandati diligenter
seruandi sint, cap. cum dilecta, vbi & plenè
Felinus, de Rescript. l. diligenter, Manda. P. tractat
& in hypothesi, de Renunciatione contra modum
proculionis factæ, ut non valeat, Panormit. ad c.
cum pridem, de Rescript. quia nec actus agentium
operientur ultra eorum intentionem , l. non omnis,
de reb. credi. & conditiones implendæ sunt in for-
ma expressa in specie, l. qui heredi, l. cum quædam,
l. Maximus, de Condicio. & demonstrat. P. l. 2. §. fin. de
Donatio. causa mor. Et proinde antequam is qui ea
conditione in favorem & non alias renunciauit be-
neficio, priuetur codem opus est ut is cuius favore
renunciatio sit, acceptauerit beneficium, & adeptus
sit eius possessionem, vt annotauit Rebuff. in piaxi
beneficior. t. t. de Resignatio. conditionali, nu. 4. 15.
16. 17. 18. 19. sicque textus prouisionis fieri debere
monet. Neque enim intelligitur amissum , quod
alteri quæstitum non est, l. nec utilem, 20. Ex quib.
causis.

INSTITIONES NOVAE

caus.maior.lib.4.P.tit.6. Notat & Glos.ad ea.inter
 cetera,17.ad verba, *assignari debet*, de Præben.non
 videri possessionem beneficij amisisse renūciantem
 ex causa permutationis, si alij collatum esset quam
 compermutanti: quia sub modo tradidit, facit
 verba, de Conditio.institutio. I.aestus, de Regul.i.
 P.videtur enim sub conditione tradidisse, coh.
 de Restit. spolia. & qui sub conditione tradit pos-
 sessionem , & ab ea ita recedit, non amittit eam si
 non impleatur conditio , l.si sine, 34. l qui absent,
 38. §. si quis, de Acquir.possess. P.quamquam inquit
 d.Glos. verum sit, vacationem inductā per resigna-
 tionem : sed nō impleta permutatione Papam vnu-
 que restituuisse beneficium. in d.cap.intei cetera, de
 Præb.Scribit & Rebuffus in tracta.nominationum,
 quæst.21.nu.22. pronunciatum aresto Senatus Par-
 siensis, 23.Ianuarij,anno 1549. pro quodam Boche-
 tello canonico Cathedralis Ecclesie Bitunicensis,
 qui resignauerat in fauorem nepotis qui noluerat
 acceptare , beneficium, penes eum remansisse, vt
 antea, & semper canonicum fuisse. Et quia capitu-
 lum ei noluerat fructus præbendæ canonialis di-
 stribuere , condemnatum fuisse ad damnum resac-
 ciendum , & id quod eius interierat & expensas
 Scripsit & idem de hoc ipso plenè in piaxi benefi-
 ciali,in rescripto resignationis permutationis causa

10 Sic etiam is qui constituit procuratores ad resi-
 gnandum , quandiu resignatio facta non erit ei in-
 finiuta vel quandiu erit incognita percipit fructus
 beneficij etiam in conscientia,vt ait Glos.finalis.ad
 §.volumus,ad verb. *vacancia*, de Coll.in Concordia
 Quia antequam certior factus fuerit admissione
 nuncia

renunciationis potuerit veiusmiliter præsumere quod superior noluerit admittere resignationem: vel quod procurator non resignauerit: vel quod is in cuius fauorem resignauerit, noluerit acceptare: arg. I. sed & socius, 17. §. si absenti, Pro socio. in P.

Hic tamen obseruandum erit, quod resignatione inducit aliquando vacationem in fauorem alicuius facta, etiam si admissa non fuerit: videlicet si dolo vel culpa iphus resignatis vel resignatarij non possit sortiri effectum, ut si beneficium quod est iuris regalæ, renuncietur in fauorem alicius, spacio nec habito consensu vel authoritate regis, nam statim vacat post renunciationem in regalia: & quamvis impediatur resignatione sortiri effectum, quod dolosè vel culpa resonantis omisso consensu principis facta fuerit: tamen non pertinet ad ipsum renunciantem, sed vacat, & conferri potest iure regalæ, ut notat Rufeus de Iure Regaliorū. In simili casu tractat etiā Rebussus ad §. i. de Regia ad p̄laturas nominatio. ad verba, *per cōfessionem*, in Concordat. Quod si quispiam resignauerit coram sum. Pontif. Episcopatum in Gallia existētem in fauorem nepotis, & non alter, nec aliás, &c. & summus Pontifex huic sine nominatione & consensu regis contulerit, & alius, à rege, ad eundem Episcopatum fuerit nominatus, potior erit nominatio regis. nepote excluso & renunciante, qui voluerant dolo suo, aut culpa quod non consuluerint regē, eandem suo iure fraudare: maximè si in constitutione procuratoris ad renunciandum Episcopatū, non sit apposita clausula nominationis habenda, vel consensus regis. Et ita etiam generaliter tractant Doctores ad talicet, de

INSTITIONES NOVAE

Rer. permutat. in Sext. & ad Clem. vnic. eod. titul.
quod si resignatio non potest sortiri effectum propter dolum vel culpam compermutantium, tunc
resignatio & ex ea vacatio firma remanet. Sed haec
haec tenus de renunciatione in favorem: agamus nunc
de renunciatione cum modo aut conditione reser-
uationis pensionis.

De Renunciatione conditionali, seu sub
modo reseruationis pensionis,

CAP. XXIX.

- 1 Resignatio cura reseruatione pensionis in pecunia, ut
fructibus, & de eius permissione.
- 2 Quomodo reseruatio pensionis repugnet iuri communi.
- 3 Quibus & quomodo permisum alius quam summa
Pontifici imponere beneficis pensionem.
- 4 Pensiones aut personales aut reales sunt, & de viri-
que;

Secunda species conditionalis renuncia-
tionis est, quæ fit cum reseruatione pen-
sionis certæ, in pecunia, vel fructuum
parte, c. nisi essent, 21. de Præb. quæ etiam
totam summo Pontifice fit tantum: propter suspi-
cionem simonie ex reseruatione illa. Rebuff. in
parte praxi beneficior. titulo de resignatione in fa-
vorem, num. 23. fit aliquando in renunciatione Ab-
batiae vel Episcopatus, retentio vel reseruatio col-
lationum beneficiorum, vt meminit Rebuffus ad §.
1. ad verbum, *vnum* de Mandat. Apostol. Prohibuit
in Gallia reseruatio omnium fructuum beneficij
resignat.

resignati pro pensione, Austerias in stilo parlamenti, aresto 192. ibi, Item die 19. mensis Ap. iuⁿ, &c. Boerius decif. 2. prima partis. Neque verisimile est, aut non presumitur summum Pontificem tales resignations admissile facile, ut ait Felinus ad c. nonnulli, de Rescript. Addit tamen idem Boerius predicto loco, reservationem medietatis fructuum pro pensione receptam aliquando per arestum Curiae Parlamenti Burdegalesis, mense Aprilis, anno 1534. quia ex media parte fructuum resignatus vivere possit; quod aliter accidit si vniuersi fructus remanent penes resignantem, & resignatus cogatur munus obire Ecclesiasticum in beneficio, & de suo vivere, contra ca. cum secundum Apostolum, de Preb. Qua ratione ego quoque dicarem, pensionem reliquam resignanti medietatis fructuum non esse recipiendam, si tam exigui fructus sint, ut de alia parte media resignatus vivere non possit, quare si imposita sit pension beneficio, resignatio mortuo, eius in beneficio successor potest experiri ad supplementum portionis, ut commodè vivere possit contra resignantem, ca. auariæ, de Prebend. Hic singulare, quod resignatio facta cum reservatione omnium fructuum, est reprobanda tanquam abusua. Et quamvis post procurationem ad renunciandum cum reservatione omnium fructuum, procurator, qui viderit ita fieri non posse, consentiat ad medium partem tatum, & ita fuerit admisa renuntiatio cum reservatione mediae partis adhuc dicamus renunciationem ita factam & admissam nullius esse momenti. Ideò mortuo resignante possessore vacare dicitur beneficium per mortem resignantis,

INSTITIONES NOVÆ

& excludatur resignarius. Contra si procurator cum potestate reignandi cum retentione omnium fructuum, eo modo tantum cōsentiat, nempe omnibus fructibus reseruatis. Papa autē in admissione renunciationis, ex officio admittat cum restiutione ad medianam partem: valebit enim tunc admissa ea lege renunciatio, dummodò postea renūcians consentiat huiç reductioni, vel restrictioni non aliter quia is sub conditione tantum fecit renūciationem, quæ si non admittatur in sua specie reseruationis omnium fructuum, non cogitur aliter ratam habere admissionem renunciationis, c. cūm dilecti, de Rescript. & ita hæc fūcē decisa duobus Senatusconsultis Curiarum supremarum, Parisiens. & Burdigalens. relatis in Rhapsodia arrestorum, lib. 2. tit. 8. arrest. 6. & 27.

² Reseruatio pensionis vel constitutio eius super beneficio videtur habere ius quoddam singulare iure communi semotum; quia prohibitum, tāquam simoniaicum, prioratus & alias Ecclesias annuali abstractione vendere, c. non satis, 8. de Simon. & Iure ipso communī diuisio beneficiorum quæ inducit per pensiones, prohibita est, iuxta Concilium, Tironense, c. maioribus, & ca. vacante, c. auaritiae, & Præben. permisso autem constitutionis vel reseruationis pensionis, oritur, vel ex potestate permittentis, vel ex causa iusta concessionis. Potestas & authoritas summi Pontif. sine causa expressa, sufficit ad reseruationem pensionis defendendam, ut tradunt interpres ad ca. quæ in Ecclesiarum, & Constitution. Gigas tractat de pensioni. q. 6. num. 7. ex qua & fieri ita potest reseruatio super beneficio,

vt tra-

vt transeat etiam præstatio ad successores in beneficio, vt in ca. prohibemus, de Censib. &c c. pastoralis, de His quæ sunt à prælat. sine consens. capitul. Felin. ad cap. ad audientiam, num. 2. de Rescriptis. cùm in his quæ sunt iuris positivi, sufficiat voluntas summi Pontificis pro iusta causa: Innocentius & Panorm. ad ca. cùm ad monasterium, de Stat. monach. vide quæ traduntur in cap. non est, de Voto. Cuius generis esse sàpe dictum est fructus beneficiorum & ipsa beneficia eorumque dispositio quæ subincitur plenæ potestati vt iuris positivi summi Pontificis, ca. proposuit, de Concessioni. præbend. sicque potest concedere, vt & qui titulum beneficij non habet, possit fructus percipere beneficij. vt in c. si propter, de Rescrip. in Sext. c. si tibi concessio, de Præbend. in Sexto.

Alius quam summo Pontifici hæc potestas tri-³
buta non est, sed si pensiones illis permittatur im-
ponere beneficiis, cum quadam definitione & limi-
tata potestate, interueniente iusta causa, cōceditur;
aut cum comprobatione sum. Pontif. Sic pro bono
pacis & concordiae permisum, approbante sum.
Pontif. in c. nisi essent, de Præb. Statuitur & regula
generalis, quod prælatus vel possessor beneficij, pri-
or vel alius, potest alteri Ecclesiæ, clericu vel laico
dare pensionem super fructibus beneficij ad tem-
pus & quandiu vixerit, sine consensu capituli &
superioris, contra si velit in perpetuum constitucere
quæ de facto constituta, & reuocaretur per suc-
cessorem in beneficio. Archidiac. ad can. possessiones,
26. quæ t. i. c. i. in fine, de Reb. Ecc. non alien. &
ita iudicatum tradit Guido Papæus, decision. 179.

I N S T I T U T I O N E S N O V A E

Ita Episcopus potest authorare pensiones à possessoribus beneficis impositas, prestandas quando illi qui imponuerat vixerint ex causa: sed ita demum, ne oneretur beneficium, ca. prohibemus, 7. & seq. 8. præterea, ad Censib. Prohibetur & ne imponantur pensiones in fraudem Concilij Lateranensis, quod vetat pluralitatem beneficiorum. c. ad audientiam, 31. de Rescrip. ca. extii pand.e, in fine de Præben. ca. audiuimus . de Collation. deleg. In fraudem autem fiet, si is qui beneficia non potest tenere unum habet tantum , & plures pensiones constitutas super alius. Abbas, prior , aut prælatus alius, potest impo- nere pensionem beneficio sine consensu capitulo pro remuneratione seruitiotū & obsequiorum pre- stitutorum ipsi beneficio, ad certum usq; tēpus, non in perpetuum sine consensu capituli, vt dictum est.

4 Pensiones aut personales , aut reales sunt. Per- sonales sunt illæ pensiones quæ ita constituuntur, vt soluantur quandiu qui soluit, vel is cui soluer- da vixerit: quare extinguuntur cum personis, lqua- tale , Solut. matr. P. Reales , quando non personam beneficiati, sed beneficium pensione oneriatur, id quando præstande sunt pensiones, non certo pre- figo Ecclesiæ, sed ipsi cuiam Ecclesiæ quale & h[oc] pensiones trāseunt in successores beneficij , si modo auctoritate summi Pontificis confirmantur, & causa cognita. Guido Papæus, decis. 179. Si tamen qui suc- cedit in beneficio onerato pensione , inuenient ni- mium onerosam pensionem, poterit experiri pro- ductione pensionis, vt non excedat tertiam partem fructuum, quamquam qui constituent excedenter si vineret , non posset ad reductionem age : qui

sibi imputare debet, quod onere se sponte subiecit: at non potuit in praetudicium successoris, beneficium supt̄ modum onerare, ideoque successor pro reductione & extincione agebit poterit, cap. si quis presbyterorum, de Reb. Eccles. non alien. cap. vnic. Ut Ecclesia. benefic. sine dimid. confert. & ita iudicatum refert Papus, lib. 3. Rhapsod. arest. tit. 5. arest. 8. Reuocatur facilis pensio imposta beneficis quæ nihil amplius quam quotidianas habent distributiones, quia illis imponi non debent, per rationem que prohibet alimenta futura venire in remissionem & transactio. l. cum hi, 8. de transactio. P. I. de alimentis, 8. C. eod. tit. Neque clericus potest obligare omnes decimas sui beneficij, pro pensione, in c. peruenit, de Arbitris, & ibi Bald. nec athleta spem præmiorum futurorū. l. spem præmiorum, Quæ res pign. oblig. possunt. lib. 8. C. ut. 17. facit l. 4. de Executio. rei iudica. C.

De renunciatione, cum regressu, & ex causa permutationis. CAP. XXX.

- 1 Renunciatio cum regressu & accessu, qua & quando rei catur, & quare.
- 2 De regressu & coadiutoriis prohibitiss.
- 3 De renunciatione & causa permutationis.

Renunciatio cum regressu ea fieri dicitur, t^e que illa conditione fit, vt si quando contingat eum cuius fauore resignatio fit, præmori resignanti, possit resignans mortuo resignatario, redire ad beneficium, de quo

INSTUTIONES NOVAE

Rebu.in proxi benefic.in tit.de Resign.in favorem.
 Habet resignatio hæc cū accessu & regieſſu ſpecie
 quandā ſucceſſionis hereditarie, quæ reprobatur in
 c.Apoſtolica,8.q.1.c.ex transmiſſa,&c.ad extupan-
 das,de Filiiſ præſbyt.c.ēſuluit,de Iuie patroñ.c.ad
 hæc, de Decim. quamobrē & in Gallia hæc ſpecies
 resignationis nō admittitur magis quam ieferuatio
 omniū fructuū, ut notat Papus lib.2. Rhapsodia,
 t̄q.8. areſt.3.& Rebuff. qui ita fuſſe iudicatum dixit,
 ad rubr.de Reforu.in Concor. in Senatu Paruienſi,
 anno Domini 1496. Addit tamen,quod etiā in Gal-
 lia hodiè ſi quis resignauerit cum iegreſſu , valebit
 resignatio, quāvis inualidetur regreſſus : quia vtile
 per anutile nō virtuator in hiſ quæ diuidi & ſeparari
 poſſunt,c.vtile,de Reg.iur.l.sancimus, C.de Dona.
 l.i.§.pen.de Verb. oblig. c. ſi eo tēpore, 9.de Refor.
 in Sex. Nō prætermittā tamē areſtū ſingulae quod
 videtur repugnare reprobationi regreſſus , prolati
 in ſacro regis Galliarum conſilio 29. Aprilis anno
 1558. quo Ioannes Benedictus Doctor Theologus,
 reſtitutus eſt ſuis beneficiis quæ renunciauerat in
 infirmitate conſtitutus præſbytero, ſuo Viārio no-
 mine Semelle , ea conditione , promiſſione & fide
 data,quod ei reſtitueret ſi ab infirmitate illa conua-
 leſceret, non aliter,&nisi ſub ea fide data renun-
 ciaturus. Statutumq; diectum Semelle in reſtitutione
 contumacem, cogendum genūciare per captionem
 etiam personæ in manib; ordinariorū collatorum,
 quibus quoque iniunctum, eadem conſerre item
 diecto magiſtro Benedicto:cautum insuper per mo-
 dum edicti generalis , per vniuersam Galliam ha-
 uismodi placitum ſeu areſtum publicadum , ut pro
 lege

lege in posterum esset in similibus causis contingentibus, Inuiti autem mihi videtur æquitas huius edicti fidei date de restitutione facienda in casu conualescentiae ab infirmitate, sine qua non renunciasset infirmus, c. super hoc, de Renunciat. ibi, *aut promissione exteriorum*. Quemadmodum & placuit fideicomissa necessitate in restitutionis continere debere, quanquam fideicomissa ex eo appellata sint, quia nullo vinculo antea misis, sed tantum pudore eorum qui rogantur, continerentur, §. i. de Fideicommissione here. Cæteram alia videtur ab illa hypothesis, ex iudicio decisa, cotiariam habens, ut videtur, conclusionē, cuius meminit Papus lib. 2. Arest. titul. 8. aresto 10. per quam Senatus Parisiensis, 7. Septemb. anno Domini 1550. renunciationem, ut sequitur, qualitatibus definitam, reprobavit. Prōnotarius quidā & monachus, inter se concordatum & pactionē imerāt, per quā protonotarius resignabat in favore monachi prioratū litigiosum, ea lege & cōditione, quod monachus promutteret & tenearet iedclere dictū prioratū dicto protonotario resignanti, aut alteri persone quam protonotarius resignans ei nominaret, intra duos annos post approbationem prædicti concordati: & casu quo per occasionē impedimenti iuris vel facti resignatarius non posset restituere prædictū prioratū, monachus tenetetur facere prouidere eidē resignati protonotario, vel alteri personae quam dictus protonotarius nominaret, de beneficio seculari non religioso, nec pensione onerato, valoris annua ducētarum libraiū, & pendente tépole prædictoriū duorū annorū, tenetur soluere prædicto protonotario pensionē ducen-

INSTITIONES NOVAE

tarum librarum. Et ad illum effectū & finem donec impleretur prædictum Concordatum, beneficium in locationē datum pro eadem summa fuit & obligatum protonotario. Improbata autē fuit hac occasione hæc renunciatio, quod postquam pactum seu Concordatum fuisse et approbatum a summo Pontifice, resignatione admissa & monachus natus possessionem prioratus continuatam per annum & diuidium viuente protonotario, post mortem eius protonotarij quāvis viueret monachus, tertius quidam impetravit beneficium prioratus per mortem protonotarij. Et non obstante exceptione vel intercessione monachi, impetravit, iuncto procuratore regio, literas appellationis ab executione Bullæ admissæ resignationis factæ, à protonotario: & ita tanquam ab abusu, & executione Bullæ continentis simoniam, litéq; cognita pronūciatum est pro tercio impetrante per mortem protonotarij, & adjudicatus prioratus, & monachus damnatus ad expensas, damna, & ad id quod intererat impetratis, à die intercessionis eius & pronotationis. Sed & in Cōcilio Tridentino sess. 25. ca. 7. de Reformatio. regressus & accessus in beneficiorū resignatione his verbis reprobatur, & coadutoriæ quoque cum successione.
Cum in beneficiis Ecclesiasticis ea qua hereditaria successionis imaginem referunt, sacris constitutionsi sint odiosa, & patrum decretis contraria: nemini in posterum accessus aut regressus, etiam de consensu ad beneficium Ecclesiasticum cuiuscunque qualitatis concedatur: vel haec tenus concessi, suspendantur, extrudantur aut transferantur. Hocque decretum in quibuscunque beneficiis Ecclesiasticis, ac in quibuscunque personis
etiam

ceram Cardinalatus honore fulgentibus, locum habeat.

In Coadiutoris quoque cum futura successione, idem 2 post hac obseretur: ut nemini in quibuscumque personis Ecclesiasticis permittantur. Aut si emidens utilitas postulet prelato dari coadiutorum, is non alias cum futura successione decur: quam hec causa prius diligenter à sanctissimo Romano Pontifice sit cognita, & qualitates omnes concurrere in illo certum sit, qua à iure & decretis huius sancte synodi in Episcopis & prelatis requiruntur: alias concessiones super his facta subrepente esse censentur. Videntur istae coadiutoriae cum successione post mortem eius cui datur coaditor detestabiles in iure sicutque his verbis explicat Alexander. 3. in c. accepimus, 5. de Paet. Accipimus quod quadam sunt Ecclesia clericis tali tenore concessae, quod post eorum obitum, alii nominantur succedant: verum quoniam hoc iniquum est, & sacris canonibus inimicum, & ideo non debet aliquatenus tolerari, mandamus quatenus huiusmodi successiones, tam detestabiles & iniquas, appellatione cessante prohibeas & omnino frustolas, & inanes decernas.

Est alia renuiciatio quæ fit ex causa permutationis, & non alias, nec aliter: quæ & sub modo videtur facta, in eo autem conditionalis, dum includitur conditio si permutatio sortiatui effectum, cui & aliæ conditiones possunt accedere veluti renuiciatio ex causa permutationis si patruus meus voluerit: quæ tamen renicetur, vt notatur in c. ex parte de offic. dcleg. super verbo, *omnino*. Dubitatur tamen, num sub conditione ita apposita facta ex causa permutationis resignatio, retineatur, improbata & reiecta solum conditione in quo quidam dixerunt, reiecta

INSTITUTIONES NOVÆ

reiecta conditione, valere : argumento notatorum ad l. per seruum, de vsu & habitatione. P. quamvis contraria sententia verior, sit, nempe, ut corruente conditione & renunciatio ex causa permutationis corrut: vt scribit Rota decisi. 6. de Renunciatione. incipien. *quidam renuncianerat*, in Antiquioribus collectis per Auditorem Rotæ de Bisigneto. facit Ioannes Andreas, ad c. electionib[us], de Electione in Sext. super verbo, *elettio*.

De effectu & communi causa Renunciationum. CAP. XXXI.

- 1 *Renunciatione inducitur vera vacatio iuris & falli.*
- 2 *Renuncians ex causa permutationis, facit vacare beneficium : sed num permutatione non impleta possit quis redire ad beneficium renuntiatum sine noua collatione, disputatur.*
- 3 *Renunciationis valida circumspectio.*
- 4 *Vt fiat à sancto mente.*
- 5 *Sponte, sine metu : & num metu facta ipso iure nulla sit*
- 6 *Item ut & procuratio ad renunciandum liberè fiat.*
- 7 *Minor 25. annis, an validè possit renunciare beneficium.*
- 8 *Calore iracundie facta renunciatio, an valeat : item si in nimia latitia, & ibi de letitia.*
- 9 *Num si ab ebrio fiat, valeat.*
- 10 *Si ab agroto.*
- 11 *Renunciatio beneficij coram quo fieri debeat usi efficax.*
- 12 *In renunciationibus que debeant considerari regula*
Cap.

- Cancellarie: & prius de regula de infirmis renunciantibus, & in quibus locum habeat.
- 13 Num in maioribus & translationibus pensionum habeat locum,
 - 14 Etiam bullis non conseltis.
 - 15 Num autem locum habeat in renunciatis ex causa permutationis
 - 16 Disputatur etiam, num predicta regula, habeat locum in renunciationibus factis coram ordinario.
 - 17 Quis debeat probare tempus viginti dierum.
 - 18 De regula Cancellarie, de publicandis renunciationibus.
 - 19 Sex menses regula de publicandis renunciationibus, à quo tempore incipiunt computari.
 - 20 Possessio beneficij resignati intra quod tempus capi debeat.
 - 21 Publicatio renunciationis ubi facienda, & de excusationibus, quod intra predictum tempus non fuerit facta.
 - 22 Que requirantur in summa, in regula de publicandis resignationibus.

Renunciationum effectus varij sunt; precepimus indicabimus, Et primum ille substantialis, ut per puram renunciationem inducatur vacatio beneficij, c. suscepsum, de Rescript. in Sext. c. ex transmissa, 3. c. super hoc, 5. de Renunciat. c. 3. & 4. de Restitut. spolia. cap. quam periculosum, 7. quæst. i. etiam si Papa Pontificatum resignaret, i. de Renunciat. in Sext. Ita per renunciationem amittitur ciuilis & naturalis possessio beneficij, & alterius rei renunciatæ, vt ait decis. i.

Rotæ

INSTUTIONES NOVAE

Rotæ de Renunciat.in Nouis,etiam dato quòd renuncians insistat de facto detentioni rei, à qua non possit amoueri nisi citatus,ca.licet canon, de Elect. in Sext,quamobrem post renūciationem admissam, possessio seu detentio nihil proderit renuncianti, ad hoc vt dici possit pacificus poſſessor; neque in hoc caſu adhibetur differentia an tacita vel expressa sit renūciatio.Panorm. & alijs ad ca.ex oie , de His quæ ſiunt à maior. parte capitul. Comes ad regul. Cancell. de Triennal. poſſeff. que. io. facit regul. Cancell. 34. vbi ſi quis resignauerit beneficium in Curia,quod fuerint mihi collatum, & publicatione non facta intra ſex menses, remaſerit in poſſessione poſteā per tres annos,poterit adhuc moleſtari,quia nullum habeat titulum. Quare ſi resignans moratus non facta Publicatione , & per me noui peccata poſſessione cui fuit collatum beneficium resignatum, dicetur beneficium vacare per mortem, & non per resignationē. Auriolus in repetitio.cap.eam te, na. 267.de Rescript. Rebuffus tractat.de Pacif. poſſeff. num, 285. Veruntamen ſi procuratio facta fuit ad resignandum, non tamē statim aut ſimul cum mandato de resignādo, resignatio vim habebit, ſed noꝝ priuſquam ipsa facta fuerit ita illud eſt resignare, aliud mandare resignari. Quia resignatio facta , reuocari non potest, c.3.de Renunciat.d.ca.quām periculōsum, 7. quæſt. i. nec remittentibus actiones suas datur regreſſus , l. queuitur , §. ſi venditor , de Ædilit,edict. P. l.postquam liti , C.de Paſt. At procuratio ad resignandum, reuocari potest antequam executioni mandetur. Clemens.vnic.de Renunciat. Et ſi non ſit admissa renūciatio beneficium non vacat, c.quod

c. quod in dubiis, & c. admonet, de Renuncia. cap. si quis verò, & c. si quis presbyter, 7. quest. i. quare alij non confertur. c. cum nostris, de Concession. præb. Si quādō tamen postulasset titularius, & impetrasset facultatem renunciandi beneficium, non posset postea reuocare procuratorem constitutum ad cedendum quia cogeretur renunciare, secundum ca. quidam, 12. de Renunciat. ex Concilio generali Lateranensi, cap. 28. Quod in praxi vix seruatur, vt ait Rebuffus ad Rubricam de Sublatio. Clementinæ literis. in Concord. Dehinc & differunt resignatio, & procuratio seu mandatum ad resignādum: quod qui resignauit non potest percipere fructus beneficij resignati, vel suos facere in conscientia, sed tenetur ad restitutionem quia nullo iure percepit, vt scribitur in libro Provinciali. Contrà, si tantū constituent procuratores ad renunciandum: nam & facit fructus suos, aut percipit in conscientia. Quia potest ignorare admissionem renunciationis: & potest præsumere quod superior noluerit admittere, vel quod procurator non resignauerit, vel quod is in cuius fauore resignauit, noluerit acceptare. Probus in Additionib. ad Monachū, ad c. 2. de Rescript. in Sext. Rebus. ad §. volumus, in fin. Gloss. de Colla. in Concord. fit & procuratio ad resignandum nulla post lapsum anni, computandi ab eius constitutione secundum edictum regis Galliarum & per Senatus consultum Curiae Tholosanæ supremæ quod refertur per Rebuffum ad regulam, de veribili notitia. Gloss. 7.

In renunciatione quoque facta ex causa permutationis, vacare dicitur beneficium: vt qui resignauerint

INSTYTUTIONES NOVAE

uerint non dicantur amplius possessores, & ad im-
plendam permutationē rursus opus sit collatione,
vt notatur ad c.vnic.de Rer. permut. in Sext.& ad
Clemen. vnic.eod.tit. Rota decif.398. *nota quod be-
neficia*, in Antiq. Atque secundum vnam senten-
tiā, resignans beneficium ex causa vel ob causam
permutationis quæ non habuerit effectum, non pō-
test ad suum beneficiū sine noua collatione iedire.
Panormit. Felinus , & alij in c.cūm venerabilis, dc
Excep.Ioannes de Selua tractat.de Beneficio,3.par.
quest.24.quamuis de consuetudine Galliæ,non re-
quiratur in hoc noua collatio. Quæ consuetudo
pluribus Curiarum supremarū placitis firmata fuit,
quæ referuntur à Rebufo tractat. de Paet. possēs.
na.145.Ita (inquit) & vna Ecclesia compermutata,
euicta ab eo,cui pro sua beneficio data erat, potest
qui suum beneficium pro eo dedit, illud repetere,
& possessor tenetur illud restituere cum fructibus
perceptis à tempore interpellationis reddendi vel
euincendi datum beneficium. Et si quando benefi-
cium resignatur ex causa permutationis & nō aliās,
si non admittatur illa permutatio,potest Episcopus
dare licentiam cuilibet compermutantium reuert-
endi ad sua beneficia resignata , Rota decif.101. &
363.in Ant.Socinus consl.168.in c. *in primis.* volu.2.

3 Ceterū, quod diximus per renunciationem
vacare beneficium,intelligi debet, si modo rectè ea
facta fuerit,& ab eo qui potest renūciare; & coram
eo qui admittere factū possit:& si fuerit admissa ab
eo qui habeat potestatem,non aliter. Itaque qui re-
nunciat debet esse mentis compos , qui intelligat
quid agat, & velit illud agere.

Quare

Quare furiosus resignare non poterit quandiu 4
furore detinebitur, arg.l. in negotiis, de Regul.sur.
P.cum ignoret quid agat, Clem. si furiosus, de Ho-
micide. cum similibus ibi nota.c.12. si quis insaniens,
15. quest.r.l.diuus, de Offic.pr;esid.

Improbatur & metu nec sponte facta resigna-
tio , & in irritum reuocatur, c. Abbas,c.ad audienc-
tiā, de His quæ vi metūsve caus.flunt.argumento
matrimonij quod plena cum libertate & voluntate
ut firmum sit, contrahi debet, cap. cum locum, de
Sponsalib. c.accedens, de Procurat. similitudo au-
tem est matrimonij & gubernationis Ecclesie pia-
posito commissæ ad vitā, in c.inter corporalia, c.2.
de Translat. Episcopi. Nec etiam electio facta per
impressionem & metum valet: rescindenda tamen
per officium iudicis , aut per edictum quod metus
causa, nec ipso iure nulla est:quia voluntas, coacta
quamvis, tamen voluntas est , can.merito,16. qu.i.
si tamen facta fuerit beneficij renunciatio per ca-
ptionem seu detentionem personæ renunciantis,
conclusæ vel detentæ per personas seculares , re-
nunciatio erit ipso iure nulla , ex decisione noua
Clem.multorum, §.sanè, de Pœn.quare si detentio
nulla interuenerit , vel captio, metu facta valebit,
nisi postea irritetur. sic resoluit Rota, decis.374.in-
cipient. *fuit dubium in Nouis.*

Eodem quoque modo dicimus procuratoem &
ad renunciandum liberè sine metu vel coactione
constituī debere , alioquin non valebit procuratio,
ca.accedens,10.de Procurator.Metus hic iustus im-
probat resignationem coactā , non tantum qui in-
seritur in ipsum resonantem , sed etiam qui com-

INSTITIONES NOVÆ

mittant ob eam resignationem obtineandam in personam proximorum resignantis. Quare Barthol. ad constitutionem seu Authen. cassa, C. de Sacrosanct. Eccles. Præpositus ad cap. cum locum, de Sponsal. Rota dec. 460. Cosmas Guilmier. seu Glos. antiqua, ad §. item non credit, ad verbum, *vio·entia*, de Elect. & reseruatio. in Pragmat. sanction. tradunt, non valere resignationem beneficij propter liberationem fratris de carceribus, veluti propter iustum metum interuenientem in resignante, ex personis coniunctis peregitatis. ut in Listi quidem, *Quod met. cau. 1. & 2. 31. quæst. 2. in aliis & impressio vel metus, in persona consanguineorum, censetur iustus metus eius qui eorum contemplatione iniutus agit.* c. quicunque pro eo, *ii. ibi, aut bonis suis, aut suorum,* de Sent. excommun. in Sext. sic qui gratiam intulerit personæ electoris, & non tantum eius personæ, sed etiam consanguineis, vel Ecclesiis, vel honis eius, pro eo quod non elegerit eum pro quo rogabatur, ipso facto est excommunicatus. cap. sciant cuncti, 12. de Elect. in Sext. facit & c. quoniam, de Immuni. Eccl. Refertur in Rhapsod. arrestorum Papi lib. 2. titu. 8. arrest. 2. placitum Curiæ supremæ Parisiæ. quo 12. Aprilis 1510. Episcopus fuit condemnatus multa centum libraturum, ad damna, interesse & impensas ultra retrocessionem beneficij coacte resignati, quod incarcerasset suum receptorem denegantem resignare suum beneficium.

- 7 De minoris viginti quinque annorum renunciatione beneficij dubitari posset, num valeat? Respondebimus autem, renunciare posse minorem, nec restitui in integrum p̄ætextu solius minoris ætatis,

ætatis, nisi in ea renunciatione circonuentus vel deceptus fuerit: quod disputat in viamque partem Glos. ad c. ex parte, 14. ad verba, *quamvis minor*, de Restitu. spoliator. Ratio autem cur non restituatur aduersus renunciationem beneficij: quod minor habeatur pro maiore in spiritualibus causis, ca. fin de Iudicis, in Sexto. Ex leuiori tamen causa quem maior circonuentus restituetur, & ex leui metu, quamvis talis non sit qui non cadat in constantem vitum, prout iudicatum fuisse in Senatu Parisiensi, duobus parestis robat Papus, lib. 3. Arest. tit. II. a rest. 1. &c. 2 si minor viginti quinque annis forsitan meretricum blandimentis impulsi fuerit ut persuasus beneficium eiurare, poterit inutile declarari.

Dicunt quidam & non valere renunciationem § calore iracundiae factam, Felinus, ad c. Matthæus, de Simon. Iason ad l. si filium, C. de Inoffic. testa. quod ego existimarem verum tantum, si statim reuocetur: & multo magis si re integra, nodum collatione alij facta: contraria, si ex interuallo reuocetur, ut notat P. prepositus, Dominicus, & alij, ad c. quām periculum, 7. quæst. I. Decius ad c. 2. de Recip. iungenda l. quicquid calore iracundia, 49. de Regul. iur P. l. locatio, 9. de Publica. P. l. 3. de Diuortus. P. quāquam in delictis, in quibus præiudicium & damnum alteri sit, illa reuocatio, ad eluendum omnino delictum non sufficiat, l. si non coniuncti concilio, §. de Iniur. lib. 9. C. tit. 35. l. qui ea mente, de Furt. P. & ita commissum punitur, l. aut facta, 16. §. causa, de Pecc. P. & in Nouella Constantini, 2. Porphyrogenetæ, in fine. vidend. Iulius Clar. lib. 2. Sentent. §. iniuria, in fine, & §. fin. q. 60. num. 4. Id ipsum

INSTITIONES NOVAE

dixerunt de renunciatione facta ab eo qui nimia letitia esset, vt ita non valeat, quin extra lætitiam revocari statim possit: quemadmodum ratum esse non debere promissum inter pocula tradunt, ex c. 8. vnuſquisque, 22. quæſtion. 4. Dubitarem, ego, niſi tam effusa sit lætitia vt penè animum aut rationem sustuliffe videatur: tunc enim ebrio hunc lætum dicemus similem & mente capto, ſi nulla ratio vel occasio renunciandi poſſit cum hac lætitia concurtere, quæ videtur etiam & renunciantem ſanum, ad similem faciendum renunciationem impuliffe. Lætitia dicitur exultatio quædam animi cum gaudio eſſeruentiore cuentu rerum experitarum, Gellius lib. 2. c. 27. & gaudium eſt animi diſfuiſio in concepcione conuenientis boni; diſſipatürque animalis facultatis robur, & resoluitur ſpiritus; & tanta eſt paſſio interdum animi, vt poſſit etiam ob nimium gaudium vel lætitiam anima efflari. Sicut & nos exemplis docuimus lib. 28. Syntaxeos artis mirabilis, ca. 25. plures mortuos gaudio repentina eoque nuntio. Ut Sophoclem, Dionysium Tyrannum, Diagoram, Rhodium, M. Iuuenium, Thallā conſulem, Polycratam è Naxo iuſta fœminam, Philippidem coœdiarum Poetam. De quibus & fidem faciunt Gellius lib. 3. c. 15. Valer. Maxi. lib. 9. c. 12. Plinius lib. 7. c. 37. prohibiti & in l. i. publicæ lætitiae, vel conſulum nunciatores, &c. ne publicæ letitiæ nunciatores, vel nunciij donationis officiorum quid accipient immodicum; ne turpi colludio queratur ex miseriſ pretium gaudiorum nunciatorum, l. vnic. lib. 8. Codicis Theodosia. tit. 4. & CC. Theodos. & Valens in l. 2. de Consuli. & non ſpargen. ab his pecu

pecuniis, &c. & lib. 12. C. tit. 3. prohiberit profusas & temerè factas à magistratibus populo largitiones, initio initi magistratus de nono consecutis, ne ve- luti ebrij dignitate noua, prodigia vteretur laigitate à qua se temperare ob lætitiam aliter vix poterant.

Si ebrius quoque renunciauerit, & statim de-⁹
feruente, vino, reuocauerit renunciationem de
ea admonitus, non Oberit renunciatio, cùm ebrij
promissio non valeat, c. sane 15. question. 1. & excu-
setur à facto, vt in Lomne delictum 9. §. per vinum
aut lasciviam, de Re milit. P. I. vnic. Si quis Impera-
maledix. lib. 9. C. titul. 7. l. milites, 12. §. si tamen per
vinum, de Custo. reor. hb. 48. Pand. titul. 3. Hicque
vel maximè erit considerandum iudici, si quando
resignatus, vel per se, vel per aliud inebrians
resignantem: nam & dolus ultra prædicta & male-
ficium ressignatarij, iure resignationis priuare eum
debet, sine damno ressignatis, per l. quic adulterium
29. ad Leg. Iul. de Adulter. C.

Ex feruore rursus ægritudinis & in dolore in-¹⁰
firmitatis renunciationem factam non valere putat,
ex c. i. Gōfaldus, 17. q. 2. sed ille canō loquitur quando
æger in dolore renunciasset in manibus aduocati Ec-
clesiae vel alterius quā collatoris, vel eius qui habet
potestatem admittendi, vt notat eius Glos. ad d. c.
Gonfaldus, quia non debitè vel legitimè facta re-
nunciatio, nemini præiudicat. vt c. denique, 6. q. 3. I.
legatus, de Offic. pref. P. I. fin. C. de Defens. ciuita.
Cotra si illa renunciatio fieret ab infimo in manibus
superioris, seu prælati sui, dummodo tempore renuncia-
tionis fuisset mentis cōpos, vt ait Gl. ad d. c. Gonfal-
dus, ad verbū, *refutauit*, per c. 3. de Sucel. ab intest.

INSTITUTIONES NOVÆ

II Hic alia circūstantia requisita in efficaci renun-
ciatione annexenda, vt fiat coram eo qui potesta-
tem habet conferendi, vel superioris, vel ex man-
dato eorum, coram eorum Vicario vel delegatore
in plenudicium iuris superioris fiat, si aliter permit-
teretur. Tenetur enim p̄relatus vel ius conferendi
habens conferre beneficium vacans int̄la sex me-
ses, vel cogere renunciantem redire ab beneficium,
aliter devolvitur ius conferendi ad proximum su-
periorem, vt notatur per Innocentium ad c. admo-
ner, de Renunciatione. per Rotam decis. 289. incip.
nota quod licet habent, num. 2. in Antiq. Sic non va-
let renunciatio absolute, quæ sit per Abbatē exem-
ptum sui dignitatis seu abbatiae facta in manibus
monachorum suorum : & si re ipsa fiat, revocatur à
summo Pontifice, in cuius manibus postea fieri de-
beat. c. fin. de Renunciat. vbi notat Glos. ad verba,
in manibus: quod recepto resignationis ad illam per-
tinet, ad quem pertinet confirmatio. per c. Abbas,
18. quæst. 2. facit & ca. denique, 6. quæst. 3. vbi qui
vult renunciare, debet sui superioris non alieni
præstolari indicium. Renunciatio beneficij simpli-
citer reseruati, potest fieri in monibus ordinaryj, &
admitti, licet ordinarius non possit conferre. Rota
decis. 14. de Renunciatione. in Antiquis, & decis. 1.
alias 23. incip. *fuit dubitatum utrum beneficia*, &c. de
Rerum permutatione. in Novis. Ita & ordinarius re-
nunciationem ex causa permutationis admettit &
recipiet, quamvis pro collatione sit recurrendum ad
summum Pontificem. Rota decis. 10. *nota quod resi-*
gnatio, alias 398. de Renunciat in Antiq. At si ultra
reseruationem simplicem, persona quæ resignat sit
quoque

quoque exēpta à iurisdictione Episcopi, vt Capellanus Papæ, vel alius, non poterit beneficium iei-
natum resignare in manibus ordinarij, vel alterius
quam summi Pontificis: sicq; intelligendus Aeneas
de Fulcomibus tractat de Resignationibus quæst. 4.
in 8. effectu. Videndum Iacobus Simoneta, tractat.
de Resignationibus beneficiorum, quæstion. 46. &
ibi Paulus Gramitius. Ex quibus & hinc potest,
aliquando renunciationem fieri posse coram eo qui
conferre non potest: quemadmodum & addere li-
cet aliud exemplū, vt renunciatio fieri possit coram
Vicario Episcopi, qui tamen conferre non potest,
nisi ex licentia expressa Episcopi, iuxta cap. fin. de
Offic. ordin. in Sext. & notat in specie Rota decis.
43. incip. *nota quod Vicaria*, in Antiq. quemadmo-
dum contraria, aliquando qui habet potestatem con-
ferendi concessam, non potest admittere renuncia-
tionem volentium resignare, cù quod in resignatio-
nibus plura possint interuenire, in quibus propter
factum resignantis posset affici damno is ad quem
pertinet collatio. pro quo facit c. dudum, de Præb.
in Sext. & in specie ita resoluta Rota decis. 217. *nota*
quod cui datur, in Antiq. & decis. 530. *quaritur utrum*
executores, &c. in Antiq. Neq; etiam us quibus com-
mittitur potestas recipiendi resignationes, eadem
commissione datus potestas cogendi inuitum no-
lentem resignare: neque delegatus ad recipiendam
alicuius resignationē, eo mortuō sine resignatione
poterit eius beneficium per mortem eius conferre,
quod nihilominus potuisset conferre, si antequam
mortuus fuisset resignasset, c. suscep. de Rescri.
in Sex. Quare requiritur ad renunciationē efficacia

INSTITIONES NOVAE

ex qua conferri possit beneficium, ut fiat in manibus, eius qui habet potestatem instituendi & destruendi. Et proinde non debet fieri in manibus ordinarij collatoris, si inferior sit Episcopo, qui, quamvis possit conferre, tamen destruere nequit ordinatos. Rota decisione 5. *vrum ren-*
ciat. In Antiquioribus Collectis per Bisignetum.
Innocent. ad cap. quod in dubiis, de Renuncia-
tione. Felinus ad cap. auditis, verific. *fervus dicit,*
Rota de Præscriptionib. Illud quoque notabile,
ut quamvis renunciatio beneficij non valeat co-
ram non suo prælato facta, ad effectum collatio-
nis faciendæ tanquam vacantis; tamen quod per-
tinet ad ipsum renunciantem, hanc vim habet,
ut non possit renunciatum propria autoritate re-
peti, quia ex eo ipso solo quod voluerit sine su-
perioris autoritate renunciare, spoliandus est be-
neficio; ut in cap. quod in dubiis, 8. de Renun-
ciatione, & Rota decisio. 353. incip. *si opponatur*
spoliatio, in Nouis, tradit quod si ostendatur in-
strumentum piae & simplicis renunciationis in
manibus ordinarij factæ, licet non doceatur ad-
missa, renunciationem illam obstat agenti, quod
per illam renunciationem in superioris manibus
factam licet non admissam, renuncians amiserit
possessionem & proprietatem, quamvis in illo
est. ita & Glossa ad dictum cap. quod in dubiis,
notat & remunerationem factam coram alio quam
suo prælato vel superiore, valere, quod pertinet ad
resignantem; ut ipse non possit renocare: sed non
quod pertinet ad superiorem, qui potest, si vult,
resignationem retractare, & resignantem ad Ec-
clesiam

clesiam reuocare renunciatam & relictam , ea. non
oportet , 7. question.i. cap. mulier , 33. quæstion.5.
argumento acceptilationis inutilis , quæ eti non
teneat , tamen videtur habere tacitum pactum
ne petat qui accepto tulit. leg. si vnuis , §. penul-
timo , de Pactis. cap. eos , 7. quæstio. i. Dicemus ,
& renunciantem in manibus non habentis po-
testatem admittendi renunciationem , non pri-
uari omnino iure suo , licet ex eo possit priuari
ab ordinario , dicto cap. quod in dubiis , de Re-
nunciationib. quare posset ante admissionem pœ-
nitere , argumento leg. 3. & leg. quem pœnitet ,
de Cession. bonorum. Pand. Et posset agere con-
tra se intrudente beneficio resignato. Et si obii-
ciatur , quod coram alio quam suo prælato re-
nunciatio facta valeat & teneat , contra renun-
ciantem , replicabitur verum illud esse , si ageret
contra ordinarium ad restituendum beneficium.
Quia cum in eius potestate sit ita renunciantem
sine sua autoritate priuare , & remouere à be-
neficio : ita & eum agentem repellere ratam ha-
bendo renunciationem : argumento leg. inuitum ,
§. cui damus , de Regulis iuris. sicque in hac
specie resoluit Rota , decisio. 3. de Renunciatione ,
in Antiquioribus collectis per de Bisigneto : di-
citur tamen decision. i. eodem titulo & collec-
tione eadem , quod antequam ordinarius possit
conferre beneficium in manibus alterius resi-
gnatum , debeat resignantem priuare seruato or-
dine iudiciario , eoque vocato , iuxta Innocen-
tium , ad dictum cap. quod in dubiis , de Renun-
ciationib. Si quis tamen ius ad rem non in re

INSTI TUTIONES NOVA

seu beneficio habeat, efficaciter poterit renunciare in manibus etiam solus notarij gratiae suae. Rota decilio. 289. in Antiquit. & facilius renunciatur iuri querendo quam quæsito, Innocent. in dicto cap. quod in dubius, Archidiac. ad cap. deliberatione, de Offic. legat. Notabile & quod obseruat Rota decisi. 235. nota quod resignatio, in Antiq. quod resignatio facta simoniacè, non tenet etiam in prædictum renunciantis. iuxta Innocentium ad cap. cum Vniuersorum, de Ret. permut. Archid. ad cap. dudum, de Præbend. in Sexto. Vide quæ tradit Geminian. consil. 125. Nihilominus tamen verum erit priuandum beneficio qui commisit simoniam, ut scribit Glossa ad cap. super hoc, ad verbum, pecunia, de Renunciatione.

12. Portò in renunciationibus considerandæ erunt maximè duæ regulæ Cancellariæ Romanæ; quarum prior est numero 18. de infirmis renunciatis, alia est 34. de Publican. resignationi. De priore prius, quæ est Bonifacij 8. qui eam edidit Calend. Maij Pontificatus sui anno 8. innouata à Martino V. & Nicolao V. verba eius, *Item volunt* (Bonifacius 8.) quod si quis in infirmitate constitutus resignauerit beneficium, sine simpliciter, sine ex causa permutationis: & postea infra 20. dies, a die per ipsum resignationem praestandi consensus computandos, de ipsa imprimitote defessori, ac ipsum beneficium conferatur per ipsam resignationem sic factam, collatio huiusmodi nulla sit, ipsumque beneficium per eum vacare censatur. Addidit Nicolaus V. quod litteræ resignationis expedientur viuente resignante, alioquin omnia essent iuncta. Julius 2. etiam addidit, quod in nouis regulis est

appositum, quodd dies viginti , à tempore præstandi consensus computarentur. Adrianus vero sextus adiicit, *quaus autoritate conferantur*, sub qua clausula videbantur contineri & resignationes factæ coram legatis & ordinatiis , quod tamen dubium fuit in Rota tempore Clementis 7. decisum. videtur autem sumpta regula ex c.2. de Renun. in Sext. Eadem regula vtitur Rex Galliarum in officiis & beneficiis quæ iure regalitè confert ; vt si ex causa renunciationis fuerint collata à rege & resignans monachum intia viginti dies , beneficium dicatur vacare per mortem, & non per resignationem, vt Curiae placito fuisse pronunciatum Lutetiae ait Papus lib.3. Rhapsod. arrestor. tit. 2. aucto 2. & fin. Regula generaliter locum habet in omnibus personis beneficiatis exemptis & non exemptis ; non priuilegiatis & priuilegiatis renunciantibus, vt docet per quinque questiones Gomes ad illam regulam, & in summo Pontifice , Cardinali , familiaribus eorum, curialibus, & aliis. Lex enim vniuersaliter loquens, cuiusmodi est prædicta regula, omnes includit, ca. si Romanorum, 19. distinct. quare & priuilegiatas personas comprehendit, vt notat Barthol. ad l. in fraudem, de Testam. milit. P. Maximè quia hæc regula est introducta pro bono publico , ad evitandas fraudes, & ad animæ utilitatem. De fraudibus quæ hic committi possunt, agitur in c.fin. de Renunciation. in Sexto. Nempe, ne propter has suppositas vel procuratas renunciationes , ordinarij à collatione , & expectantes in vim mandati , à suis iuribus excludantur. Et rai sum , ne beneficis per obitum vacaturis, per modū vltimæ voluntatis, vt de hæreditate dispona

I N S T I T U T I O N E S N O V A E

disponatur sub velamine renunciationis, contra ca.
7. Apostolica, 8. quæst. i. c. præsentium, de Filiis presb.
cum simil. Continebuntur idcirco & ratione istius
æquitatis, non solum viri: sed etiam & mulieres
habentes beneficia, ut in c. in dñitatibus, de Elect.
in Sex. Gomes ad dictam regulam, q. 6. nec in causa
animæ differentia erit sexus, vtque malitiis homi-
num obuiam eatur. l. in fundo, de Rei vindicat. P.
quæve ad delinquendum inducere possunt, iubent.
reiici iura. L. conuenire, de Pact. dotal. P. l. alia lege,
§. eleganter, Solut. matrion. P. Cæterum Gomes
q. 7. ad illam regulam, tradit regulam illam de vi-
ginti diebus, non habere locum in scena renunciante
sine alia infirmitate; nisi tantæ decrepitudinis esset,
vt procul dubio moriturus intra paucos dies præ-
sumeretur: traditque regulam de infirmis resignan-
tibus, loqui tantum de morbo affectis, quales sunt
qui febre, aliave infirmitate detinentur. argum. in-
quit, eorum quæ tradit Barthol. in l. i. §. hoc inter-
dictum, per illum textum, de fonte refert tamen
contrariam sententiam & in utramque partem, ratio-
nes, quas apud eundem viderelicit, videtur: & q. 8.
ad eandem regulam, assertore, non habere locum
in morientibus resignantibus sine infirmitate, si su-
perueniente casu moriat: veluti si (inquit) ingre-
furus natum. vel in eminenti periculo mortis con-
stitutus sine infirmitate, beneficiorum renunciet, &
moriatur ex illo periculo intra viginti dies; tunc
enim non putat vacare beneficium per obitum, sed
per resignationem, quod cesset. ratio & mēs regulæ.
Cū magna sit differētia inter infirmitatem & ma-
gnum periculum mortis. Ut notat Panormit. ad ca.
quod

quod de his, in fine de Sentent. excommunicat. per illum textum. Id ipsum concludit quæst. 9. in renunciante beneficium tempore pestis sine infirmitate eo tamen ab aliis separato; nam si moriatur peste superueniente, dicit non vacare beneficium ex illa regula per obitum. Et postea questione 11. id quoque aſteuerat de vulnerato moriente, quia si vulnero accepto renunciauerit, & moriatur post vulnero illatum post triduum, non censeatur mortuus ex illa infirmitate, sed ex alia; ideo non dicatur mortuus ex illa infirmitate, in qua resignauit, quod exigit regula Cancellariæ, sed ex alia, si ex vulnero conuauerit & egerit quæ solent fani agere. Bald. consil. 328. incipien. in vulnero fuerit mortale. 2. volumine. Hic obſeruandum quod scribitur Exod. ca. 21. vers. 18. Si rixati fuerint viri, & percussi ut alter alterum, pugno vel lapide, & ille mortuus non fuerit, sed iacuerit in lectulo: si surrexerit & ambulauerit foris super baculum suum, innocens erit: ita tamen ut opera eius & impensis in medicos restituat. Aliud etiam est teneri de vulnerato, aliud de occiso. Nam si vulneratus, ex alio iectu alterius, vel aliunde quam ex eo vulnero moriatur, non censetur occisus. Item Mella. §. celsus, & Linde Netarius, §. fin. cum 3. sequentibus, ad leg. Aquil. P. Quia puribus aliis modis quam ex vulnero moriri potest, & alia actio de occiso, alia de vulnerato; & duo sunt delicta, leg. illud quæſitum est. 32. ad 1. Aq. Et si seruus fuerit vulneratus, non mortiferé, negligentia autem aliqua perierit, de vulnerato, & non de occiso actio erit l. qui occidit adulterum, §. fin. eod. id ipsum, si negligētia domini vel imperitia medici, perierit, l. si ex plagiis, 52. eo. tit. l. Acq. P.

Sed

INSTITIONES NOVAE

13. Sed neque ratione qualitatis beneficiorum : habebit locū praedicta regula de infirmis resignatibus in commendis temporalibus: in perpetuis contrā, cùm sint hodie loco tituli, vt ait Gomes ad eam regulam quæst. 13. vbi & tradit in utramque partem iationes. Dehinc secundò in quæst. 14. negat habere locum in beneficiis quæ conceduntur in Consistorio Papæ, per renunciationem ; quod propter interuentum Papæ cesset in illis fraudis omnis suspicio omnisque solemnitas regularum Cancellariae, vt & illa de valore exprimendo. Tertiò, in quæstione 16. ait, non habere locum in translationibus pensionum quæ fuit coram summo Pontifice, quia non renunciari aliter. sed transferri possunt cum eius licentia neque pensione beneficium est. c. quamvis plenissima. 4. de Præb. in Sex. Neque per eam quispiam intitulatur, aut ad residentiam obligatur, ca. possessiones, 16. quæst. 1. ca. illud, 16. quæst. 6. Quartò sub ea regula nō comprehenduntur beneficia iuris patronatus , Gomes quæst. 17. vbi suprà , quare si præsentatus & non institutus, renunciet infirmus & in infirmitate moriatur ante viginti dies, non dicitur beneficium renunciare; nec tenetur regula: quia per solam præsentationem ei ius tantum ad rem non in re acquisitum fuit. Rota decis. 328. in Antiq. Panorm. & alijs ad ca. quod autem , de Iure patron. Idem & dicendum si institutus vellet renunciare sine consensu patroni, quod facere non potest. Innoc. in c. fin. de Renunc. Rochus Curt. tractat. de Iure patrona. ad verbum, honorificum , in 3. & 35. quæstion. Item si institutus cum consensu patroni renunciet: nam fraus renunciantis collat , nisi appareat renunciationi patronum per

per fordes consensisse in fauorem alicuius indigni, non aliter, Gomes in proximè citato loco. In reliquis autem scie omnibus beneficiis, locum habebit regula cunuscunque qualitatis & dignitatis erunt in Episcopatibus, Abbatis, & aliis maioribus dignitatibus: quamvis enim non veniant sub simplici appellatione dignitatis. c. venerabilis, de Præb. Glo. ad cap. 2. eod. tit. in Sext. tamen in illis habet locum ratio regulæ de infirmis resignantibus, & de viginti diebus. Idcirco Rex Galliarum poterit iure suo in illis nominate, vacatione inducta per resignationem & per obitum, & nominando in vacatione per resignationem, non censetur nominasse ad vacationem postea per obitum contingentem: quia diuersi modi sunt vacandi, per resignationem & per obitum, c. suscepit, de Rescript. in Sext. & actus agentium non operantur ultra eorum intentionem. l. non omnes, de Reb. cred. P. Neque presumitur intentio Regis nominantis ex causa resignationis, nominasse adueniente vacatione per obitum resignatis intra viginti dies, ad vacationem inductam per obitum, que vel maxime intentio constabit, si post mortem alium nominet.

Habebit etiam locum regula de infir. religio. in renunciatione beneficij obteti per supplicationem, nondum expeditis bullis, quia & ante expeditionem bullarum à prouiso renunciari potest, Gomes q. 18. ad dic. regulam. vbi & ita indicatum fuisse in Rota scribit, anno Domini 1544. quia statim vbi supplicatione fuit signata quæsumus ei ius, & gratia in se perfecta fuit: ut notant Archidiac. & Ioānes Andieas, in processu Sexti, parique censemur ius habere ad rem

ad rem consequendam, & ipsam rem, i. qui actionem, 15. de Regul. iur. P. Et quemadmodum rem, sic & ius eiurare potest. facit & decit. Rotæ 882. incipiē, nota quod *vbi grata est facta*, in Antiq. conueniunt & rationes regulæ huic casui, ne fiat fraus in beneficiis, néve fiant hereditaria. Nec obest quod dicitur, ius esse informe literis nō confectis & expeditis per ipsam signaturam. Quia id verum est ratione canonizationis (vt loquuntur practici) in iudicio facienda in questione regulæ Cancallariæ de non iudicando literis non expeditis, & quando titulus est authoratus in lite producēdus: diuersum autem in iure, quia sola signatura tribuit ius considerabile in extrajudicialibus, vt ait dicta decis. Rotæ. 882. in Antiq. quinimo & tale ius consideraretur in iudicio ad effectum canonizationis, si non exciperetur de regula.

- 35 Habebit & locum regula & cancell. de infirmis, in renunciatione facta ex causa permutationis, vt probat Andreas Gámarus, auditor Rotæ, id ca. 1, de Rerum permut. in Sext. Gomes tamen ad regulam de infirm. renunciantib. quest. 19, distinguit vt habeat tantum locum in renunciatione ex causa permutationis impari; quando infirmus renuciat beneficium pingue, & permittat cū minimo vel nullo, seu simulato, quod vocant, *beneficium de pertice* quia tunc censetur ea renunciatio facta in fraudem expectantium & ordinariorum, ne possit vacare vel dari per mortem illius. Id ipsum cum accedit suspicio ex persona eius cui renunciatur, vel cum quo permittat infirmus, nempe si amicus, si consanguineus &c. Sic enim videtur subsistere ratio etiam

alia, quod ea permutatione pinguis beneficij, procurauerint beneficia esse hæreditaria : que omnia conueniunt cum c.2. de Renuncia in Sexto ex cuius medullis decepta dicitur prædicta regula, de infir. resignant. Et ita intelligi debet decisio. Rote 361. *Nota presumitur, &c. in Antiquis, & decisio Thomæ Fastoli, in causa 6. dubio 20. diuersum autem dicendum in permutatione æquali, in qua fraus non presumitur, vt pote quæ non dicatur fieri in praedi- dicium ordinarij, qui poterit æquè bonum benefi- ciū datum infirmo per permutationem, si moria- tur, conferre : perinde ac contulisset, quod insimus- dedit: & hæc distinctio mihi probatur.*

Verum magis dubitaretur, Num regula de infir- 16 mis refig. & de viginti dieb. locum habeat coram ordinario renunciatione facta, quemadmodum in renunciatione facta coram sum. Pontifice, eāmque questionem disputat Gomes ad dictam regulam, quest. 20. Atque ibidem Gomes existimat, & coram ordinario locum habere, quodd fraudes illæ, de quibus antea, possunt fieri coram ordinario in permu- tatione & renūciacionibus aliis. consentit Gomesio Rebiffus, qui idipsum disputat in tracta. Nominat. quest. 18. num. 5. Riparius ad c.2. in fine de Rescrip- dum scribit regulam Cancellariæ de verisimili no- titia habere etiā locum in ordinario : eò quodd effet extracta ex corpore iuris, videlicet ex c. detestandæ, de Concession. præben. in Sexto. idipsum & in hac regula quæ est extracta ex eodem corpore iuris, ex d. cap. 2. de Rescript. in Sext. & ex ca. 1. de Præbend. Neque dicunt melioris conditionis esse debere or- dinarium sum. Pontifice. Dehinc quia hæc regula,

INSTITIONES NOVAE

Cancellariæ, ut lex generalis, liget omnes, ut Extrauagans alia quælibet, iuxta Ioan. Franciscum, in prefationib. ad Extrauagantes Ioan. 22. & cap. 1. de Constitution. Addit & Rebiffus ad tollendas omnes ambiguitates, Paulum Papam 3. adiunxit se regulæ prædictæ verba, *quævis authoritate conferantur.* Sicque iudicatum pro magistro Francisco de Bourges, contra Bricon. anno Domini 1539. in Senatu Parisiensi. id ipsum defendit Rebu. contra Decium, ad §. 1. de Regia ad prælaturas nominatio. ad verb. *dispendiūs*, dum tradit illam regulam Cancellariæ 18. locum habere in presentatione etiam à patrono facta, & in collatione facta ex causa resignationis. Contrariam tamen sententiam defendit & sequitur Decius consil. 224. incip. *in casu proposito*, in fin. & non habere locum regulam de infirmis resign. coram ordinario, & debere tantum intelligi de his tantu renunciationibus quæ sunt in manibus Papæ, argum. cap. sua, de Offic. Vicarij, l. quæritur, de Stat. homin. Secundò, quia facilius summus Pontifex decipi & fraudari quam ordinarius possit. ut nota. in Clemen. fin. de Offic. ordin. ideo maiori cautione vtitur cum ordinarius facilius ob proximitatem & notionem locorum & personarum fraudem detegere possit. Tertiò, adducuntur pro ea sententia verba ipsius regulæ, quæ meminerunt de viginti diebus computadis à die præstiti consensu, & non resignationis, quæ ad formam renunciationis factæ in Curia Romana vel Cancellaria referenda, & distinguunt renunciationē ab ea quæ coram ordinario unico contextu fit. Et cum non conueniant verba dispositionis regulæ ordinario, nec etiam eius dispositio,

positio , argum. l. hos accusare , §. in omnibus , de Accusation. P. Quartò, quod quando sum. pontifex vel eius legatus conferunt ex causa resignationis, sequi debent conditionem appositam, *in favorem et non alias*. At ordinarius in omnibus cuius sit resignatione purè & simpliciter, potest si vult admittere, vel alij conferre , & si conferat alicui de quo rogatur per resonantem, cum non teneretur, debet libi imputare, si moriente ex infirmitate resignante, se ipsum priuauerit collatione quæ cōpetitura erat illi per mortem eiusdem intra viginti dies , quia simpliciter contulit & non ex necessitate facit, ca. quod in dubiis , de Renunciation. l. inter stipulanitem, §. sacram, de Verbor. oblig. Quintò, regula illa de infirmis resignantibus & de viginti diebus, est contra ius commune in quo ius statuit , renunciatione admisi & collatione facta, perfectam esse concessiōnem, quæ ex sequente causa infirmari non debeat, d.c. quod in dubiis. Et hæc etiam sententia posterioribus temporibus tanquam verior recepta fuit accurate utiusque opinionis rationibus discussis, & pluribus Senatus consultis comprobata : quæ refuit Papus lib.3. Rhapsodia arestor. titul. 1. Arest. 1. nisi quando ex causa permutationis , facta fuisset coram ordinario permutatione, vt habetur in dicto lib.3.tit.2. Arest. 2. quia in eo casu videatur ordinarius coacte admisiſſe renunciationem ex causa permutationis. Sicque matura deliberatione solemniter aresto conclusum & pronunciatum sublatis antiquis dubiis in suprema Curia Paſſiorum 14. Augosti 1550. in favorem Curionis de Baſſierer. Si tamen consideremus permutationem aequalē, ob-

INSTITUTIONES NOVÆ

seruabimus eadem quæ dixi paulò ante obseruan-
dum in permutatione, cōfam summo Pontifice quæ
hīc mea sententia sunt repetenda. Poterit tamen
summus Pontifex in admissione resignationis, de-
rogare regulæ Cancellariæ de viginti diebus: illa
autem derogatio exp̄ressè inseri debet. Verūtamen
hīc dubitatur, si beneficiatus renūciāns sit infirmus
ex leui infirmitate vel non lethali, veluti podagra,
quartana, &c. & Papa admittat renunciationem cum
derogatione regulæ, per illa verba, *quatenus ex illa*
infirmitate moriatur, &c. si renuncians moriatur in-
firmus intra viginti dies ex superueniente graui in-
firmitate, num censeatur regulæ de rogatum per
predicta verba; de qua quæstione disputat Gomes
ad dictam regulam quæst. 27. & resoluit, quod non
extendatur: quia qualitas superueniens alterat ipsum
subiectum, & reponit in diuersam speciem, l. quæsi-
tum, §. illud, de Lega, 3. P.l.i. de Donation. cap. statu-
tum, de Election. in Sext. Sic tamen si in resignatio-
nis collatione & imputatione apposita sit clausula
generalis, *vel alias quicunq; modo vacet*, &c. beneficij
provisio quæ non valet per resignationem moriētis
intra vigenti dies ex infirmitate in qua renunciauit,
valebit per obitum eius. quod probat Gomes &
submouet dubia, in quæst. 34. ad dictam regulam,
de Infir. resig.

17. Cæterū in quæstione regulæ Cancellariæ de
viginti diebus, qui infirmitatem proponit, ex qua
mortuus dicitur resignans intra viginti dies, debet
illam probare. vulgata l. qui accusare, de Edendo.
C. cùm simil. Gomes ad eam regulam, quæstion. 35.
Et, vt idem ait quæst. 36. terminus 20. dierum, incipit
à die

à die præstiti consensu renunciationi, non à die renunciationis, quod & regula ait idipsum ait Guido Papæus consil. 172. veri. *... o quod regulu Cancellaria* ibi tamen addit quod viginti dies possunt computari à die renunciationis factæ cotam notario & testibus, pernotata per Glossam, Innocentium, Ioannem, Andream, ad c. quod in dubiis, de Renunciat. quia vere notarius ut persona publica potest acceptare nomine absentis ordinarij renunciationē quicquid & simpliciter factā, iuxta l. 2. Rem papill. saluam fore & leum pro quo, de In ius vocan. P. Et sic bis iudicatum in Senatu Tholofano, 22. Augusti, 1519 inter magistrum Ioānem de Collace, & Magistruum Guy de Colaire. & 20. Februarij, 1525. inter magistrū Garun & Magistrum Joannem Rossilles, & Germanum la Roque. Quāvis tamen incipiat tempus viginti dierum computati à tempore præstitionis consensu renunciationi, tamen ipse dies quo præstatutus, non computatur, ut notat in simil. Gl. in c. 3. de Præb. in Sext. in Clem. sicut de Appell. Neque etiā considerabimus in computatione viginti dierum, tempus adhibiti consensus procuratoris pro expeditione bullarum post resignationem admissam, quia per responsum Pontificis fiat, gratia censetur perfecta & negotium expeditum, & ab eo tempore procurator cogi potest ad præstandum consensum expeditioni bullarum, per c. quidam cedendi, de Renunciat. nec postea variate potest resignans, Clem. vnic. de Renunciat. Quinimo moriente renunciante ante expeditionem bullarum post viginti dies, & post mortem eius procurator potest consentire expeditioni bullarum; quia nihil noui procurator facit;

INSTITUTIONES NOVÆ

sed exequitur tantum rem factam, dummodo ipse habeat penes se procurationem seu mandatum, l. hæredes palam, §. si quid, de Testa.ca. pastoralis, §. fin. de Appell.l. Julianus, Qui satis cogan. quod habet locum ex iure communi & in Gallia, ubi non seruantur regulæ Cancellarie, sc. Sixti Papæ. 46. Alexandri 4. & 40. Innocentii 8. quibus prohibitum est omni modo expedire bullas seu literas resignationis, sine expresso consensu ipsius resonantis si Rome est; vel si abest, sine consensu suorum procuratorum expressè ad id constitutorum, & nisi pendente vita resonantis: quod non seruantur in Gallia si procurator primus qui cōsensit resignationi, post mortem resonatis habeat penes se procurationem. Vide Aresta apud Papum, lib. 2. Rhapsod. arestorum titul. 8. aresto. 13. & 14. Et hēc dicta sufficient pro regula de infirmis renunciantibus, que in Gallia seruantur tanquam lex Canonica, ut neque reuocare permettat eam morte summi Pontificis sicut videat licet apud Papum lib. 3. Rhapsod. arest. 11. aresto 1.

18. Nunc agamus de alia regula Cancellarie consideranda in renunciationibus, quæ est 34. de publicandis resignationibus. Cuius haec verba. *Ieron dominus nos per statuit & ordinavit, quod quacunque beneficia Ecclesiastica, sine in Romana Curia vel extra eam resignata; nisi de illis facte resignationes, si in Romana Curia, intra sex menses; si extra dictam Curiam facte, intra messem, ex tunc ubi ipsa beneficia consistunt sint publicata, & possessio illorum ab eis: quos id contingit petita fuerit; si resonantes post modum in eundem resonatorum possessione decesserint, non per ressignationem sed per obitum huinmodi vacare censantur.*

Colla

*Collationes quoque de illis tanquam per resignationem
vacantibus facta, & inde secuta, nullius sint roboris
vel momenī. Cuius regulē rationes adferti possent,
illæ autem præcipuae ad evitandas fraudes circa re-
tentionem & nundinationem beneficiorum; & ad
utilitatem Ecclesiarum & animatum & expectan-
tium beneficia ita placuisse. Iuxta notata per Co-
neum consil. 137. in 3.vol.consil. quemadmodum &
insinuatio donationum (quæ publicationis loco est)
inuenta est ad evitandas fraudes quæ in clandesti-
nis donationibus committi possunt, l. data, C. de
Donatio. Id ipsum & in testamentis in l. testamenta
omnia, 18. & l. consulta dualia, 23. de Testamen. C.
in l. repetita, 41. de Episcop. & cleri. C. Clandestinæ
renunciationes & collationes celatæ fraudis habent
suspicionem, in cap. vnic. Vt Ecclesiast. benefic. sine
diminutio. cōferan. lib. 3. tit. 12. cùm alioquin contrà
occultè dantes, vel facientes, præsumatur fraus, ca.
Anastasius, 19. distinc. ca. consuluit, de Offic. deleg.
c. cum ex imuncto, de Heret. c. p. iniciosam, 18. q. 2.
l. non existimo, de Admi. tuto. P. l. ita fidei, de Iute
fisc. P. cum simil. vt nec electiones ea ratione clan-
destinæ valeant. c. quia propter, de Election. Et ex
eo vel solo quod resignans remanet in possessione
renunciati beneficij, præsumitur fraus & collusio
cum resignatario, vt in l. sicut, §. superuacuum, quib.
mod. pignus vel hypoth. solui. Et hanc collusionem
& fraudem dignam esse priuatione iuris beneficij
tradit cap. 3. de Collusione detegen. libr. 5. titul. 22.
Vt hinc apud marum verò & Ecclesiarum ex illa re-
gula consequitur in eo quod cognoscant suum pa-
storē propriū Pastores dicuntur, Ecclesiarum*

prælati & rectores, c. quamvis, de Re iudic. c. quicquid, l. quæst. i. Pastores autem cognosci debent ab omnibus, vt & oues à pastoribus, *ego sum pastor bonus,* &c. D. Ioan. c. 10. i. Petr. 5. *pastor debet vultum gregis sui cognoscere.* Proverbio. 27. Ecclesiastici 32. cap. ledes Apostolica, de Prebend. iii Extrauagantib. commun. sequitur & ex illa celatione renunciationis quodammodo Ecclesiæ vacatio saltē de facto, quandiu vero pastor non compareret. Quām sit verò Ecclesiæ ipsarum dispendiosa vacatio: quām periculosa etiam soleat animabus, non solum iura testantur, sed etiam magistra rerum efficax experientia manifestat, cap. quām sit Ecclesiis, 6. de Elect. in Sext. c. ne pro defecitu, & c. cūm inter diuersas, eodē titulo, apud Gregor. de Electio. cap. postquam, 50. distinguit. Interest autem & expectantium beneficia, & ordinariorum collatorum quod per istas clandestinas renunciationses beneficiorum videatur quædam negotiatio ex qua mandatarij Apostolici excludantur adueniente morte renunciantis vel resignatarij: priuentur etiam collatione collatores. Dubitatum tamen dicit Gomes dum explicat prædictam regulam, q. 3. num ea habeat locum in permutatione seu in renunciatione ex causa permutationis, si non publicetur intra præfinitum tempus regulæ, & disputat quæstionem in utramque partem, nihil tamen concludit, ed quod dicat suo tempore in Rota sub iudice causam esse non adhuc decisam. Ego autem arbitror locum habere si fraus in permutatione præsumatur.

⁴⁹ Sex mensis porrò dati ad publicationem resignationis in Curia factæ, vel mensis extra Curiam, incipiunt

incipiunt computari à tempore adhibiti consensus resignationi, non à tempore constituti procuratoris ad resignandū. Quia ante consensum resignantis & resignatarij, resignatio est informis & sine effectu, à qua & resignans resilire possit, Clement. vnic. de Renunciat. facit ea si tibi absenti, de Præb. in Sext. Et ita iudicatum per Rotam tradit Gomes ad dic. regul. de Publican. renun. quæstion. 7. anno Domini 1534. Et in Gallia mensis consideratur in renunciationibus admissis coram legato summi Pontificis: cum is ibi habeatur pro ordinario, ut scribit Carolus Molinaeus. Quare sola supplicatio non consideratur, nisi bullæ vel litteræ videantur in quibus sit expressio consensus in manibus notarij Cancellariae: nec ante potest fieri publicatio eius quod non est. In Gallia tamen tempore belli sufficeret supplicatio seu signatura, ut dicunt, verificata per peitos Bancharios rei alios: quemadmodū eadem eodem tempore, sine bullis sufficit pro adēptione possessionis beneficij, ut fuit pronunciatum Aresto Senatus Paulsenfis, 1532. Papus hb. 3. Rhapsod. arrestor. tit. I. Aresto 7. facit Felinus ad c. dilectus, limitat. 7. de Rescriptis.

Cæterum sufficit intra prædicta tempora publicare renunciationem, nec cancellarium est ideo adipisci possessionem intra eadem, ut decisum in Rota anno 1535. 19. Februarij in causa canoniciatus sanctæ Mariæ in via lata, Gom. ad dict. regulam Cancell. quæstio. 8. & licet tempus publicationis facienda duret tantum per sex menses in Curia, vel per mensim ex resignatione facta; tempus tamen petendæ possessionis usque ad obitum resignantis durat,

INSTITIONES NOVÆ

ut colligitur ex verbis prædictæ regulæ de Public. ibi si resignantes in possessione decesserint. Quocirca in summa: in hac regula duo exigemus; primum, ut renunciatione facta in Curia, fiat publicatio intra sex menses; si extra in partibus ut dicunt intra unum mensem, secundum, ut petitio vel adeptio possessionis fiat postea & ante mortem resignantis. Attamen si possessio sit perita & intra tempus datum ad resignandū acquiratur, & in ea per mensem resignatarius pacifice remaneat, talis possessio habet vim & effectum publicationis requisitæ, ut alia non exigatur solemnitas. Ita decisum in Rota notat Gomes ad dic. regulam, quæst. 8. videbis & apud illum quæst. 12. quia ratio finalis ob quam induciam publicationem tradit Romanus consil. 433. incip. *in primo dubio*, militat omnino in isto casu.

21. Publicatio debet fieri in loco beneficij, vel in Ecclesia, præsente multitudo populi, Panor. cons. 99. i. volum. Corneus consil. 137. 3. volum. Gomes ad dictam regulam, quæstio. 9. vide Clemen. l. in fine, de Concession. præben. facit & Clem. quamvis de Foro competit. c. vbi periculum, §. porro, de Electio. in Sext. Quod maximè locum habet in dignitatib. & beneficis curam animarum habentibus, vel iurisdictionem. In simplicibus, námque & quæ sunt sine animarum cura, sufficeret fieri resignationem coram notario Cancellariæ & testibus, vel in audience contradictarum. Excusabit autem à mora non publicata renunciationis intra sex menses, vel mensem impedimentum iustum, si quod intetur: per rationem I. non videtur frustranda, de Iudic. veluti, si in Ecclesia, vel loco beneficij peccatis grasse

gari letetur, vel si aliud quod impedit, Roman. consi. 433. incip. *quod ad primam*, Felinus ad c. cum dilecta, 7. limitatione, de Rescript. Et adueniente iusto im- pedimento sufficiet, si publicatio Romæ facta fuerit, per affixionem in acie campi Flora, vel in valuis Cancellariae. Gomes ad dictam regulam quæst. 13. Si bella quoque vel incarceratione vel detentio pu- blicare debentem impedian, excusabitur, dum- modò, dum detinetur protestetur coram notario & testibus, ex impedimento se eo quo publicatio fa- cienda est, non posse proficisci ad publicandum, Gomes ubi proximè, facit l.2. de Naufrag. lib. 10. C. tit. 5. & iure ciuili receptum est, quoties per eum cumus interest conditionem impleri, non stet quo- minus impleatur, perinde haberi ac si conditio im- pleta fuisset, l. in iure ciuili, 122. de Regul. iur. P. I. in omnibus causis, 40. eod. titulo.

Caterùm, ut in summa nos hinc expediamus; ut regula Cancellariae de publicandis resignationibus locum habeat, & beneficium ex ea per obitum non per resignationem non publicatam, vacare dicatur, tria requiruntur concurrentia, primum quod non fuerit facta publicatio: secundò quod non fuerit petita possessio: tertio quod resignans post sex menses, vel mensem mortuus fuerit in possessione: quod si aliquid horum trium deficiat, regula lo- cum non habet. Gomes ad eam regulam, q. 15. Quin & possessio illa debet peti suo nomine. nam si possi- detet nomine resignatarij, non prodesset ei possessio eo nomine à resignante habita; aliter contra, si post resignationem, resignans possideret nomine resigna- tarij, nomine locationis vel alio ipsum beneficium.

INSTITIONES NOVÆ

arg. I. quod meo, de Acq. poss. dūmodò vera sit conductio & non simulata cum collusione. Nam si propter dissimulationem nihil perciperet resignarius, resignante morte in possessione, dicetur vacare per obitum beneficium. vt decisum arresto Parisiensi, 13. mensis Augusti, 1540. pro Guilberto de Columba, ad regul. Cancell. de Publ. nu. 7. Rebu. Possessio tamen resignati beneficij capi debet à resignatario intra tres annos, numerandos à die suæ prouisionis. Alioquin enim si per illos tres annos permittat resignantem beneficium possidere, ius amittit, tam ratione possessori quām petitorij, in §. i. & ibi Glo. ad veibun, tenentur, de Pacif. possess. in Concordat. quod intelligitur cùm vterque & resignarius & resignans viuit; quia si resignans moriatur, & post sex menses non reperiatur resignatarium fuisse in possessione, beneficium vacat per regulam 34. de Publicand. resign. Poterit nihilominus extēdi tempus sex mensium alios sex menses pro publicatione, per expressam prouisionem summi Pontificis, maximè in locis in quibus sum. Pontifex liberè disponit, propter plenā potestatem, quā habet in his quæ sunt ius politiū & beneficis, c. proposuit, de Concession. præbend. Et quia etiam regula Cancelleriarie non ita stricte ac ius commune obliget, in Gallia tamen, vbi regula de Publicandis pro lege seruatur, derogatio illa & extensio non admittetur, nisi ex gravi causa & ex expressa prouisione ob impedimenta, quæ alioquin iure communi admittunt dilationis excusationem. Alioquin si alia causa dispensatio vel prorogatio fiat, datur aduersus eam remedium ordinarium, vt liceat appellare ab executione.

catione clausulæ eius dispensationis tanquam ab abusu. Et hæc dicta sint de vacatione per renunciationem. Dicamus de vacatione per mortem vel obitum titularij vel possessoris legitimi beneficij.

De Vacatione per mortem seu per obitum.

CAP. XXXII.

- 1 *Morte vacat beneficium, & non norte ciuili vel naturali tantum.*
- 2 *De regula, de impetratis beneficiis viuentium.*
- 3 *De clausula, de non tollendo iure alteri quesito.*
- 4 *De regula Cancellarie, de verisimili notitia.*
- 5 *De celante copus vel obitum defuncti beneficiarii, ut beneficium prior impetraret.*
- 6 *Clausula, vel alias quouis modo vacet, num impetrata regulari de verisimili notitia.*
- 7 *Et an ei derogare possit.*

MOrte inducitur vacatio iure & facto, dum titularius seu legitimus possessor beneficij moritur, cap. suscepit, de Rescript. in Sext. vbi Glossa penult. tradit, illud intelligendum de morte naturali non de ciuili, idem & in ca, quamuis, in i. de Præb. in Sexto. mortis etiam appellatio absolute intelligitur de naturali, non de ciuili, l. cum pater, 77. §. Hæreditatem, de Legat. i. l. sed si mors, §. si igitur, de Donat. inter vir, & vxor. P. quemadmodum & ætas legitima, intelligitur de naturali, nō de impetrata à principe, l. fin. de His qui ven. ætat. imp. C. Mors naturalis est quæ dissolut animam à corpore, & ita distinguatur à deportatione & aliis quæ nō dissolunt, l. si mater

I.si mater,C.de Institution. mors hæc omnia soluit,
 §.deinceps , de Nuptiis.in Nouellis. Notat casus in
 quibus fit per mortem solutio Hipolitus , in l. fil.
 numer. 30. & seq. de Quæstion.P. inter alios est ut
 soluatur vſusfructus & vſus, morte vſuſtuaſij. §.
 finitur,de Vſuſtuaſi.apud Iuſtinian. l.3. §. fin. Quib.
 modis vſuſtuaſi.amitta.l.8.de Ammuis legat.l.39. de
 Vſuſtuaſi.legat.P.l.3.10.12.16. C.de Vſuſtuaſi. Benefi-
 ciatus autem vel vſuratio , vel vſuſtuaſio com-
 paratur,c.fin.de Offic.ord.in Sext, annotat & Ioan-
 nes ad ca.placuit,16.quæſt. i. & Glosſa ad c. ſuſcep-
 tum , de Refrip.in Sext.ad verba , *non morte* , nun-
 quam mortem ciuilem naturali comparari , niſi in
 caſibus expreſſis in iure facit l.facit l.ex parte:121,§.
 in iſſuſam , de verbor. obligat. notat & ibi Glosſa.
 Eoque modo exaudiendum quod dicitur , mortem
 ciuilem & naturalem æquiparari , ex l.si deceſſerit,
 Qui ſatiſdar. cogan.l.i. §. penult.de Bonor. poſſeff:
 contra tab. P. Mortuus ciuiliter iſ dicitur , cui ius
 ciuile adimit potestatem ea agendi que iure ciuili
 permittuntur & probantur , vel per diſpoſitionem
 ipsam iuris,vel per ſententiā ex poenæ impoſitione,
 ut ſi deportetur. §. cum autem. Quib. mod.us pat.
 poſteſta. ſolui. Sic interite dicuntur homines , ut
 morte,aut maxima,aut media,caſiſtiſ diminutione,
 l.verum , 63. §.ſocietas, Pro ſocio. in P.l.i. §. filium
 habuit,dę Bonor.poſſeff.contra tabu.lib.37.P. tit.4.
 fiebat & tamquam mortuus & ſeruus poenæ,in me-
 tallum damnatus, §. poenæ ſeruus , Quib. mod. ius
 patiſſe poſteſta. ſolui. quamvis hodiē nemo bene na-
 tus à principio,ex ſupplicio fiat ſeruus,Authen. ſed
 hodiē,de Donation.inter vir.& vxor.C. & Nouella

21.c.8.Seruus quoque pro mortuo habetur, l.seruitutem,& l.quod attinet, de Regul. iur. Nec officit quod diximus per ingressum , seu professionem religionis, amitti & vacare beneficium,c.beneficium illius,4.de Regularib.in Sext.cap. ex transmissa,de Renunciat.cap. Gonsaldus,17.quæst.2 qui casus est mortis ciuilis , quòd monachus mortuus mundo censeatur, c.8.placuit, in 2.16.quæst.1.l. Deo nobis, C.de Episcop.& cler. Nam verum est,pro mortuo habeti monachum , in his quæ secularis vitæ sunt, & beneficio seculari Ecclesiastico per ingressum & professionem religionis priuari: sed illud non accidit ex morte ciuili tantum , sed ex priuatione iuris, Nam , vt diximus in capite 25. & 26. de vacatione ipso iure , nemo priuatur beneficio ipso iure , nisi expressè ita in iure priuatio præscripta fuerit , alioquin & possunt habere regulares beneficia , maximè sui ordinis regularia , in quibus non habentur pro mortuis, c.cū de beneficio,5. & c. cùm singula, 32.de Præben.in Sexto.mortui enim seculo, viuunt Deo,cuius cultui in beneficiis seruiunt.

Considerabimus in vacatione per mortem vel 2 obitum,duas regulas Cancellariae : vnam,de impe- trantibus beneficia viuentium ; aliam,de verisimili notitia.Prioris hæc verba sunt , *Si quis supplicauerit, sibi beneficio quoctunque tanquam per obitum aliquis iunc viuentis , vacante prouidens , & postea per obitum eius vacet : prævicio dicto supplicanti per obitum huicmodi , de novo facienda nullius sit roboris vel momenti :* Quæ regula habet locum , non tantum in impe- tratione facta coram summo Pontifice , sed etiam si fiat à legato eius,vel ab ordinario collatore. De- cius

INSTITUTIONES NOVAE

cius consil. 398. in fine. Epitome regulæ erit, beneficium viuentis, per obitum eius impetrari non posse, pœnamque esse unam impetrantis, ut cum postea per obitum possessoris vacauerit, impetrari ab eo qui viuentis impetraverat, non possit. Ratio cur non valeat impetratio, prima est, quia modus vacandi expressus in impetracione, per obitum eius qui viuit, falsus est: & ita vitiatur, propter clausulam vel expressam vel semper subintellec[t]am rescriptorum validitati, *si preces veruate missas in c. 2. de Rescip.* I. fin. de Diver. rescrip. C. cum similib. quare cum eo tempore quo prouisio fuit impetrata, beneficium eius qui viuebat non diceretur vacare, nulla est collatio. Habemus enim rationem datæ ipsius concessionis, c. tibi qui, de Rescript. in Sext. c. eam te, eod. tit. apud Gregor. c. cum cui, 7. de Præb. in Sext. & quo tempore hic collatio facta fuit; viui beneficium nec promitti nec conferri potuit, c. 2. de Concili. præb. apud Greg. c. detestanda, c. ne captande, eod. tit. in Sext. ita non poterit extendi adueniente vacatione per mottem, ad tempus quo postea impetrari poterat per obitum, cap. si eo tempore, 9. de Rescript. in Sex. ab initio enim vitiosum non potest ex post facto confirmari, quamuis res in casum inciderit a quo incipere potuisset, l. quod initio vitiosum, 29. & l. penult. que initio, de Reg. iur. P. ca. non firmatur, eod. tit. in Sex. c. 1. de Despons. imp. in Sext. cap. 1. §. 1. de Prohib. feudi alienat. in usib. feud. §. 1. de Exhæred. libero. apud Iustinian. Quando videlicet consideratur initium, quod cum vitiosum sit, & nihil per se inducat, non potest rei alteri initium dare, & quando actus ab initio statim valere debet,

nec

nec remanet in suspenso , vt scribit Barthol. ad l.i.
 de Regula Catonia. P. in l. oppositione : quemad-
 modum impetratio vel promissio beneficij viuen-
 tis , statim ab initio nulla est: nec potest esse in su-
 spenso vt effectum sortiatur, quando postea mor-
 tietur , vel donec per alium modum postea vaca-
 uerit. facit Rota decis. 431. si *impetrans*, &c. in Nonis.
 vt nec pactio valet de hereditate viuentis, l. ex eo
 instrumento, C. de Inutilib. stipulat. l. fin. C. de Paet.
 l. hereditas, C. de Paet. conuen. neque tractatus de-
 liberatus de futura electione valet, antequam be-
 neficium vacet, c. bonæ, in 2. de Election. Sicuti nec
 prodest aditio facta hereditatis eius qui viuit, quâ-
 uis postea mortuus fucut. l. neminem pro herede,
 27. de Acquir. hered. P. l. qui superstis, 94. & l. qui
 hereditatem, eod. titu. de Acquir. hered. P. l. pro
 hered. P. l. opinione, C. eod. tit. pro hered. cum nec
 hereditas viuentis dici possit. l. i. de Hæred. vel act.
 ven. P. Ita, quemadmodum nemo ambigit benefi-
 ciūm viuentis cōferri non posse per c. i. de Conces.
 præben. cum similibus ibi per Glossam notatis : sic
 resoluendum est , neque impetrationem beneficij
 factam per obitum eius qui viuit , pertinere ad
 vacationem aduenientem per obitum eiusdem.
 Adde quod in Concilio Toletano s.c. 4. vt habetur
 in 2. Tomo Conciliorum tempore Honorij i. sum.
 Pontificis, anno Domini 1522. imperante Herachio,
 & sub regno Chintelli regis Hispaniarum, excom-
 municantur omnes qui inquiunt & singunt se esse
 sollicitos quis rex eorū erit post mortem eius qui
 adhuc viuit : illud ipsum decretum fuit confirmatum
 in 6. Concilio Toletano. Illud tamen dubitā-

tionem habere posset; num pari pena puniendus sit qui beneficium impetravit per obitum viuentis, ac is qui beneficium viuentis impetravit, de quo in d.c.i. de Concess. præb. cui dubio respondendum, cum, qui per obitum ita impetravit eius qui viueret, si iusto errore ductus putaret mortuum, & si sine dolo ita impetraverit, cuitare penas d.ca.i.de Concessio. præb. at nullam consequi utilitatem ex ea impetratione, neque tunc, nec in futurum adueniente verè morte eius cuius beneficium erat impetratum. Et hoc conforme iuris communis est dispositioni, ultra tamen additum in regula hac de impetrantibus beneficium viuentis: ut si mortuo postea eo cuius viuentis erat beneficium impetratum, iterum de novo idem per obitū impetraret, non valeat impetratio, nisi in ea impetratione fiat mentio prioris impetrationis obtētæ per falsum expressum obitum, & ita dispensetur. vt scribit Gomes addictam regulam de impetrationibus benef. viuen. qu.3. Decius ad l. fin. C. de Pact. & consil. 398. Oldianus conf. 304. Ratio non omnino erit aliena, si dicamus, ideo id statui, quod debeat quis puniri in quo peccauit, cap. prouida, de Elect. in Sext. c. literas, de Tempore. ordin. c. postulatis, §. de Cleric. excomm. minist. constit. omnes peregrini, cap. communia, de Succession.

3 Addi potest alia ratio cur impetratio beneficij viuentis nihil operetur, etiam postea contingente vero obitu. Quod in omnibus impetrationibus beneficiorum censeatur clausula apposita vel apponatur: dummodo tempore datæ literarū non sit alterius ius in beneficio quæsitū, Felinus ad c. capitulum

tol.17. versic. de duobus , de Rescrip. facit c. extuatum , de Authorita.&c vsu pallij. arg.l. 2. §. si quis à principe, Ne quid in loco publ.P. Etiam si gratia sit motu proprio summi Pontificis concessa. Quia & in ea intelligitur , dummodò alteri ius non fuerit quæsitum.Rota decisio.445.incipien. nota lices proprius motus,&c.in Antiquis.

Altera regula , quæ consideranda in collatione 4 facta per mortem vacatione inducta , est his verbis concepta , 28.de verisimili notitia. Item voluit & ordinans quod omnes gracie quas de quibusvis beneficiis Ecclesiasticis cum cura & sine cura , secularibus & regularibus , per obitum quarumcunque personarum vacantibus , ni antea fecerit , nullius roboris & in omnem finit , nisi post obitum & ante datam grauiarum bursam modi tantum tempus effluxerit , quod interim vacationes ipse de locis in quibus persone predictæ decesserint ad mortuam eiusdem Domini nostri verisimiliter pouverint peruenire. Tribuitur hæc regula Ioanni 23. probata per Martinum V. & Nicolaum V. Adfert Ioan. 23. in proœmio regulæ causas & rationes eius , nempe evitandas fraudes quæ committuntur in beneficiis , ut seruetur puritas conscientie , & precludatur ambitionis via ambitiosis. Fraus cum delicto presumitur , vt is qui accelerat impetrationem videtur determinasse mortem beneficiati ; sicque hac regula Cancelleriæ vitatur occasio captandæ mortis , iuxta ea.ne captandæ , & cap. detestanda , de Concession. præbend. in Sexto. Erat & alia fraus præcisa , qua plures pluries ante vacationem impetrabant , vt veluti iacto hymno , si casu vacatio se offret , beneficium illud piscarentur , eaque de causa

INSTITIONES NOVAE

renouabant impetrations , vt etiam nunc curiales
fraudulento Romæ clam facere solent. Neq; tamen
malitiis hominū est indulgēdum.ca.sedes.de Refor.
l.in fundo , de Rei vindic.P. Quibus & rationibus
conclusum est,eandem regulā de verisimili notitia,
habere etiam locū corā ordinario in collatione per
illuan factū,beneficij per mortē beneficiati ; vt non
valeat si verisimiliter cognitio obitus non potuerit
peruenire ad collatorem intra tēpus mortis & col-
lationis.sic tuetur Gl.antiqua ad d. regulā, & Deci.
consi. 398. incip. *in causa domini*,& Colmas Guinier,
al §.neque etiam collationes,ad verbum, facienda,
de Collation.in Pragmatic.sanction, quo loci & re-
fert, se vidisse quandam constitutionē legati Otho-
nis, prohibentem ne prætextu opinionis vel famæ
quæ sit de morte beneficiati absens , eius benefi-
cium conferatur ; & cauentem expectare,deberet
prælatum , donec plenius de morte instruatur ante
collationem. Quod tamen postremum in dubio
mortis , si per longū tempus beneficiatus absuerit,
vt ignoretur quid profectus sit, admittere posset ex-
ceptionem vt beneficium eius cum rumore mortis
eius habito pro certo , possit conferri,non obstante
regula de verisimili notitia , quemadmodum notat
Rebuffus ad proœmium Concordatorum ad verb.
*fau.*Siquidem,vt ait Glos.ad can.non oportet,36.ad
verbum,proficisci, de Consecr.dist. 5. si clericus tan-
diu absit vt dubitetur de eius vita aut morte,desinit
habere administrationem , per §. quid autem , de
Vsucaption.veruntamen si post collationem alij fa-
ctam reuerteretur,dicunt posse repetere beneficiū,
arg.Auth. hodiè, de Repud.C. collationēque reddi
nullam

nullam secundum Cardinalem, consil. 44. incipien.
pro domino. Ego tamen tutius actutum ordinarium
 puto, si ante collationem beneficij titularij per lon-
 gum tempus absentis, cum ignoratur ubi sit, propo-
 suerit Episcopus in Ecclesia beneficij citatione seu
 vocatione trinam aut perceptoriā, & posteā eo intra
 tēpus edictis cōstitutum non veniētem, eum priuet
 beneficio, & demū alij conferat, iuxta formā ex tuā
 deuotionis, n. de Cler. nō resid. Sed & in legati vt
 ordinarij collatione, habeat locū, prædictā regulam
 Cancellariæ de verisimili notitia, tradit Ioā. Franc.
 de Sācto Nazario, de Ripa, consil. 16. posito in lib. t. de
 Legibus & consuet. & idē de Ripa ad c. 2. de Rescr.
 Nam quāvis materna fit odiosa, tamē fit eius ad alia
 extensio ex paritate rationis, si agatur de euitandis
 fraudibus, vt in c. si ciuitas, de Sēt. excom. In Sex. Gl.
 f. in c. quāquā, de Vsl. in Sex. c. inter ceteras, cū simi.
 ibi à Gl. notatis, l. à Tītio, de Verb. obl. P. Quemad-
 modum enim per impetrationē in Curia Romana
 ante tēpus factā, contra intentionem sum. Pontif. or-
 dinariorū collationibus fraus fieret: sic per anticipa-
 tiones illas corā ordinariis factas, fraus fieri possit
 collationi & præventioni sum. Pontif. sic autē sum.
 Pont. vult aliorū cōseruate, vt propria nō negli-
 get, c. liçet, de Suppl. neg. prael. ca. quoniā, de Immu.
 Ecclesia. in Sex. & in Extr. Ioan. 22. si fratrū, Ne sed.
 vacat, aliquid inno. Probata & sentētia quodd regula
 de verisimili notitia habeat locum in ordinatio, per
 Senatus cōsultum prolatū Lutetiæ in magna camera
 Inquestarum, 29. August. 1537. per aliud in Curia su-
 prema Tholosana pronunciatum in vigilia Virgi-
 nis beatæ Mariæ, Augsti mense eiusdem anni,

INSTITUTIONES NOVÆ

maximè quando ordinarius confert per obitum. Alioquin enim quedam ei esset excusatio fraudis, si alio modo & sub conditione si vacet conferatur, Glos. in c.2. de Election. in Sext attamen si absolute conferatur, non potest euitari suspicio iniqua fraudis, ex dicta regula, vide Rebuffum in poëmio Concordatorum, ad verbum, *fat.*

5 Dignum & hic erit obseruatione, ut regula de verisimili obitus notitia, quæ ad fraudes vitandas pertinet, comprehendat casum quo quis corpus beneficiati mortui, vel mortis eius tempus ex industria celauerit, donec beneficium à Papa impetrasset; & ne interim celato obitu, ab ordinario cōferti posset, Nam non valebit impetratio, nisi à tempore quo reuelata & manifestata fuerit mors, quia antea verisimilis notitia cessat. Clemen. vnic. in fine, de Concession. ptab. promide, si ante verisimilem notitiā obitus ante reuelationem fuerit facta collatio beneficij impetranti, & alteri post reuelationem ab ordinario, preferenda est ordinarij collatio, alia propter fraudem rejecta, & ita refert iudicatum Boemus decis. Burdiga. 287. Ed pertinet ordinatio regia Francisci I. Regis Galliarum, anni 1539. art. 56. Rebuff. in 2. Tomo constitutionum Regiarum, tit. Ne beneficiorum cadavera custodiantur. & ad §. declarantes, ad verbum, *præuentum*, de Mandat. apostolic. in Concordat. Ratio, quia dolus & fraus nemini debet patrocinari. c. sedes, & seq. de Refut. I. in fundo, de Rei vindica. cum simil. Neque quisquam ex dolo lucrum debet consequi, ex quo peccanti metetur, l. nemo ex dolo, de Dolo. P. l. non fr. iudicantur, 177. §. nemo, de Regul. iur. l. legata multiter

tiliter, de Adimen. legat. P. Pœnam autem quis ex eo meretur quod sepulturam cadaueris mortui distulerit, quo alium deciperet, l.cum sit iniustum, 6.de Sepulc.viola.lib.9.tit.19.& Nouella 60. Ut defuncti funera non iniurient, officiumque prætoris est, prouidere ne corpora defunctorum detineantur, aut ne quid fiat quominus sepeliantur, l.ne corpora, 38. de Religios. & sumpti.funer. lib.ii.P.tit.7. cum inter sit reipublicæ, corpora defunctorum in sepultura iaccere:l.si quis sepulchrum, 12. §.hoc editum, de Religios. & sumpti. funer. lib.ii.P.titul.7. Nam hinc aeris proximi sequitur infectio, & horror ex putrefactione eius:sepulchriq; violati criminе tenetur ex lege Iulia, de Vi publica, ex ea parte, qua tenetur qui aliquid fecerit quominus aliquis funeretur, sepeliatûr ve, l.sepulchri violati, 8.de Sepulchro viola.lib.47. P.tit.2.

Tradit Cosmas Guiniet ad §.nec etiam collationes, ad verbum, faciendas, de Collat.in Pragm. sanction.in renunciatione admissa, cum clausula, vel alias quous modo vacet, hanc regulam de verisimili notitia locum non habere. Si (inquit) in partibus existens constituit procuratorem ad resignandum beneficium in Curia Romana, etsi facta est prouisio per resignationem aut mortem, aut alias quous modo vacet, & ille qui procuratorem constituerat pridie illius resignationis mortuus fuerit, videtur valere prouisio: quia ob alium modum vacationis procurator Romanum iuerat, ideoque prouisionis origo inspicienda est. I.tutor, de fideiulso. l.3. C. ad Senatuscons. Macedon.consentire videtur Glos.ad dict. regul, de verisimili notitia. Cæterum pro contumacia

INSTITIONES NOVÆ

sententia, & quodd regula illa de verisimili notitia locum habeat, non obstante illa clausula, *vel alias quous modo vacet*, posita in renunciatione, consistit Gomes ad illam regulam, quæst.3. & ait secundum hanc iudicatum in Rota tēpore Iulij Papæ 2.vultq, illam clausulam in renunciatione positam, *vel alias quous modo*, extendi tantum ad casus similes, ut si vacaret beneficium per incapacitatē renunciantis, vel per eius matrimonium; non autem ad casum mortis qui longè diuersus à renunciatione in cap. suscepimus, de Rescript.in Sexto.

- 7 Habet stilus signaturæ Romæ, quodd derogatio istius regulæ, non detur nisi in Francia; extra quam derogatio data solet cassari, ex bullâ reformationis Curie Romanæ, quādo agit de reformatione signaturæ, idque communiter. Nam & hodiè ex gratia, signatura pro meritis personæ ei stilo deroget aliquando nec sciuet illam constitutionem, Alex.6. vt notat idem Gomes ad dictam Regulam quæst.7. oportet autem expressè derogari regulæ de verisimili notitia, aliter nihil efficaret clausula illa, *estam si per obitum. &c.* Fuerunt aliqui, qui vt fraudem facerent regulæ de verisimili notitia obitus, supplicationem suam impetratiōnis in hāc formā composuerunt, vt eis beneficium conferretur vacas per incapacitatem, incompatibilitatem, devolutum, aut alijs, nulla mentione habita mortis, ea fraude, vt posteā in concessione obtinerent illam clausulam, *aut alias quous modo vacet, estam si per obitum.* Quod tamen non prodesset impetranti in fraudem regulæ. Declaratum fuit & inutilem ad id esse illam clausulā, si modò verisimile sit impetrantē venire *vel*

vel misisse ad impetrationem obtainendam , ante mortem ultimi possessoris , nec habendam esse rationem derogationis , quia non potest Papæ , vel non solet huic regulæ derogare , ut scribit Rebuffus in tractat. Nominationum , quest. 18. &c in Practica beneficiaria , ad illam regulam , Gloss. 5.

De Vacatione per sententiam.

CAP. XXXIII.

- 1 Vacatio beneficij per sententiam , quid : us in clero non residente.
- 2 Si turpiter clericus vivat.
- 3 Si crimen graue commiserit , ante condemnationem tamen renunciare & permittere rem potest beneficium.
- 4 Exceptiones ponuntur.

 Xpeditis tribus speciebus vacationis beneficiorum , ipso iure tantum , ipso facto tantum , ipso iure & facto simul ; agamus de quarta quæ sit per sententiam . Vacatio itaque per sententiam accidit , quando iudex sua sententia priuat aliquem suo beneficio vel ob contumaciam , vel actum aliquem seu crimen : veluti si beneficiatus absens non resideat in loco beneficij exigentis residentiam , & vocatus iuri idicè à suo prælato , sine aliqua dispensatione vel iusta aut legitima excusatione , redire contempserit , vocatus expectatus , ut contumax , suo beneficio priuari potest . c. 1. c. relatum , 4. c. ex parte , 8. cum tribus sequentib . de Cleric. non resident . Ante contumaciam autem

I N S T I T U T I O N E S N O V A E

& vocationem, clericus etiam si vagus sit, non debet priuari beneficio, nec censetur is habuisse beneficium pro derelicto, nisi aut males fiat, aut contrahat matrimonium. Glos. ad c. qualiter, 9. ad verb. *quadrupennum*, de Cleric. non resident.

2 Secundò, clerci qui turpiter & cum scandalo viuunt, postquam promoniti fuerint, coerciti, & castigati si incorrigibiles in sua nequitia permaneant, beneficiis priuari possunt iuxta Concilium Tridentinum, sessio. 21. c. 7. c. inuentum, 16. quest. 1. c. fœlicis, de Pœnis. in Sext. Clem. multorum, de Pœnit.

3 Tertiò, si crimen aliquod graue commiserit beneficiatus, ex quo tamen non vacat ipso iure beneficium, opus est ad inducendā vacationem sententia priuationis beneficij. Vnde sequitur ante sententiam priuationis, habere administrationem & dispositionem liberam sui beneficij reum cumini, & posse permutare & renunciare, Glos. ad c. 2. ad verb. *pnnia*. Ut hie penden. in Sext. decisi. Capellæ Tholo. 436. Rebuffus tractat. de Pacif. possess. num. 261. & 262. Gomes ad regulam, de Anna. possess. quest. 42. Neoter. ad c. 2. de Rescript Felinus ad c. inquisitionis, de Accusat. Rota decisi. 5. de Re iudic. in Antiquioribus collectis per Bernaldū de Bisigneto auditorem Rotæ, & postea factum Cardinalem. vbi postquam in contrarium partem pluribus viis est iationibus, tandem ita concludit, ut etiam condemnato reo ad perpetuos calceos, & ita eo mortuo ciuiliter nō inducatur vacatione vel priuatio, nisi per sententiam quoque priuetur expressè beneficio, vt etiam notat Innocentius, ad cap. qualiter & quando, de Accus. in Gl. super verbo, *diminutionem*. vers.

vers. credimus tamen, & ita iudicatum in Rota. facit Felinus ad c. cæterum. de Rescript. Sic iuste ciuili, si quis post accusationem, in custodia fuerit defunctus indemnatus, testamentum eius valebit, l. si quis, 9. de Testam. & qui testa. face. poss. valet & post contractum capitale crimen donatio bonorum à reo facta ante condemnationem, quamvis comdemnatione sequatur bonorum confiscatio, l. post contractum, 15. de Donation. P. Et reus criminis soluere debitum potest, ut & ei solui, l. reo. 41. & seq. 42. de Solu. P. l. auferatur, §. in reatu, de Iure fisci. Quin imò & post sententiam priuationis beneficij, si appellatio interpolata sit, & pendente ea renunciauerit vel permutauerit, tenebit permutatio vel renunciatio. ut ait Rebuffus in tractat. de Pacif. poss. numer. 262. facit l. qui à latronibus, §. 13. §. fin de † Testam. Pand.

Excipi videntur duo casus: primus, si suspicio fraudis sit quod in fraudem priuationis quam prævidebat, certò sine aliqua necessitate vel causa renunciauerit, vel permutauerit, c. quod translatione, de Renunciatione. idèo resignatio ut careat fraude, debet fieri antequam procurator regius vel trium iuri capitalium causarum, conculserint ad pœnam contra reum beneficiatum, l. qui pœnæ, 8. §. diuus quoque Pius, de Manumissio. lib. 40. P. titul. 1. ibi quia iam lege Cornelius damnatus esset vel sano futurum p. officere ut damnaretur: & sic concludit Felinus ad dict. ca. inquisitionis, de Accusat. facit ea. 2. de Renunciatio. in Sexto. Dubito tamen ego in beneficio illam suspicionem admittere, cum dixerimus & post cōdemnationem priuationis, posse interposta appellare

INSTITIONES NOVÆ

appellatione renunciate. Eamque sententiam probarem, cùm bona confiscanda & beneficium non æquiparentur in hoc, cùm beneficium det tantum viuum non proprietatem: quod nec confiscati possit. Secundus casus excipi videtur in grauioribus culminibus, in quibus ipso iure videntur confiscata bona, vt in crimen perduellionis, in quo ipso crimen commisso, quis amittit rerum & bonorum suorum administrationem: vt nec alienare, nec testari de his possit, l. fin. C. ad Legem Iul. maiest. I. quisquis, §. emancipationes, eod. tit. C. l. donationes quæ in concubinam, 31. §. fin. de Donation. P. Sed nec hæc exceptio pertinebit ad priuationem seu vacationem per sententiam, sed ad vacationem quæ inducitur ipso iure, de qua antea diximus suo loco capite vigesimo octavo. Porro, hæc de amissione & vacatione beneficiorum dicta hactenus sint: videamus nunc de Acquisitione seu collatione, & concessione eorum iuxta legitimam methodum.

De Acquisitione seu de collatione beneficiorum. CAP. XXXIII.

I Beneficia personis conferenda, que habeant qualitates beneficiis conuenientes: & de illis in summa.

VAcatione adueniente beneficiorum, vel quando ad vacatura ius dandum erit, considerabimus primum naturam beneficiorum cuiusmodi sit; vt secundum qualitatem beneficij ei persona idonea & conueniens

veniens p̄eponatur. Secundò , quæ requirantur in idonea persona ad beneficium suscipiendum. Tertiò , quæ sit legitima persona ad conferendum , & postremò , modos conferendi. Quod ad primum pertinet, beneficiorum naturas, qualitates & distinctiones, iam antè c. 10. tradidimus, vnde haurire licet. Ut in summa , exempli causa, perpendemus si beneficium sit Theologalis præbenda , eam requiri dicimus Theologum re ipsa , qui studuerit sufficienter & muneri sit idoneus. cap. penult. de Magistr. §. statuimus, de Collation. in Concordat. si beneficium sit sacerdotale ut p̄eponatur ei sacerdos, cap. ei cui 29. de Præbend. in Sexto. cum distinctione, cap. licet canon, & cap. commissa, de Election. in Sexto. si regulare sit, detur regulari ; & contrà, seculari seculari. cap. cùm de beneficio, de Præbend. in Sexto. §. volumus , de Collation. in Concordat , & secundum regulam beneficij, eiusdem regulæ ordinis detur tantum hominibus , cap. cùm singula , de Præbendis. in Sexto. Si beneficium in Gallia villa murata, detur tantum graduatis, iuxta Concordata, titulo de Collation. & consuetatis legibus regnum , ne dentur Allophylis sine venia principis , vt fusè nos de his docuimus lib. 17. Syntagmatis cap. 6. Cùm itaque de qualitate beneficiorum dictum sit, de personis eorum quibus beneficia conferenda sunt, & corum qualitate legitima dicendum erit.

INSTITUTIONES NOVAE
De personarum beneficiandorum qualita-
tibus & primū de legitimis eorum
natalibus. C A P. xxxv.

- 1 *Beneficia non nisi idoneis conferenda, & in quibus con-
sistat idoneitas.*
- 2 *Illegitimè nati non sunt idonei beneficiis tenendis.*
- 3 *Ratio prima, à puritate & munditia Ecclesie.*
- 4 *Secunda ratio, à parva exemplari parentum transcen-
t liberos, ut & ipsi & alijs meliores fiant.*
- 5 *Tertia ratio, quod virtus parentum sint filiis hereditaria
aliquando.*
- 6 *Quare dispensatione spuriis dari possint beneficia.*
- 7 *Qua sunt obseruanda in dispensatione spuriorum circa
beneficia.*

N summa , beneficia nō sunt conferenda
nisi idoneis & capacibus , ex constitu-
tione Concilij generalis in c. graue , 24.
de Præben.c. relatum , de Concession.
præben. c. 2. de Institution. quod in omnibus pro
beneficiis quæ illis conferri possunt, statuit Alexan.
3. in ca. cauſam quæst. 8. de election. cum in omnibus
gerendis negotiis , pro modo eorum personæ sint
eligendæ capaces & sufficientes operi, leg. viii. §.
ideoque, de Nouo Cod. faci. C. l. vt gradatim , de
Muneri & honor. Capacitas porrò & idonea qua-
litas beneficiandorum, consistit in legitimis natali-
bus, ordine Ecclesiastico legitimo , legitima aetate,
bonis moribus,& sufficiente scientia.

- 2 Legitimi natales sunt , cùm natus quis ex le-
gitimo matrimonio; & ideo dicimus eum cui bene-
ficiū

ficiū dandum est , esse debere legitimum & na-
turalem.c. cùm in cunctis,&c. innotuit, de Electio.
Nec permittuntur regulatiter ad Episcopatū con-
scendere illegitimē nati, c. Cœmomanensem, 15.&
seq. 56. distinct. Atque in Deuterono. c. 23. scriptum,
non ingredieretur manus, id est , de scorto & alieno
semine natus, *Ecclesiam Dei, usque ad decimam gene-*
ratio[n]em. In sacerdote , inquit Philo Iudaus in de-
calogo, genus examinatur ut sit inculpabile. Et Pla-
to sexto de Legibus, qui per suffragium tribuum &
sortem, ad sacras res tractandas ex lege eligi debet:
eligi debet qui sit integer ac legitimus : deinde ex
domo quam maximè mūda, expers quoque exdis,
omniumque huiusmodi quæ aduersus leges com-
mittuntur , cuius pater matérve similiter vixerint.
Eadēmque in mulieribus sacrīs, quæ in viris statuit.
Et Gregorius 9. in c. fin. de Filiis presbyt. prohibet,
ne admittantur illegitimē nati ad personatus, digni-
tates , vel alia beneficia Ecclesiastica ; & statuit, vt
promisi ex Ecclesia extrudantur , nisi dispensatio
Pape acceſſent. & in cap. i. eius tituli prohibetur
idipsum.

Cur autem filios illegitimos arceri ab Ecclesia-
stico ministerio placuerit , inter ceteras causas,
prior hæc eit ratio : quod Ecclesia , munus in quo
macula eifet, oblatum reniceret. Leu. 21. c. hinc et-
enim, 49. distinc. & ita in Ecclesia non minus quam
inter mulieres illustres , iuxta l. si qua illustris , ad
Sena. Oiph. C. castitatis præcipuum debitum est,
& nominari spurios satis iniuriosum, satisque acer-
bum: cùn augen Rempublicā magis, & multis ho-
minibus legitimē genus frequentari, quam impiis

I N S T I T U T I O N E S N O V A E

periuriis affici , visum sit iustius vel Iustiniano in l.2. §. fin. de Indict. viduit. tollen. lib.6.C.titul.40. Sed & Ecclesia Dei quæ p̄cepta eius iubet custodiri , & quæ iuxta præceptum , non mæchaberis , detestatur fornicationem , quodammodo confundetur , si ex illegitima coniunctione progenitos passim & sine discretione in ministerium Dei admitteret; & veluti ex probatione geniti,dare videatur delinquendi occasionem. ita & Iustina. in l. legem.C.de Naturalib.liberis. Sciam (inquit) omnes, legitimus matrimonii legitimā posteritatem querendam. In iusta nāque libidinum desideria nulla de cetero veniam defendet. &c. Conuentio reprobatur , aliudve, quo quis induci posset ad delinquēdum, l.alia causa,§.eleganter, Soluto matrimonio. P.l.conuenie, de Pact.dotal.P.Et ea de causa non recipit Ecclesia oblationes ex iniuste quæsitis,c. oblationes,90.dist. cap.miror,17. quæst.4. cap.3.de Vsur. cap.super eo, de Raptor. Pulcher & iam textus Cōcilij Toletani 9.cap.10.relatus in ca.3. Cūm multæ super incontinentia, 15.quæst.8. vbi propter frequentiā incendiabilem clericorum, in progeniem eorum illegitimam etiam sœvitum est,& nati ex illis non tantum incapaces hæreditatum declarantur, sed etiam efficiuntur servi Ecclesiarum.

- 4 Proinde secunda ratio colligitur, vt incontinentie & criminis paterni detestationem tranſire in filios : vt in his & parentes magis affligantur,& iesipſificant , vel alij exēplo horum ab illicitis amplexibus abstineat.sic Iustina.in l.fi.de Naturalib.lib.C. prohibuit mulieribus, liberis naturalib. totū patrimonium, vel quantum voluerint relinquere, quod

vitium parentum ex eo putaret refranandumiri.
 Torquentur & patres grauius in iniuria filis illata,
 quam in propriæ personæ cōtumelia, listi quidem,
 §.f.i. Quod met. cauf. maledictio peccati Cham im-
 posita filio eius Chanaan, Genes. 9. cap. cūm ego, §.
 sed qui pro persecutionibus, 24. quest. 3. Pio hæreti
 patris etiam filius adimitur beneficiorum Ecclesi-
 sticorum possessio, c. vergentis, de Hæret. Authent.
 Gazaros, C.co.tit. & in criminē læse humanæ ma-
 iestatis, filij perduellionum efficiuntur successionis
 oīnnis incapaces. I. quisquis, §. i. ad Leg. Iuliam ma-
 iestat. C. Adimuntur temporalia filii eorum qui com-
 mittunt crimina detestabilia, quæ metentur pa-
 nam exemplarem, non tam in pœnā seu damnum
 ipsorum filiorum, quam, si bene omnia perpendan-
 tur, in eorum utilitatem. Monentur enim filii illa
 temporali priuatione futurorum temporalium, vt
 caueant ne in morbum paternum incident; & ra-
 piuntur seu inuoluuntur plures boni pœnae seu pu-
 nitioni malorū, ne malitia viventibus mutet à bono
 in malum intellectum; vel propter eorum proba-
 tionem, vt illis hoc ipsum cedat in magnum bene-
 ficium, non in pœnam; vt explicatur in cano. si ex
 bono in malum, 8. de Consecration. distinc. 4. Ex
 divi Augustini libro de correptione & gratia, ca. 8.
 & cap. 9. ita muoluti pœne Sodomitarum pauculi,
 Genes. cap. 19. & populus cum peccato Agag, &
 Amalechitarum i. Reg. 15. Et in summa, pro peccato
 parentum, temporaliter aliquando puniti filii, tem-
 poraliter, sed non ateinè. c. vergétis, in fine, de Hæ-
 retic. sicque terror pœnae transit per comminatio-
 nem in filios, usque ad tertiam vel quartam gene-

INSTITIONES NOVÆ

rationem, cap. i. 24. q. i. & pœna Dauidis translatæ in posteris. & Regis Achab. 4. Reg. 21. cap. Achab, catalis, de Pocenien. distinct. 3. Iudicia Dei hic abyssus multa, cuius consilium omnibus non patet, ideo relinquendum est eius maiestati: facit tamen detestatio criminis, & ut pœna exempla ad cautionem aliorum pertineat. Ut etiam aliquando instrumenta & animalia bruta quorum medio crimen patratum est, in vindictam trahantur, ut Levit. cap. 20. & can. mulier, 15. quest. i. Suidas in verbis θυριβέλη προστατεύω. Sic Deus iulit thuribela quibus ignis alienus contra præceptum à sacerdotibus igne cōsumptis oblatus erat, in laminationes ducit, & affigi tabernaculi ianuis ad perpetuam vindictæ sceleris memoriam. Num. 16. cap. denique, 7. q. i. c. & dixit, de Consecr. dist. 2.

5. Et postremò, repudiantur ab Ecclesia spurijs vel illegitimè nati, quod in criminibus, maximè in viuis corporis, exempla patrum in filiis tanquam hereditaria metuamus. ca. si quis militibus, 6. quest. i. I. quisquis, ad Leg. Iul. Maiest. Et ipsum de incontinentia patrum que facile continuatur in filiis expresse decisum est, in cæ si gens Anglorum, 56. dist. Eaque ut opinor fuit ratio, cur in Ædilitio edicto statutum fuit, ut venditor mancipiorum vendendum nationem in venditione pronuntiet. Plerumque enim, ut ait Paulus Iurisconsult. natio serui aut prouocat, aut deterret emptorem: quia præsumptum est, quosdam seruos esse bonos, quia nationis sunt non infamatae: quosdam malos, quia eius nationis sunt, que magis infamis est. l. quod si nolit, 31. §. qui principia, de Ædil. Edict. Horatius libr. 4. Carmi. Ode 4.

*Fortes erantur fortibus & bonus,
Et in iuencis, est in equis per um
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant aqu le columbam.*

Et Pindarus, Ode 8. Pythior.

*Φυλή γενεάσιν
Επιφύλει εν πατέρος: στάσιν λῆψα. id est,
Quo i est generofaria natura
Aliacei ex patribus: liberis fiducia.*

omitto similia que tamen à communiter contingentibus concludunt, cùm vulgari proverbio sepe solet filius similis esse patri vel matri, cùm imago patris filius, & eius institutio moresque maxime pendeant ex consuetudine & obseruatione paterni, que maximè in tenetis annis ad patris exemplar formatur.

Nihil tamen prohibet, quin dispensatiū vel ob 6
merita spurij, eruditionem singularem, bonosq; &
probos mores eius, cùm potissimum Ecclesiastum
necessitas ob aliorum legitimorum penuriam po-
stulat, illegitimi ad beneficia, dignitates & munera
Reipub, admittantur ut in cliteras, de Filiis presb.
c.f.n.cod.tit. in Sext. Defectus quippe dicitur messe
non vitium aut culpa spurius, c.nasci, 56 distinct. ca.
accedens, de Purga. cano. idē defectus ille potest
repleri vel suppleui sciētia, moribus & necessitate,
de quibus, num sufficiente suo iudicio, cognoscit
princeps spiritualis, vel secularis, & sua dispensatione
supplementum sufficere declarat, miserationeque
dignus est alioquin idoneus, qui alieno vitio labo-
rat, l. legēm, C. de Naturalib. liber. Iure Romano
quoque, spurij & ex incestu nati, deculliones fieri

INSTITIONES NOVAE

possunt: quia, inquit Papinian. non est impedienda dignitas eius qui nihil admisit. l. spuri, 6. de Decurion. lib. 50. P. titu. 15. Consentit Vlpian. in l. 3. §. spuriros, eod. tit. Vbi tamen annotat, concurrentibus legitimiis & naturalibus cum spuriis in petitione dignitatis, praeferendos naturales & legitimos & scripto Imperatorum fratrum ad Iulianum Auitum Bythiniae praesidē. facit pro Papiniani ratione, quod filius illegitimè genitus, ex eo qui deliquerit non fiat deterior, l. lege duodecim tabularum, de legitimis haeredit. l. maximum vitium, de Liber. prate. Delicta quippe personalia, nec per se transeunt in successores. l. crimen paternum, l. si qua poena, de Poenis. P. l. sancimus, C. eod. l. i. Ne filius pro pat. C. Ezechie. cap. 18. & can. crimen, 14, question. 4. In Gallia quoque bastardi seu spuri, possunt officia regia & magistratus gerere, sine expissa dispensatione principis, non possunt tamen beneficia Ecclesiastica possidere, absque summi Pontificis dispensatione, qua etiam legimus fieri potest, ca. per venerabilem, Qui filij sint legitimi.

7. Est autem in hac dispensatione distinctio beneficiorum & potestatis dispensantis adhibenda, quæ traditur in cap. i. de Filiis presbyter. in Sexto. lib. i. titul. ii. his verbis. *Is quis defectum patitur naturalium, ex dispensatione Episcopi licet potest, si aliud canonicum non obseruat. ad ordines promoueri minores, & obtinere beneficium cui cura animarum non imminet, dummodo sit tali; super quo per ipsum Episcopum valeat dispensari. Ad ordines quoque maiores, vel beneficia curam animarum habentia, super quibus Episcopus no-*

que

quis dispensare, sine dispensatione sedis Apostolica promouens non potest. Dispensat tamen, in quibus potest etiam dispensare Episcopus: nempe in simplicibus beneficiis & Papa: cap. literas, de Filiis presbyter. potest tamen summus Pontifex una dispensatione cum illegitimis, ad omnes ordines & omnia beneficia dispensare, ut postea non sit opus Episcopi dispensatione, cap. 2. de Filiis presbyt. Et Glos. ad d. cap. 1. de Filiis presbyt. in Sext. ad verbuna *beneficium*, notat dispensare posse Episcopum in simpli- ci beneficio, etiam si sit canonica Ecclesiae cathedralis secundum Archidiaconum: attamen non posse in personatu vel dignitate, etiam si sit sine cura. cap. ad hæc, de Filiis presbyt. cap. fin. de Præbend. cap. dudum, in 2. de Elect. Consentit Dominicus ad dictum caput primum, de Filiis presbyt. Hic obser- uandum ruitum, dispensationem natalium pro be- neficiis obtainendis expressè fieri debere: alioquin enim dispensatio non inducit ex collatione be- neficij simpliciter facta, de ea nulla mentione ha- bita: quamvis verissimum sit, non posse conferri aliis quam legitimè natis, quod latè videbis tra- statum in Gloisa cap. vni, ad verbum *dispensare*, de Aet. & qualitat. præficien. in Sexto. Et dispen- satio expressè fieri debet ab eo qui Potestatem habet dispensandi, cap. fin. de Schismat. Nec suf- ficit collationem fieri ab eo qui dispensare potest cum indigno prouiso, nisi etiam in actu collatio- nis fiat dispensatione expressè memoria; ut in cap. diuersis fallacius, de Cler. coniug. cap. qui in ali- quo, scilicet distinct. cap. quicumque, in fin. 8i. distinct.

INSTUTIONES NOVAE.

vbi ponit in quibus publicus concubinarius ordinatus ab eo qui poterat dispensare cum eo, non ordinatur efficaciter, quia cum eo expressè non fuit dispensatum, haberetur tamen pro expressione si causa impedimenti fuisset propria, & non obstante ea & mentione facta eius, fuisset actus peractus; nam tunc censetur dispensatio facta, cap. cleuco rante, 50. distinctione cap. cum pto vtilitate, 16. questione.

De Ordine Beneficiandorum.

C A P. XXXVI.

1. Beneficia tanum conferenda clericis, exceptis mulieribus debitis.
2. Clericorum & laicorum distinctio, & unde laici & clerici dicti.
3. Ordo quid & de clericorum ordinibus.
4. Clericorum nomen quantum patet: & quod eorumdem aly regulares aly seculares: & de prima, tonsura.
5. Secularium clericorum subdivisio.
6. Ordinum Ecclesiasticorum distinctiones & numerus, & quando simplex clericatura & Episcopatus annumerari debeant inter ordines Ecclesia.
7. Litera tonsura, in omnibus beneficiis requiriuntur.
8. Quae observanda in tonsura literis, & 9. & seq. ut si tempore collationis, &c.
9. An tonsuratus à non suo Episcopo & sine eius licentia, gaudeat priuilegio clericali, disputatur. item & num. 10. 11. 12.

13 Tonsura

- 13 Tonsura & orationes ab alieno Episcopo suscepti non debent reperti à proprio, & quod r.
- 14 Nisi à non Episcopo denuo.
- 15 De rescripto, petinende valere, in tonsura.
- 16 Episcopus proprium quis dicatur in dandis ordinibus.
- 17 Domicilium ubi quis babere dicatur. & 20.
- 18 Municeps & cius quis.
- 19 Parochianus in continuo duarum parochiarum, cuius parochie dicatur.
- 21 Patria que censemur.
- 22 Quomodo probanda tonsura.
- 23 Clericus possessio quando relinet à probatione eiuit.
- 24 Ordines extra tempora, aut inordinate, aut ab Episcopo qui renunciant Episcopatu, Suscipiens, quomodo inhabilis est ad beneficia.
- 25 De recipientibus ordines ab excommunicato Episcopo.

Beneficia requirunt secundò, personam, quæ inscripta sit matricale eorum qui in sortem Domini transierunt speciali ordinatione: proinde beneficia, non nisi clericis conferri iure communi possunt, non autem laicis, c.2.de Institutione,c.ex literis, de transactione,c.cum adeo,de Rescript. docuimus & hoc alibi in finitione beneficij: obseruabimus tamen in beneficiis Ecclesiasticis, debitiss & conferri solitis mulieribus, non requiri clericaturam: eò quod non tonsurentur, nec alium ordinem Ecclesiasticum consequi possint,c.vxoratus,8. de Conuersione.coniug. lib.3.Decre.tit.32. Proinde in monialibus & eatur

I N S T I T U T I O N E S N O V A E

beneficiis, sequenda est propria sexui decisio, c. indemnitatibus, de Electione in Sexto.

2. Duo sunt genera Christianorum, vnum clericorum, quod mācipatum est speciali destinatione diuino officio, deditum contemplationi & orationi, qui ab omni strepitu tēporali cessare debet, in fortem seu paitem domini translatum. Aliud laicorum quod iebus temporalibus & profanis maximē curiam adlibet, cap. duo sunt, 12. quest. 1. can. clerros, 21. dist. λαοὶ populum & turbam Græci dicunt: & quibusdam λαοῖς quasi λαοῖς, dicitur, quod iactis in tergū lapidibus, fingant Deucalionem & Pyrrham eius uxorem, λαοῖς seu populos reparasse. ut communis interpres Homeri notat in piuam Rhapsod. eius.

--Vnde homines nati, durū genus (inquit Virgiliius.)
Et Ouid. i. Metamorph.

*Vnde genus durū sumus, experientesque laborum,
Et documenta damus qua sumus origine nati.*

Notat & Eustachius, dictam ὄχλον λαον, quod Cercrops videns Atticam πολυναθρωπεσσαν, conuocabat την ὄχλον, & numerum notabat λέσχη, lapidibus. Adfert & aliam deriuationem à λῃ Epitatico, & ἀρεν, id est, φωνεν, quoniam πολύτερον est ο λαός.

3. Ordo est, quem Græci τάξην dicunt, digestio & collatio facta rerum vel personarum per loca quædam propria; vt apud Romanos tres personatum distincti ordines, Senatorum, Equitum & plebis, apud Plinium lib. 33. ca. 3. & apud Iustinian. §. plebis scitum, de Iure natura, cum similib. Et tempore Romuli duo, Patritiorum & plebeiorum. Secundum Dionys. Halicarnas. in 2. ἐκκλησιαστική τάξης ordo, seu Catalogus Ecclesiasticus dicitur etiā κατάρη, in Lao- dicensi

dicensi Synodo , cap. 24. eorum qui in quocunque munere in Ecclesiis seruiebant.

Clericorum nomen ad omnes ordines Ecclesiasticos pertinet generaliter , titulo de Vita & honestat.clericorum , titulo & Authentica presbyterios , & diaconos , de Episcopis & Clericis. C. Nouella 113. cap. 19. quia ex clericis fiunt ordinati : & primus gradus ad ordines simplex clericatura est , quæ fit per levem tonsionem vel abscissionem capillorum in vertice capitis existentium , vnde & prima tonsura vel corona dicitur , quæ vel ab Episcopo proprio dioecesis , vel ab Abbatte monachis , concedi potest , cap. cum contingat , ii. de Ætate & qualitate ordinari . ubi & notant interpres eum gradum clericaturæ esse omnium ordinum ianuam , vt & in Clementi . 2. de Vita & honestate clericorum . Clericorum duo genera , secularium & regularium . Regulares qui aliquam regulam seu genus aliquid monasticæ vitæ professi sunt : seculares , qui non sunt professi , vt in cap. licet in corrigendis , 12. de Offic. & potestat iudic. ordinali . cap. inquit , de Religios. domib.

Secularium Clericorum duæ rursum species ; eorum una qui vxorati dicuntur : alia , qui uxore carent , titulo de Clericis coniugatis . Non coniugatorum tot rursum gradus , quot sunt Ecclesiastici ordines : sic continentur ea appellatione Presbiteri , Diaconi , Subdiaconi , Lectores , Cantores , & alterius cuiusque ordinis . canon . clericos , 21. distinctione , capit . de persona , ii. question . i. § . si quis contra aliquem , de Sanctissimis Episcopis . in Nouellis .

I N S T I T U T I O N E S N O V A E .

Considerantur isti ordines, vel prout sunt distinctiones descriptionis ministeriorum Ecclesiastico-rum; vel prout sunt sacramenti vel characteris participes, si agamus enim de distinctione & dispositione graduum ministrorum Ecclesiasticoū, constituemus secundum canonici iuris interpretes, nouem gradus. Clericatum, Ostiaratu, Psalmistatum, seu Lectoriatum, Exorcistatum, Acolythatum, Subdiaconatum, Diaconatum, Presbyteratum, Episcopatum. Exemplo nouem ordinum sacerdotum qui in cœlo faciunt hierarchiam, de qua Dionysius Aeopagita. Imitatur enim Ecclesiastica hierarchia cœlestem, ad probados ministros, ne rudes in tractandis inferioribus sacris ministeriis temerè & inordinate descendant ad maiora: ne prius efficiantur Doctores quam discipuli, & milites prius quam fuerint Tyrones, c. si officia, cum tribus sequentijs. distin. gradatim quippe & expertis maiores deferrit debent honores, & non neophytis aut tuditib. cap. sicut neophytus, 48. dist. ca. legimus. 93. distinct. Scio Theologos contendere non esse Clericatum Ecclesiasticum ordinē, nec Episcopatum: sed illum, ianuam ordinum: hunc, apicem ordinum, quod & alibi disporto lib. 16. Syntagmat. cap. i. ubi & de aliis ordinibus & aliis sequētibus capitibus, quod relego lectorem. Sufficit hic admonere inter ordines seti gradus Ecclesiasticos, annumerari primam quidem tonsuram, in dicto c. cùm cōtingat, de Ætat. & qualita. Episcopatum autem in cap. fin. de Presbyt. non baptiza. minist. in c. fin. de Sacram. non iteran. c. ordinationes, 75. distin. Prout verò ordines sunt sacramenti vel characteris participes, non tot sunt quot enum.

enumaret Hostiensis in summa in principio ad titulum de Temporib. ordinatio. suntque tres sacerdicii tantum maiores ordines, Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus: & alij quatuor minores non sacri, post clericatum simplicem, Ostiatatus, Lectorius Exorcistatus & Acolythus, c.i.&c. 3. de Temporib. ordin.

In beneficiis ordines considerantur pro diuersa 7 qualitate eorum, quædam enim possunt conferri clericis simplicibus; & sufficit eos habere primam tonsuram, quam si non habeant, incapaces eos dicimus, c. ex litens, de Transact. cum similib., quædam beneficia exigunt diaconum, quædam presbyterum, c.i. de Ætat. & qualitat. quædam subdiaconum, vel presbyterum, c. præterea, de Ætat. & qualit. c. licet canon, de Electio. in Sext. c. cui de non sacerdotali, de Præb. in Sex. ca. si pro clericis, 8. eo. tit. de Præb. in Sex. Sunt & quædam beneficia cum cura, quæ exigunt ut intra annum, à die adeptæ pacificæ posse fthonis, prouisus promoueatur ad sacerdotium; alioquin vacantea. licet canon, & ca. commissa, de Elect. in Sex. sunt & alia quæ non nisi actu presbyteris conferri possunt ex fundatione vel consuetudine, quo casu debet tempore collationis esse presbyter. In omnibus tamen beneficis, siue maiores, siue minores ordines exigant, prima tonsura legitime concessa exigitur, & ostendi debet: quia cum iapua sit omnium ordinum, per eam intrare oportet, ne sit locus titulo, de clero per saltum promoto, neve obducitur, quod dicitur in c. relatum, de Iure patronatus, quod is sit fur & latro, aliunde intrans in Ecclesiam quam per estum. Producuntur itaque necessaria

INSTITIONES NOVÆ

necessario in cōtrouersiis seu litibus beneficiorum,
& insinuantur quoque cum literis gradus, ad fuen-
dum nominationum Academiarum ad beneficia
vtilitate, literę tonsurę, quia hęc qualitas est extin-
seca, quę non präsumitur nisi probetur, Glos. ad ca-
si foitę, II. ad verb. *scientię*, de Electiō. in Sexto. Do-
ctores ad I. scindum, 30. de Verbor. obligat. P. &
ibi Glosa finalis. Rebuffus in tractat. Nominat. q.
14. num. 42. Et petens beneficium, debet se probare
clericum. Archidiac. & Ioannes Andre. & textus in
cap. si iudex, 12. versic. *non sū*, de Sent., ex comm. in
Sext. nec sufficeret probare se reputatum sūisse &
habitum pio clero, sed oportet ordinationem
probare. Dominicus consil. 9t. incip. *promoto*, &c.
Nec probaret bulla, in qua Papa eum nominaret
clericum, vt ait Ioan. Andreas in Mercinal. in reg.
non licet alteri, de Regul. iur. in Sexto. Doctores in
dic. c. si iudex, 15. de Sentent. excommun. Siquidem
verba narrativa non probant extra substantiam rei
gestę posita. vt in lex hac scriptula, 16. de Donat. P.
c. si Papa, 10. de Privileg. in Sext. c. 2. de fide instru-
mento. refertur enim narratio, quod quis sit cle-
ricus, ad alium actum de quo fieri fides debet, Au-
thentic. si quis in aliquo, C. de C. Edēdo. Quinimo
Clem. literis, de Probatio. dum decidit narrationem
summi Pontificis per ipsum sūisse factam reseua-
tioneim, aut admisissę resignationem beneficij, vel
alij commissiſe faciendam, vel aliquem suum fami-
liaitem sūisse, vel capellatum, vel alia similia, in qui-
bus fundata sūisset eius gratia vel intentio, fidem
plenam habere, sublata est in Consilio Basiliensi, &
placuit non habendā ei fidē, nisi quoque per instru-
menta

menta vel alias probationes legitimas , id ipsum quod narratur, doceatur tit. de Sublat. Clementinæ literis, in Pragmat. sanction. & in Concordatis , vbi & Glossæ sunt hac de re singulares legendæ, facit c. ad audientiam , de Præscrip. hic obseruandum, interdum diuino nutu & extraordinariè aliquos ob vitæ probitatem ex laicis creatos Episcopos & ordinatos, vt Ambrosium, Seuerum, D. Nicolaum , vt notissimum item Sergium Rauenat. Archiepiscopum, Stephanū, Neapolitanorū, imò Constantinum quendam laicum in sum. Pont. Platina in Stephano 3.

In literis Tonsuræ consideramus, primum, num 8 data seu tonsura præcesserit collationem beneficij, an posterior fuerit. Nam oportet tempore collationis, esse clericum tonsuratum, nec ei prodest ad illud beneficium possidendum , quod post collationem tonsuratus fuerit. Quia quod ab initio non valet, tractu temporis conualescere non potest. I. quod in initio, & I. penul. de Regul. iur. P.c. non firmatur. cod. tit. in Sexto. Et expresse hoc probatur , inspici datam collationis debere , vt si tempore eius non fuerit tonsuratus, non prosit postea tonsuraii ad firmandam illam nullam collationem, per c. ex literis, 6. & ibi Glos. fin. de Transaction. atque in his principium considerandum , in c. dudum, de Elect. &c. principatus, i. quest. i. At si tonsuia sequatur gradum magisterij, vel Baccalaureatus , id est non vitiabitur gradus. ut notat Rebussus tractat. Nominationum, q. 9. num. 54. si tamen nominationes ante tonsuram impetraverit, in viii gradus, putarem exéculo mandati, quia eo tempore non fuit capax beneficiorum: neque per consequens nominationum, tonsuram superue

I N S T I T U T I O N E S N O V A E

superuenientem non ratificare nominationes , arg.
c.si eo tempore , de Rescip. in Sext.& eorum que
diximus in tonsura necessaria.

9 Secundò perpendimus , vt tonsura concessa sit
à proprio Episcopo , quemadmodum de aliis ordi-
nibus dicitur à propriis Episcopis loci vbi natus est
beneficiatus, vel vbi habet beneficium, conferri de-
bere, vel de permissione eorum, ab aliis, ca. clericis,
c.si quis auctor, c.de aliena, c. illud , 71. dist. melius in
c.1.67. dist. Et punitur Episcopus per suspensionem
ordinum , si alterius Episcopi scienter vel affectata
ignorantia sine eius licentia, vel summi Pontificis
ordinauerit diœcesanos, ca.1. & 2.& 3, de Tempori.
ordina. in Sexto. Dantur porrò dimissoria seu li-
teræ permittentes ab extraneo Episcopo ordines
suscipiendi , absente Episcopo , per eius Vicarium
generalem: vel sede vacante, per capitulum, vel per
eum qui de tempore gerit administrationem. ca. 3.
de Tempori. ordinatio. in Sext. non autem per offi-
cialē, dicto ca. 3. neque per Archidiaconum , ca.
significasti, de Offic. Archidiac. qui à non suo , aut
sine eius licentia ab alieno ordines impetraverit,
ab ordinum executione susceptorum , quandiu ab
ordinario suo videbitur expedire , suspenditur , in
Concilio Tridentin. session.23.c. 8. de Reformatio.
& sic ordinatio ita ab alieno facta, non habetur rati-
quo ad executionem, tota 9. q.2. & can.1.71. distinct.
quædam & iura dicunt ordinatos hoc modo depo-
nendos, vt in ca. Episcopus in diœcesim, 7. quæst. i.
verum Concilium Tridentinum proximè citatum,
explicat & verum est, ordinationem quidem tenere
reuerata factam ab Episcopo etiam alieno qui Epi-
scopus

scopus est , qui ordinando imprimis characterem: sed ordinatio non tenet quoad executionem, si interdicatur a proprio Episcopo , non aliter : secundum Gloss. ad cap. 2. ad verb. statuum , de Temporibus ord. in Sext.

Cæterum Bartholo. Cassaneus ad §. 6. de iusticias, 10 ad verba , missers & sergents sunt cler. us , circa finem, numer. 14. in consuetud. Burgun. ait, ordinatum ad clericatum à non suo Episcopo , sine literis dimissorius non gaudere priuilegio clericali : quod probari ait ex Glossis, cap. 1. & 2. de Tempor. ordin. in Sext. & ita se vidisse iudicari in materia beneficiali, in recrederentia tradit : hoc videtur etiam tenere Ioan. Andreas , ad c. fin. de Tempor. ordin. in Sext. Glo. quippe ad c. 1. ad verb. clericum de Temp. ordi. in Sexto. ait, dispositionem illius capit. non solum habere locum quādo iam clericus effectus ab Episcopo proprio , ab extraneo alios ordines sine permissione suscipit: sed etiam, quando laicus efficitur clericus. Eò quād eadem ratio in eo militat capit. primi: nempe, quād laicus excōmunicatus, vel non idoneus in fraudē possit ab extraneo clericaturam accipere. Addere possumus c. f. eius tit. cuius verba, Nullus Epis opus , vel quisvis alius infans, nisi forte relig. orem miraret, seu illucrato : sed neque absque sui superioris licentia , homini dicēsis alienē, clericalem presumat conferre tonsuram ; nec etiam coniugio , nisi voluntis intrare religionem, prout est in sacris can. nibus definitum. & ibi Glossa notat expresse , ad verbum, homini. Coniungo c primatus, & iūcta Glos. ad verb. obtemperat, 71. distinction. vbi , ex Concilio Carthaginensi l.c. 5. statutum , ne Episcopus etiam laicum de plebe

plebe aliena, usurpare possit sine conscientia Episcopi de cuius plebe est, & ibi Glossa notat, quod Episcopus potest ordinare extraneum in clericum si in suam diocesim transtulerit domicilium: non autem non translato domicilio: sicut nec alios ordinés conferre, vel sacramenta alia præbere. ut in causa placuit, de Pænitentia distincte.

n Cæterum Guido Papæus, in questio. 449. incipit,
laicus effectus est clericus, &c. contrariam tuetur sententiam; & posse ab extraneo Episcopo conferri laico primam tonsuram, sine consensu Episcopi proprij. Prior ratio eius est, quia laicus dum laicus est, non est de foro Episcopi, sed de iurisdictione temporali tantum, quare cum laicus possit iurisdictionem iudicis alterius temporalis prorogare sine licentia sui iudicis. I.i.de Iudic.P.l.si conuenierit, de Iurisdiction. omn. iudic. P. ita & poterit à non suo Episcopo, primam tonsuram sine sui Episcopi licentia accipere; eaque ratione nititur euitare contraria iura. cap. 1. & 2. de Temporib. ordina. in Sext. dum ait, ibi agi de clero iam facto à suo Episcopo, ut non possit ab alieno sine sui licentia alios ordinés accipere: quia, inquit, iam clericus, fuit factus per clericatum de iurisdictione sui Episcopi; & clericus non potest sine licentia sui Episcopi; alterius iurisdictionem prorogare. cap. significati, de Foro compet. c. 14. nō liceat, 3. q. 6. vbi Glossa plura ea de re notat. Quæ tamen ratio mihi non videtur concludere diuersitatem inter clericos & laicos. Ex eo quod agatur de rebus sacris obtinendis, non de eligendo iudice: & eadem ratio militet in laicis ac in clericis ratione causæ spiritualis, & expressè quoque videtur

videtur recte haec distinctio in c. primatus, 71. dist.
vbi de laicis expresse: & quæstio de clericatu spiri-
talis dicitur, & fons Ecclesiastici, in c. si index, 15. de
Sentent. excommun. in Sexto. Addit prædicto loco
Papæus, aliam rationem quod non inuenient prohibi-
bitum laico accipere tonsuram ab alieno: sed quia
falsum hoc arguitur ex expreßo textu, cap. fin. de
Temporib. ordin. in Sext. non immorabor.

Exsistimarem ego priorem Châlani sententiam 12
veniorem esse, si modo distinguamus & dicamus;
verum esse tonsuratum à non suo Episcopo & sine
eius vel summi Pontificis licentia, incapacem esse
beneficiorum, ex eo quod suspensus est ab execu-
tione clericalis priuilegijs, quāvis habeat vele ton-
suram, cum qua suspensione olim Episcopus pote-
rat disp̄sare, vt c. quod translationem, de Tempo.
ordin. vel patientia, vel alio modo post interdiictionem.
Hodiè nequaquam: quia nec egenus interdiic-
tione, quum ipso iure sit suspensus ab executione
ordinis ab alieno Episcopo sine licentia suscepit,
quare adeundi sunt pœnitentia summi Pontificis,
qui etiam non nisi cum speciali licenza eius, cum
taliter ordinatis & suspensis, dispensant. c. 1. §. fin. de
Temporib. ordin. in Sext. & ibi Glos. ad verba, *abs-*
que ipse; iunge pro hac dispensatione summi Pon-
tificis, c. Salomonæ, 63. dist. inct. Sic nec habet locum
sententia Glosse ad can. ill. ad. 1. 71. dist. ad verbum,
ordinatio, dum ait ordinationē sui diœcesani factam
ab alieno Episcopo, proprium Episcopum ratam
habere posse, si alijs canonice & sine alia punitate
facta esset, vt & statuebat cap. ic. Lugdunensis, 9.
quæstion. 2.

33 Remanet tamen adhuc scrupulus, num si quis à non suo Episcopo, & sine licentia eius vel eorum qui licentiam dare possunt, acceperit ab alieno clericatum vel ordines, possit illud vitium purgare vel tollere, accipiendo iterum tonsuram & eisdem ordinis à proprio Episcopo? In qua quæstione bie-
uiter respondendum, repetitionem tonsuræ, vel ordinum improbatam esse: etenim, quamvis à non proprio Episcopo accipientur, velum est nihilominus concessos esse, si alioquin qui contulit potestatem habeat conferendi, idèò irregularis efficitur qui iterum tonsuram vel alios ordines accipit, & que dieuntur de Baptismo non iterando, eadem locum habent in tonsura, confirmatione & aliis ordinibus iteratis, ut nntat Hostiælis in summa de Sacramen-
tis non iterant. cap. dictum est, 8. de Consecration. distinct. 5. cap. 65. confirmandum, 50. distinctio. ca. 1. de Sacramen. non iterant. lib. 1. titul. 16. l. i. C. Ne san-
ctum baptis. iteretur lib. 1. titul. 6. quia per reitera-
tionem, fit iniuria sacramento, quod semel con-
ferti debet. c. ostenditur, 32. de Consecration. dist. 4.
& c. 97. quod quidam, l. q. 1. Fit & iniuria ei qui ante
contulit, quia arguitur ex repetitione, perinde ac
si non habuisset potestatem conferendi, cap. fin. de
Consecration. distinction. 2. neque enim ordinatus,
vel tonsuram accipiens ab alio quam suo prælato,
relictit tanquam non ordinatus, sed tanquam or-
dinatus ab alieno, quare opus hic non est iterata
ordinatione, sed approbatione eius ordinatio, quod
quod pertinet ad executionem, & pœnitentia, quod
sua culpa ab alieno est ordinatus, ut in c. 1. sicut se-
mel, 68. distinct.

Nisi quis forsan receperisset tonsuram vel ordines ¹⁴
 ab eo qui non habebat ordinandi potestatem ; vel
 qui non dedisset in forma Ecclesie Catholice, vel
 intentione agendi quod Ecclesia agit:nam & à pro-
 priu tunc posset accipere, quia nō esset iteratio eius
 quod non fuit concessum. ca. presbyteri , §. quod
 verbo, 68. distinction. veluti non dicitur rebaptiza-
 tus , baptizatus in Ecclesia , qui ante ab hereticis
 Ariani esset lotus vel baptizatus ; cùm enim ipse
 non cōfiteantur trinitatem personarum diuinarum,
 non verè quoque baptizasse dicūtur. ca. iii synodo,
 83.& can.hi vedi, 84. de Consecration. dūl incitio.4.
 Cùm dubitatur etiam , nec testis est qui posuit scire
 an quis sit baptizatus ; quia forsan puer expositus
 inuentus est, baptizari potest, quamvis forsan antea
 fuerit verè baptizatus : idque, ad cautelā tutiorem,
 ca.pauulos, ii. o.cum duobus sequentibus, dē Con-
 secration.distinct. 4. cum illa tamen protestatione,
si tu non es baptizatus, ego te baptizo c. 2.de Baptismo.
 In dubiis enim, quod tutius est , erit sequendum, c.
 iuuenis, de Sponsalib.

Cæterū, quando quis tonsurā ab alieno accepit ¹⁵
 Episcopo, vt tutus sit ab hac irregularitate & inca-
 pacitate tenēdi beneficia, debebit impetrare à sum.
 Pōt.rescriptū, quod dicitur, *perinde valere* , vt impe-
 tratio perinde valeat, ac si à proprio Episcopo fuisset
 collata : quo obtēto nihil poterit ob eam tonsuram
 opponi: quod tamen debet impetrari ante cōsequu-
 tionē beneficij, nam postea impetratum nō valeret
 in præiudicium alterius.per c. quamvis, de Rescr.in
 Sex.& hāc cautelam ponit Rebuff. tract. Nominat.
 quæst.14.numet. 41. vocatur gratia perinde valere,

I N S T I T U T I O N E S N O V A E

gratia revalidatoria, per quam principalis gratia sufficitur. quando ex prima beneficiū acceptari non potest. vt notat Gomes ad regulam Cancell. de non iudicando secundum formam supplicatio. quæst. 7. & csetur habere vim nouæ prouisionis, vt ait Ägidius decis. 635.

- 16 Observazione hinc dignum exissimo proprium Episcopum in ordinibus conferendis idoneum dici Episcopum loci vbi ordinandus natus, est vel vbi domicilium habet, vel vbi habet beneficium. cap. cum nullus, 3. de Tempor. ordination. in Sexto.
- 17 Domicilium porro quis habere dicitur, vbi natus est, per l. penult. de Senatori. & in pluribus locis, si æqualiter in pluribus habere soleat. l. assumptio, 6. §. viris prudentibus &c. l. eius qui manumisit, 27. §. Celsus, ad Municip. P. ca. ex parte, 15. de Foro compet. lib. 2. tit. 2. c. 2. de Sepultur, in Sext. Sola possessio domus quam quis habet in alia ciuitate in qua non habitat, non facit domicilium, l. libertus, §. sola domus, ad Municip. P. l. 4. de Incolis. lib. 10. C. titul. 39. Habere etiam dicitur ibi quis domicilium, vbi maiorem partem habet facultatum suarum & assidue conuersatur: ibique conueniri deber, & forum potest sortiri. l. Senatores. Vbi Senato. vel claris. C. vel etiam vbi vendit, emit & contrahit, festosque dies celebrat. l. Labeo, §. ad Municipales. Pand.
- 18 Municipem, id est, ciuem seu participem munerū & functionum facit, inquit Ulpianus, in l. i. eod tit. aut nativitas, aut manumissio, aut adoptio, aut alleatio. l. ciues, 7. de Incolis. lib. 10. C. In dubio, presumitur habere quis domicilium in loco vbi residere tene

tenetur, ut in beneficio, si habeat iniunctā residētiā,
 c.3. de Tempor. ordinat. in Sext. Si plura habet be-
 neficia talia, & in pluribus habebit. Regulatus Ab-
 bas in loco monasterij censetur habere solū domi-
 cilium, ut notat Inoc. ad c. ex ore, de Priuile. De mo-
 nachis idē dicendum, qui sine proprio claustro non
 magis quā pisces sine aqua viuere possunt. c. placuit
 cōmuni, 16. q. i. Et monachorum monasteria subsunt
 Episcopo in cuius diœcesi sunt, nisi sint exempta. c.
 monasteria, 18. q. 2. conquerente, de Offic. ordin. &
 visitāda sunt & corrigenda, c. visitādi, c. Abbas, & 4.
 sequētibus eadē 18. q. 2. c. peruenit. 16. q. i. & exp̄ressē
 in c. 3. §. f. de Temp. ordin. in Sext. cautum, quod re-
 ligiosi à suis superioribus in nō exēptis prioratibus
 deputati priores, & eorū socij, possunt à loco nū diœ-
 cesanis, quandiu morātur in ipsis prioratibus, ordi-
 nari licet: lucet nō sint de eorū diœcesib⁹ oriundi.
 & ibi Gl. notat pen. quod in beneficiis Ecclesiasticis
 etiā nō perpetuis, Episcopus eius loci proprius est,
 & dat cōmēdatiās, & finalis Gl. addit religiosos &
 ibi, & in loco originis posse ordines accipere, Dat
 etiam monachis suis prelatus proprius, ut Abbas,
 Prior, licentiam promouendi ad ordines, sine qua
 non possunt promoueri, ca. ad alias nostras, 5. de
 Temporib⁹ ordin. viii. ratio.

Si quis domicilium habet ædificatū in loco qm̄i¹⁹
 duarū parochiarū est, putā in confinio, & solo duarū
 parochiarū, quod pertinet ad tura parochialia, non
 cēsetui parochianus eius parochiæ in cuius solo ha-
 bet portant seu exitū domus, sed eius, in cuius pa-
 rochia est residuum domus. ut notat Glos. ponens
 casum ad c. i. de Consecr. Ecclesiæ, vel altai. in Sex

INSTITUTIONES NOVÆ

pro quo facit textus ibidem in fine, vbi & paries intermedius, diuisione inducit inter duo cæmeteria, vt altero polluto alteriam non censeatur pollutum. Si tamen due domus coniunctæ sint, & illæ sint in solo diuerso duarum parochiarū, si in utraque habet æqualiter, duæ parochiæ diuidant æqualiter iura parochialia, id ipsum si una dominus æquè edificata in confinio duarum sit parochiarum: vt notat Glos. ad cap. 2. ad verbum, *et in aliis de Sepultur. in Sexto.* Sicut arbor in confinio duorum prædiorum posita est communis dominorum fundorū, l. arbor, Com. dñud. P. & insula in confinio utriusque ripæ posita communis us qui æquè distant utrumque ab ea. §. insula, de Rerum diuis. apud Iustinia. & Ecclesia posita in confinio æquè duarum diæceseon, ad utrumque Episcopum pro individuo pertinere potest, vt notatur in can. 15. licet in regulis, 16. quæst. 3.

- ²⁰ Domicilium habere potest & relegatus, eo loci unde arcetur eius qui manumisit, 27. §. fin. ad Municipi lib. 50. P. tit. 1. & in summa nihil est impedimento, quominus quis vbi velit habeat domiciliū, quod ei interdictum non sit, teste Marcello, in l. nihil est, 31. ad Municipal. P. Et placet etiam, filios-familias domicilium habere posse. l. 3. ad Municipal. vbi & notat Bartol. domicilium habere posse & constituere sibi filios-familias etiam sine consensu patris. Difficile autem est aliquem inueniri sine domicilio, nisi forsitan qui nauiget domicilio relicto, vel iter faciat quærrens quod se conferat vel constituant. Nā hunc, inquit Julianus, puto sine domicilio esse. l. eius qui, 27. §. penult. ad Municipal. P. Miles ibi domicilium habere intelligitur vbi meret, si nihil aliud

aliud in patria possideat. Hermogen. in I. municeps, 23. §. fin. ad Municip. P. studiorum causa tamen alii cubi habitates, non censentur ideo in illo loco elegisse domicilium; nisi per annos decem ibi habitauerint. I. 2. de Incol. lib. 10. C. aut aliter ibidem sedes delegerint. Quæ omnia notabilia sunt pro tonsura & gradibus obtinendis: ut videantur obtineri à proprio Episcopo, si ab Episcopo domicilijs obtineantur, iuxta c. 3. de Temporib. ordinat. in Sext. quia translati domicilio, relata censetur iurisdictio Episcopi prioris domiciliij, & admissa Episcopi adepti, ca. fin. de Paroch. & alie. paroch.

Eadem considerabis in patria, ex illo dic. ca. 3. de 21 Temporib. ordinat. & dicemus eum qui ex vico ortus esset, eam patriam habere intelligi debere, cui reipublicæ vicus ille respondet. I. qui ex vico, 30. ad Municipal. P. patria propriè locus vel ciuitas, vbi quis natus est, quasi communis parés natorum: extenditur & appellatio patriæ ad suburbia, & aliquando ad totam prouinciam. vt l. vxorem, 41. §. legauerat, de Legat. 3. I. nam quod liquidè, 4. §. si ita legatur, de Penu legata. lib. 33. P. tit. 9.

Tertio, considerabimus in tonsura, vt ea pio- 22 betur per literas in forma probate expeditas. Nam Aegidius Bella-mera, consil. 10. incip. fact. m. dicit non posse probari per protocollum notarij mortui; quia protocollum non habeat omnia necessaria, requisitave in instrumento: maxime quando caret subscriptione notarij. Ita protocollo non creditur mortui, donec de mandato iudicis per alium notarium publicum, cui commiserit, protocollum notarij redactum fuerit in formam publicam: facit

INSTITIONES NOVAE

Lcontractus, de Fide instrumentum. C. §.i. de Tabel. vi
 Nouell. Nou. 44. Bartholomæus Chassa. ad §.6. *des iustices*, ad verba, *seront croix* num. 14. notat clericatum debere probari per litteras testimoniales, & hunc esse ex casibus qui requirunt pro probatione scripturam. Et Jacob. Butrigarius ad l. si qua per calumniam, 22. C. de Episco. & cler. tenet clericatum non probari per testes, lexque ibi literas Episcopi exigit. in §. fin. & in Nouel. 86. At Guido Papæus in quæstio. 474. tradit, si litteræ tonsutæ sint deperditæ, quod clericus, qui priuilegio clericali vult gaudere, petere poterit fieri informationes per testes, per l. i. solemnibus, 7. C. de Fid. inst. ne veritati per depeñitionem instrumentorum fiat praæjudicium, & quia in examinatione literarum nulla sit status inutatio, l. statum, 6. C. de Fide inst. Matthæus de Afflictis, etiam in constitutio. Sicilie, quæ incipit, *Afflatis*, docet quando clericatus probetur per duos testes, & per unum; & per litteras superioris ordinis. Posset & probatio hic admitti testimoniū singularium, ut notat Ange. ad l. 2. Quemad. testam. apelian. P. immo unus testis sufficeret ad probandum clericatum, & ad probandum baptismum: si nulli praæjudicium fieret. ut si ofat textus cum Glossa, in c. parvulos, & ca. eunis itaque, de Consecration. dist. 4. Iason ad l. rescripta, de Preci. Imperia. offeren. C. Hippoly. de Maioribus ad l. i. §. idem Cornelio, de Question. in P. Existimarem ego antequam ad testes perueniatur, recuperandum esse ad librum seu regestum Episcopi, à quo accepta tonsura dicitur, & petitione seu libello porrecto ea de re iudici, cuiam quod controvenerit causa clericatus, iudicem parte vocata,

vocata, statuere debere diem qua fieri posset sumptum à commissario seu delegato deputato, p:ætentibus partibus contendéntibus & quorum interest, ex regesto Episcopali. Quòd si casu regestum perierit, putà incendio, vel hostili prædatione, tunc ad testes perueniendum erit ni fallor optime, qui examinabuntur & deponent, quòd vel interfuerint cùm tonsura clericis daretur: vel quòd viderint ita scriptum in regesto, vel quòd aliquando videtint easdem literas tonsuræ. Alioquin certè requiriuntur literæ pro probatione clericatus, si in controvèrsiam ducatur: & literæ quoque singulorum ordinum: neque minores ordines probantur per literas maiorum. Bald. in l. si solemnibus, C. de Fid. instrument. Nam & ius dubitauit de hoc, & vim facit in titulo, de Clerico per saltum promoto. Et Felinus in c. super hoc, de Accusation. requirit, quòd quis habeat literas de unoquoque ordine; aliter presumetur promotus per saltum, quo casu non valeret electio, seu quævis alia præiudicio de beneficio eodem facta, ut tenet Præpositus ad can. sollicitudo, 52. dist. Et si opponatur contra aliquem quòd non est promotus à suo Episcopo, vel sine literis admissorius, vel quòd non est subdiaconus, incumbit ei probatio, non opponenti: ut dicit Felinus in proximo citato loco, & ad cap. sicut, de Re iudic. nec obest, quòd impetrans beneficium censetur prima fronte idoneus, nisi contrarium doceatur. cap. fin. de Præsumptio. & cap. i. & cap. vt circa, de Election. nam hoc verum est præsumi in his quæ interioris considerantur, non in his quæ exigunt extermam idoneitatem.

23 Resoluit etiam Rota in decis. 263. nota quod talis est opinio, in Antiquis. quod vbi clericus fuit in possessione per aliqua tempora, & vixit ut clericus, sufficit probare possessionem clericatus: licet alias per literas, vel per testes non probetur titulus, iuxta Innocentium ad cap. super his, circa finem magnæ glossæ, de Accusat. &c. annotuit, de eo qui furtim ordines suscepit. sed licet possessio clericatus sine alia probatione inducat presumptionem in causa possessionis, iuxta cap. si iudex, de Sentent. excommun. in Sexto. argum. l. Barbarius, de Offic. prætoris. P. & l. i. C. de Teltam. tamen in beneficialibus presumptio illa non est sufficiens ad adjudicandum titulum, nisi verus titulus probetur, iuxta cap. i. de Regul. iur. in Sexto. & ita notat Innocentius ad cap. allud, de Præsumpt. & Archidiac. ad cap. ordinarij, per illum textum, de Offic. ordin. in Sexto. Cæterum si clericus sit possessor iam beneficij, & fuerit in possessione clericatus: non tenetur ostendere aut probare titulum clericatus, Ioā. Monach. & Archidia. in c. si index, de Senten. excomm. in Sex. Sic & resoluit Rota in decision. 311. nota quod clericus existens, in Antiqu. ibidemque additur, quod non clero, si tamen sit in habitu & tonsura, potest conferri beneficium, & valet collatio; posito quod ut clericus impetrat beneficium: quia habitus & dispositio animi sufficiunt ad hoc, ut quis clericus reputetur, ut sic non clero ut clero beneficium conferri possit. ut notat & Compostellanus ad cap. cùm adeo, de Rescript. & Bern. ad cap. 2. de Institution. & possessio clericatus relevat curiam Ecclesiasticam à probatione tituli, per ea. si iudex, de Senten. excommunicat. in Sexto.

qua?

quia præsumitur pro posseissore aduersario nihil probante, l.fin.C. de Rei vindicali cogi.de Petitio hered.C.sicque expressè resolut in clericatu Rota, decis.865.inci. mortuo Titu, in Antiquis. Et si verum dicat , in penalibus ratione cano. si quis suadente diabolo, 17. quest. 4. possessionem quod quis pro clero habeatur non sufficere ad ferendum laicum percutientem pro clero habitum,nisi doceat is de clericatu,&c in Decision. Rotæ 2.incip. *contra quendam obicitur titu.* de Probationibus.in decisionibus Anterioribus collectis per Bernardum de Bisigneto,Auditorem Rotæ & postea Cardinalem.

Requirimus rursus in ordinibus eorum qui beneficia adepturi sunt, ut temporibus à iure statutis accepti fuerint , nam qui die qua non debuerunt, ordinati sunt, à suscepis ordinibus tandem expertes sunt donec à summo Pontifice restitutionis gratiam consequantur,c.cùm quidam, 8.de Tempor. ordin. lib.1.tit. ii. id est, suspenduntur ab executione ordinis accepti , donec a summo Pontifice irregularitas inde concepta, aboleatur. cap. literas, 13. cod. titul. Quamvis & Episcopus possit dispensare , c.consultationi,16.cod. titu.de Temporib.ordin.& quia suspensus ab ordine , est inhabilis ad ministerium,ob- cundum Ecclesiasticum , ent & ad beneficium, quod non datur nisi propter officium; ea.pastoralis, 53.§.fin.de Appell. c. fin. de Rescr. in Sex. c. Iatores de Cleric.excon[min]ta Atque inhabiles istos esse extia tempora ad ordines promotos , docet Socin. in rep.ca.ad audientiam , §.7. de Homic. eò quod sint irregulares , ut traditur in lib. provinciali omniū Ecclesiarum. Rebuffus in Praxi beneficior.

&c

I N S T I T U T I O N E S N O V A E

& tractat.de Pacif.possess.num.192. Vbi &c idem dicendum putat, de promotis ad ordines per saltum, id est inordinatè accepto maiori sine mero te, per c.fin de Cleric.excomun.minist.Domin. c. consil. 91. incip. *præmissa.* col. 2. Dicemus id ipsa in ordinatis ab Episcopo qui renunciavit Episco. tui, & loco & dignitati. Nam is conferre tantu. potest minores, non sacros ordines: & qui ordinatus ab illo in illis maioribus est scienter, non habet executionem officij, quia ipse indignum se eo effect, si vero ignoranter, poterit cum eo Pointifex discretus dispensare: nisi crassa & supina fulset ignorantia.c.i.de Ordin.ab Episcop. qui renuncia, Episcop. lib.i.titu. 13. Suspensus & est qui à suspenso accipit ordines.ca.statutus p 191. Qui ab Episcopo qui renunciauit omnino, accipit ordines vt à suo, videtur reuera ab alieno accepisse; quod si is non renunciauit ordini sed loco tantu, vt & ab alieno accipiens etiam iudicandus, & in culpa est, ca. Lugdunensis, 6.q.2. ideo & eget dispensatione, maxime, quando is non habebit executionem officij, ratione cuius alius conferre queat.c.Darbeitum, i.q. 7. & pro non dato habetur quod datur ab eo qui iure dare non potest.c. quod autem, de Iure part. Quare necessaria dispensatio in utroque casu erit.

²⁵ Deinde recipientes ordines ab Episcopo excommunicato ignoranter, suspensos diceie possimus, & posse à proprio Episcopo dispensari cum illis.ca.fin.de Ordin. ab Episc. qui renun., Episcop. ca.ab excommunicatis, 9. quæst.i. non utique si scirent excommunicatum;c.ordinationes, & c. ab excommunicatis, 9. quæst.i. possent tamen adire summum

mum Pontificem ut habeant executionem, quippe quod excommunicati Episcopi non amittunt characterem ordinis per excommunicationem. Ideo quamvis etiam haeretici ordines dant, si scruta sit forma Ecclesiae. d.c. ab excommunicatis, &c. ordines, 9. quæst. i. sed quia ipsi tunc non habent executionem ordinum, sic neq; illam dant suis ordinatis. ca. i. ca. ventum est, ca. perfectionem, i. quæst. i. cap. quomodo, de Consecr. dist. 4. De iis qui furtiuè ordines suscepérunt, idipsum dicendum, ut suspendantur, nisi cum iis, dispensetur. c. i. 2. 3. de Iis qui furtiuè ordin. suscep. lib. 5. tit. 30.

De Ætate legitima beneficiandorum, moribus & scientia. CAP. XXXVII.

- 1 *Ætas, mores, scientia, exiguntur in beneficiandis.*
- 2 *Ætas ratione ordinis quomodo in beneficiis consideranda.*
- 3 *Ordinatio ante aetatem debitam facta, an profit beneficiario.*
- 5 *De beneficiato ordinato & suspenso ab ordinibus post susceptos ordines.*
- 5 *Quæ aetas in beneficiando, ratione qualitatis beneficiorum requiratur.*
- 6 *Quam aetatem exigant beneficia mulierum, &c. de Diaconissis earumque munere.*
- 7 *De aetate Episcopo requisita.*
- 8 *Mores eius, cui est beneficium dandum, quales exigantur:*
- 9 *Infames quomodo à beneficiis repellantur.*
- 10 *Fures, banniti, inhabiles beneficio.*

INSTITUTIONES NOVAE

- ii Excommunicato conferri nequit beneficium , non publico aleatori , aut usurario , heretico , bigamo , schismatico , simoniaco , sacrilegio , falsario , &c.
- 12 Boni mores prepositorum alii debent esse exemplo , ut & illi scientia sint possores .
- 13 De scientia beneficiandorum . & 15 .
- 14 De Episcopi scientia .
- 16 De scientia regularium in beneficiis .
- 17 De scientia idiomatis loci , & lingue Latine .
- 18 Scientia in beneficiis praerogativa .

- E**xistunt exigitur ad hoc , ut idoneus censetur beneficiandus , etatem legitimam & competentem beneficio , grauitatem morum , & literarum scientiam . ca. cum in cunctis , 7. de Elec^t.c. eam te , 4. de A^{et}at. & qual. ord.c. graue nimis , de Pr^{aben}. Atque in comitis Aureliae habitis anno 1560. artic. 4. constitutionum , iussum ut & in Concilio Viennensi , in c.i. de A^{et}a. & qual. in Clem. lib. 1. tit. 6. diocesaniis Episcopis , ut curent iura quæ de his loquuntur seruari : cum ob minus idoneam scientiam , mores , & etatem eorum qui proficiuntur Ecclesiæ , grauia propter hoc (ut docet experientia) nonnunquam perferant in spiritualibus & temporalibus detimenta .
- 2 Sunt quedam beneficia quæ ordinem certum , ut paulo ante admonuimus desiderant . c. i. præterea , de A^{et}at. & qualit.c. cum in cunctis , §. inferiora , de electione in his etatibus ordinum requiritur . Alioquin si eius etatis non fuerit prouidendus , quæ requiriatur in ordinibus qui in beneficiato exiguntur , non valet impetratio beneficij sine dispensatione : quam-

uis post impetrationē possit impleri illa ætas , cùm inspiciamus tempus datæ impetrationis , quo tempore ætas adesse debet . c. si eo tempore , 9. de Rescr. in Sexto . & ca. & cui , 29. de Præb. & dignit. in Sext. In mandato concessō ad vacatura beneficia obtinenda , intelligitur conditio , si eius ætatis tunc sit , cùm vacabit beneficium , qua possit habere ordinem quem beneficium vacans desiderat in p̄cipito . Diximus autem libri . 17. Syntagma per linguos ordines ministrorum Ecclesiasticoū quæ ætas cuīq; requiratur , idēc nihil addam : annotasse enim sufficiet , si in summa moneamus , primam tonsuram anno 7. ætatis obtineri posse . cap. fin. de Tempor. ordina. in Sexto . Acolythatum anno 14. cap. in scripturis , 77. distin. olim Subdiaconatum 20. cap. de his , 28. distinct. Diaconatum 25. cap. Subdiaconatus , cap. placuit , 77. distinct. non ante , etiamsi aliquin valde essent digni , c. 2. & sequentib. 78. distinction. Presbyteratum & olim ut Episcopatum 30. c. in veteri lege , 77. dist. & tota 78. Hodie Subdiaconatum potest quis allequi anno 18. Diaconatū 20. Presbyteratum 25. Clement. fin. de Ætat. & qualit. ordin. c. cùm in cunctis , §. inferioria , de Elect. Iure Codicis Iustiniani , quod tamen nō seruatur , in Presbyteratu vel Episcopatu , constituti 35. anni . In Lectoriatu , 18. in Subdiaconatu , vel Diaconatu , 25. Authē presbyterum , de Episc. & cleric. C. ex Nouella 13. cap. 23. Eodem iure ciuii , olim Diaconissa id est , quæ ministriat mulieribus , quinquaginta vel sexaginta alias , debebat esse annorum , l. nulla , 9. de Episc. & cleric. C. & priore ad Timoth. c. Nouella 6. c. 5. in Chalcedonenti synodo c. 15. in sexta synodo in Trullo c. 14.

INSTITUTIONES NOVÆ

ex Nouella verò 123.c.12. sufficiunt illi quadraginta anni. Authen.Diaconissam, de Episc.& cler.

3. Hic tamen disputatur communè quæstio: num si quis ante legitimam ætatem, vel ante annos ad ordinem suscipiendum definitos, fuerit promotus ad ordinem, quem requirit beneficium, possit dici capax beneficij: de qua quæstione, ex professo agit Glossa ad c.ei cui prouideri, 29.ad verbum, *etate*, de Præbend. in Sext. atque videretur dicendum, nihil ultra inquirendum in prouiso, quām an habeat ordinem illum quem beneficium exigit, omisla quæstione num præmatuè ante annos fuerit ordinatus: quia qui ante ætatem legitimā ordinatus, vele recipit ordinem. c.vel non est compos, 14. de Tempor. ordina. lib. i. tit. ii. Sed contrarium Glossa predicta verius notat, & ibidem Archidiaconus, quia quamquam ante legitimam ætatem ordinatus recipiat ordinem, tamen non habet executionem ordinis, donec ad legitimam ætatem peruenient, d.ca. vel non est, sicuti ordinatus extra tempora contra iuris prohibitionem, recipit quidem caractesem ordinis, sed pro delicto non potest illum exercere donec penitentia imposita, illi peimittatur, ca. 2.c. cum quidam, 8.& ca.consultationi, 16. de Tempor. ordinari. facit textus in c.vnic.de Cleric.per saltum promo. lib.5.tit.29. iuncta Glos.ad verbum, *discre-*
tions: quare cum beneficium requirat ordinem legitimè concessum, non inspiciemus quod malè factum est: nec habebimus rationē ordinis non concedendi concessi, sed eius quod agendum est. vt dicitur in c. eūm causam, 27. de Electio.cap.legimus, 93. distin.l.sed licet, de Offic.p̄xsid. P. Dehinc non debet

debet esse melioris conditionis qui deliquit, quam
qui non deliquit. cap.eum qui, de Præben. in Sext.
At deliquit qui sine dispensatione se ingerit ante
legitimam ætatem ad sacros ordines suscipiendos,
c.vni.de Cler.per sal.promo.& dicto c.vel non est,
de Tempor.ord. & Archidiac.& Ioan. Andreas, ad
d.c.ei cui,29. de Præb.in Sext. dixerunt & vtentem
diplomate ordinum obtentorum ante legitimam
ætatem, velut falsarium puniendum, per l.eos,§.fin.
ad leg.Cornel.de Fal. P. non debebit ergo lucro &
beneficio affici , ex eo ex quo paenam meretur : ne
eo qui non impetraverit ordinem qui beneficium
consequi nequit, melioris sit conditionis. Et post-
rem paria sunt non esse vel esse peiperam:&quod
forti non possit effectum.l.quoties, Qui satidan.
cogant. P. l. fin. & ibi Gloss. ad legem Fauiam , de
Plagiar.C.Perinde autem erit, quod pertinet ad be-
neficium, non habere ordinem : vel habere sed ab
executione esse suspensum vel prohibitum : nam
perinde non poterit implere minus beneficij qui
ordine vti non potest, ac is qui non habet , quando
agitur de conferendo beneficio.

Cæterum si post obtentum beneficium , ob ma- 4
lè susceptos ordines quis suspendetur ab illorum
executione, posset cum suspeso in beneficij deten-
tione dispensari misericorditer. Ne sustentatione
priuatus,ad seculi negotia renuntatur.c.fin.de Cler.
excommun.ministran.lib.5.tit.28. c.studeat,50.dist.
c.presbyterum,28.distinct.Multa enim facta tenent
que si facienda essent non fieret, l.patre furioso,de
His qui sunt sui vel alie.iur. P. cum simil. Atque in
opprobrium esset cleri si clericus suspensus men-

INSTITUTIONES NOVÆ

dicaret, c. diaconi, 93. distinct. c. ad supplicationem, de Renunciat. quia etiam depositus clericus tenetur clericaliter vivere. cap. dictum, 81. distinction.

5 Extra considerationem ordinū requisitorum in beneficio, ætas, generaliter idonea & accommoda beneficis sic determinabitur, quod beneficia simplicia quæ teneri possint cum simplici tonsura, contenta sint ætate 14. annorū, c. indecorum, 3. de ætat. & qualit. & c. 2. in fin. vt c. super inordinata, 35. & ibi Glos. pen. de Præb. per cap. de his, 28. distinct. & c. in singulis, ca. quicunque, 77. dist. notant & ibi Glosse ad cap. si eo tempore, 9. ad verbum, *atatum*, de Rescript. in Sext. minores quidem septennio omnium beneficiorum esse incapaces & ordinum: maiores septennio vero, quædam beneficia & quosdam ordines consequi posse: nam clericatus ordinatio non fiebat olim sine aliquo titulo Ecclesiæ, cui erat beneficium Ecclesiasticum. c. 1. 70. distinct. Inde enim & clericus, quod in partē Ecclesiastica seu solum, quæ cleros, recipiatur. cap. cleros, 21. distinctio. cap. cùm secundum Apostolum, de Præben. Potest autem tonsura dari clericalis anno septimo. cap. fin. de Tempo. ordin. in Sext. cum dispensatione autem sum. Pófificis potè dari infantibus beneficia tradit Oldra. consil. 329. & de his quæ possunt opponi dispensationibus minoribus concessis, idem Oldiad. consil. 325. cum duò. sequentib. Non dubito autem quin sum. Posit. habeat potestatem dispensandi propter plenitudinem potestatis in beneficis, cap. proposuit, de Concession. præben. sed non possum non tacere, has dispensationes esse maximè damno-fas Ecclesiæ, & habere maximū animæ & pueriū

&

& inpetrantiū periculū , dare gubernacula pueris, cōmittere lumen cœcis. facere enim non potest dispensatio, quod infans mētem habeat, vel alius cōjunctum beneficio diuinum exerceat. quia naturæ lex ei mentem negat, que infringi nulla potest dispensatione vel lege ciuit. I.eas, de Cap.dim. in P. §. sed naturalia, de Iur.natur. probandū faciliss, si fiūtuū aliqua portio ad certum tēpus pueris daretur ex beneficiis ex aliqua causa: ut quia paentes eius benemeriti fuerint de Repub. Christiana: vel quia pauperes sunt, ob elemosynam: at in titulum dare non ita potest habere facilem causam, nisi beneficia requirant ordinem quem minores non possint accipere, meminit & c.ex eo, 32 , de Election. in Sext. de canonico in pupillari etate constituto, qui canonicus verus dicitur , quamquam vocem suffragij non habeat in electione propter insitum consilium eius ætatis. Et canonicatum teneri posse in decimo anno. regul. 17. Cancellariæ traditum e etiam regalia, canonizæ septenni dari possunt. Ruseus tractat. de Iure regali. priu. 24. Beneficia alia etiam simplicia , prioratus , & alia quibus cura animatum non adhæret , non possunt iure communi concedi , nisi prouidendi attigerint 25. annum & impluerint. 24. c. cùm in cunctis, 6. inferiora, de Elect. Dispensare tamen poterit Episcopus cum maiore vigint' annorum, in dignitatibus & personatibus non curatis, si aliud non obstat, canonicum.ca.vinco , de Ætat. & qualitat. & ordine præficiendorum. in Sexto , lib. I. titul , 10. Sic dispensatiū puer habere beneficium dicitur in c.2. de Ætat. & qual. apud Greg. vbi & eo casu nō habet administrationem beneficij, sed loco

INSTITIONES NOVÆ

eius dantur clerici administratores. Alia beneficia quæ regimen animarum habent, & prælatura, maturam ætatem exigunt vigintiquinque annorum, ad minus, d.ca.cùm in cunctis ; quia infra hanc ætatem minores egent curatore, vt liquet titulis de Author.tuto. hic in conuentualibus prioratibus requiruntur 25. anni , nisi cura animarum regatur per alios quam per priores, quo casu sufficiunt 20.completi anni.Clementin. ne in agro Dominico, §. cæterum. de Stat. monach. in Clemen. Et indecorum visum est , vt qui seipso regere nequeunt, aliorum régimini præponantur: ca. indecorum , de Ætat. & qualitat. & Ecclesiastes ca. 10. *va tibi terra cuius rex est puer.*

6 Beneficia prioratum & Abbatiarum in feminis, exigebant olim sexaginta annos. cano. iuuenulas. 20. quæst. i. hodiè triginta tantum, ca.indemnitatibus , de Election. videntur ista beneficia & præposituræ foeminarum , successisse in locum diaconatum quibus Diaconissæ præpositæ erant mulieribus religiosis quas procurabant, & sua diligenzia obseruabant, illis ministrantes.de quibus & inimit D.Lucas in Actis Apostolorum.c.6.vers. 1. & D.Clemens lib.3.Constitutionum Apostol.c. 19.vbi de diaconis agens. Ac mulier(inquit) mulieres curare studeat , usque id diaconus & diaconissa, nunciandi, cursuali, ministrandi, inferniendi officia absolvat. & c.16.in baptismo viros diaconus:mulieres, diaconi sa suscipere debebat ex aqua , vt decoro traditio infrangibilis sigilli administraretur. Datur & lib. 2. ca. 6i. officium diaconissis, vt quemadmodum diaconi & hostiarij obseruant introitum virorum in Ecclesiam

Ecclesiam, & ibidem disponunt vnicuique locum proprium; sic & diaconiſſæ faciant in mulierum ingreſſu. In Nicena Synodo cap.19. constituuntur due species diaconillatum, vna eorum quæ noſ erant in Catholico canone, tanquam laicarum, alia consecratarum. In Calcedonensi etiam synodo, c. 15. de eius ordinatione ſic statuitur, & de eius ætate: Diaconillam non debere ante quadraginta annos ordinari, & hoc cum diligenti probatione. Si vero ſuſcepereſit inquit ordinationem & quanto- cumque tempore obſeruauerit ministerium, & poſtea ſe nuptiis tradiderit, iniuriam faciens Dei gratiæ, hæc anathema fit, cum eo que in illius nuptiis conuenit quæ conueniunt noſtriſ ſanctumonialibus Deo deuotis. Ponitur & apud Clementem Romanum lib.8. Constitut. Apoftolic. cap.26. oratio qua utebantur Apoftoli in ordinatione diaconiſſæ.

In Episcopis ius communne deſiderat trigesima 7 annos completos, c. cùm in cunctis, de Elecſion. ca. presbyter, 78. diſtinc. vbi & ratio ex Concilio Neo- cæſarenſi, c. ii. Presbyter (inquit) *ante trigesima annorum aetatem non ordinetur: quamvis fit probabilis vite, ſed obſeruet uſque ad prafinitum tempus. Dominus enim Iesu Christi trigesimo batuſatus eſt, & iunc p̄dicanuit.* Ex Concordatis Galliae in §. i. de Regia ad p̄elaturas nominatione, in p̄elatorum ſeu Epifcoporum nominatione requiruntur viginti ſeptem anni, & in Prioratibus & Abbatus viginti tres ſuf- ficiunt. §. monasterii, eod. tit. de Reg. ad p̄elat. no- minat. vide quæ diximus de ætate beneficiandoū, & de diſpenſatione ætatis. lib. 17. Syntagm. iur. c. 6. & in tractat. Reſcriptorum. fit diſpenſatio ætatis ex

I N S T I T U T I O N E S N O V A E

necessitate, & aliis ex causis, vel propter utilitatem Ecclesiarum, vel ob raritatem seu præstantiam personarum, ca. fin. 78. c. p. i. terca, de Æstat, & qual. ca. tali, i. quæst. 7.

8 Mores tales exquiruntur in beneficiato, quales in ordinandis, quia nec olim ordinatio siebat sine titulo beneficij, c. i. & 2. 70. distinct. Et idcirco debent esse in beneficiandis irreprehensibiles, sine crimine ex quo scandalo essent populo. i. ad Timothe. c. 3. & ad Titum c. i. cano. vnum orarium, 25. dist. Qui per reatum adulterij, peccati, homicidiij vel falsi testimonij bonum conscientie recte perdiderant, si propriea crimina ordine iudicio fuerint comprobata vel alias notoria, prohibetur sacros ordines accipere, vel in acceptis ministrare. ca. fin. de Tempor. oīdima. cum simil. ibi notat. Sortilegi clericorum, incantatores, magi seu malefici, sunt ab Ecclesia, si iam in ea sunt, eliciendi, & ab eius ministerio & ordinibus deponendi, & honore priuandi, ut & eorum consultores, ca. non oportet, 4. & seq. si quis Episcopus, ca. aliquanti, 6. & ca. augustinus: iii. ca. quicumque sacerdotum, 13. 26. quæst. 5. ca. 2. de Sortileg. lib. 5. titul. 21.

9 Generaliter infames ad beneficia non possunt vocari c. inter dilectos, de Exces. præl. quia infamibus portæ dignitatum non patent, ca. infamibus, de Regul. ur. l. 2. de Dignita. lib. 12. C. Et quamvis infamia superueniens non semper priuet dignitate intamatum, nisi sententia interuenerit, tamen semper infamia impedit habere de novo beneficium seu dignitatem, ut notat Nicolaus Boetius, in additionibus ad Dinum, super regulam infamibus, de Regul.

Regul.iur.facit l.infamia,de Decur. & facilius quis repellitur ab obtinendo beneficio,cap.super his,& ibi Felin.de Accusat.Barbatia,confil.55.mcep. n no. mīne vol.i.cūm & multa facta teneāt,quæ si facienda essent,non tenerent. l.patre furioso, de His quæ sunt sui vel alien.iuc.P.Et multa per patientiā tolerantur,quæ si in iudicium venirent reprobarentur. c.cūm iamdudum,18.de Præb.Hac ratione generali infamie,admonebitur lector, plures esse remotos ab acquisitione beneficij,quod infames & viles sint persone. Qui autem sint infames, docet l.i.de His qui notant.infra.P.cap.infames,3. quest.7.videndus & Diuus ad c.infamibus,87.de Regul.iur.in Sext.

Fut ita inhabilis ad beneficium , cap.fin. de Fut. 12 Bannitus,qui & aliudē incapax quod inseruire non possit beneficio, ut indicatum Tholosæ, anno 1539. in vigilia Nativitatis virginis Mariæ.Talibus autem beneficia sunt conferenda qui velint & possint beneficio inseruire.c.super inordinata, 35.de Præben. cap.relatum,4.de Cler.non iesidcn.

Ea & ratione poterit improbari collatio benef. ii cui facta excommunicato, cum quo dispensatum non est,in c.postulastis,de Cler.excommuni.minist.quia cum illo communicare non possumus : & idem nec beneficio potest inseruire : quamquam & alia sic ratio, quod rescriptum à sum. Pontif.pro beneficio impetratum, sit nullum ipso iure,& quicquid ex eo fuerit secutum. cap.i.de Rescript. in Sexto. que de maiotis excommunicatione intelligendas quæ non solum prohibet à sacramentorum participatione, vt minor , sed etiam à communione fidelium, cap. penult.de Senten. excommunicat.cap.secundo, de

INSTI T V I O N E S N O V A E

Except.c.Engeltrudam,3.q.4. Ob non probos mores cassatur collatio beneficij facta publico aleatori & vñfario, in c. inter dilectos, de Excessib.prælat. Et Hæreticus qui extra Ecclesiam est,&excommunicatus,beneficiorū incapacax. c.excommunicamus, de Hæretic. Bigamus cap.vnic.de Bigam.ii Sexto. Schismaticus non recōciliatus Ecclesiæ,c.nos consuetudinem,12.distinct.c.quia diligentia,5.de Elect. Simoniacus, c.cùm clerici, & ibi Panorm. de Pact. c.nobis,& seq.de Simo. Sacilegus,c.venetabilem, de Elect.falsarum literatum Papæ,c.ad falsorum, de Crimin.falsi. & in summa foris, canes, benefici, impudici, homicidæ, Apocal. cap.fin.de quibus & aliorum incapacitate , vide Rebuffum tractatu de Pacifi.possessor.à numeri.185.vñque ad 251.

- 12 Boni mores magis commendant Christianum, & maximè Deo dicatum,qui cateris prælucere debet,quām sciētia : clerici & beneficiati,debent esse exemplo bono omnibus laicis. ca.qualis,8.quest.i. cap.beatus,6.questio.1.cap.statuimus,cum duobus sequentibus,4.distinctio. vita quoque p̄ælatorum debet esse exemplo clericis & laicis, ca.58.cum pastoris,2.questio.7.& ita debent professionem suam manifestare facere in habitu , in incessu, in morib. c.clericus,41.distinct. c.his igitur,23.distinctio.cap. Ecclesi.e,35.dist.c.Episcopus, 41.dist.tota 44.distin. cum simil.Iudices apud Ægyptios,ūdem quondam fuerunt qui & sacerdotes ; in his princeps erat sententie maximus natu,& in omnes statuendi ius habebat : eum omnium esse hominum instissimum & sincerissimū oportebat, qui circa collū imaginē ex Saphiro gēmā confectā gestabat,quæ appellabatur
veritas

veritas. vt scribit *Ælia*.hb.14. de Varia historia. quo symbolo docetur, sacerdotes, & cultui diuino mancipatos, potissimum digniores, bonis moribus & virtutibus etiam in veritate, apud alios fulgere debere.

Scientia in quibusdam beneficiis major, in aliis 13 minor exigitur. In omnibus sufficiens oneri esse debet, & sufficit mediocris, quamvis maior utilior esse possit, c. nisi cum pridem, §. pio defectu, de Renun. ca. cum nobis olim, de Elec*t*. si modo talis sit qualis communiter requiritur, vt in l. sciendum, 19. §. illud, & l. si quid venditor, 18. de *Ædilit*. edict. P. Illiterati ab omnibus Ecclesiae ordinibus repelluntur. cap. illiteratos, 36. distinctio. cap. fin. de temporib. ordin. in Sext. cap. penitentes, 55. distinctio. ca. cum in cunctis, de Electio. Eò pertinet scientium quod sit in ordinatione, & per quod non nisi qui dignus pronunciatus sit per Archidiaconum presentantem, ab Episcopo ordinatur, in cap. vnic. de Scruti. in ordin. facien. lib. i. tit. 12. Repulitus à beneficio Episcopali, qui non nouerat Grammaticā, nec inquam legislet Donatum. cap. fin. dç. Ætate & qualita. tales praeficiendi sunt qui non tantum praeselle, sed etiam professe nouerint. cap. qui Episcopatum, 8. quæstion. i. In illis quibus beneficia cura animarum habentia committuntur, maior quam in iis qui ad alia promouentur, sufficientia requiritur, c. cum in illis, 16. de Præben. in Sext. debent enim alios, nempe subditos parochianos, regere & pascere: ynde & pastores dicuntur. ca. si in plebibus, 63. dist. cap. ecce ego, 95. dist. quia & ab iis pabulum verbi Dei, & sacramentorum animabus parochianorū exhibetur, vel exhiberi debet, ca. i. de Sepultu. Et cura animarum,

INSTYTUTIONES NOVAE

ars artium dicitur, in c. cum sit ars artium, de Aetate.
 & qualit. ordin. quae si non ab idoneis exerceatur,
 habet periculum animarum. c. i. de Præbend. in Sex.
 cap. extirpandæ, eod. tit. apud Gregor. Prædicatores
 per quos Ecclesia fouetur sacris hinc semper de-
 bent insistere, ne tunc querant discere, cum ex of-
 ficio alios debeant docere, c. 2. §. hinc etiam, 36. dist.
 quod periculösum est: si enim cæcus cæcum ducat,
 ambo in foueam cadunt, cap. 5. quæ ipsis sacerdoti-
 bus, 38. distinction. cap. graue, de Præbend. Diui
 Matthæi cap. 15.

- 14 : Episcopatum etiam desideranti obtinete, maior
 debet inesse scientia ; talisque qui per ordinem Ec-
 clesiasticis disciplinis sit imbutus, & in diuinis of-
 ficiis eruditus: c. qui Ecclesiasticis, 2, 36. distinct. vbi
 & in §§: eius canonis, ex sacra pagina producantur
 pulchra testimonia de eruditione & peritia, quæ
 prius debet adesse præpositis quam subeant munus
 præpositoriae. Ex Malachia c. 2. *Liber sacerdotum cu-
 stodiens scientiam, & legem requiri de ore eius, quis
 Angelus Domini exercituum est.* Et D. Petrus cum
 rectoribus Ecclesiæ scriberet, i. Petri cap. 3. Paratus
 esse debet (inquit) reddere rationem omni poscenti vos
 satisfactionem de ea fide & spe, que in vobis est. Et
 diuus Paulus i. ad Timothæum 4. *Attende lectioni
 & exhortationis & doctrinae.* cap. fin. 2. question. 7.
 Episcopus munus habet coniunctum docendi, &
 iudicandi. Tanquam Doctor & verbi Dei prædicato-
 tor, debet instructus esse in lege Domini, in sacris
 canonibus, Ecclesiasticis disciplinis. Tanquam iudex
 curam habet corporum subditorum; vt in c. de pe-
 sona, ii. question. i. cap. præcipimus, 12. question. i.
 &c

& animarum, cap. 5. quæcumque, 10. question. 1.
 Sunt & duo communia in eo. quæ sunt ordinis, &
 quæ sunt iurisdictionis: & cura Ecclesiarum & bo-
 norum earum. d.c. quæcumque, cum similibus aliis
 pluribus. Et proinde adesse debet Episcopo, tam
 spiritualium quam secularium rerum scientia, ut
 multis exemplis docetur in principio 39. distinc-
 tio-
 nis: & talis hoc tempore in regiminiis debet arce
 constitui, qui non solum de salute animarum, ve-
 rum etiam de extinseca subiectorum utilitate &
 cautela, sciat esse sollicitus. ca. 1. eadem 39: distinc.
 sicque scribit Beatus Gregorius clero & nobilibus
 Neapolitanis, lib. 8 Epistola. ca. 40. Et rursum idem
 Gregorius lib. 5. Epistolarium epistola 29. seu ca. 129:
 Secundino seruo Dei, de Mariano Episcopo sic
 scribit, *Dic ergo ei, ut cum lice mire & mentem:*
Non sibi credat, solam lectorem & orans nem suffi-
cere, ut remotus studeat sedere, & de manu immixte
fructificare. Sed largam manum habeat, necessitatem
patentibus concutat, aberant inopiam suam credat,
qua si hac non habet vacuum nomen Episcopi tenet.
 Docetur idipsum ex ordine Romano, dum appo-
 nuntur de quibus debet inquiri in persona Episco-
 pi, quæ refertuntur a Burchardo lib. 1 Decret. c. 8. &c
 à Gratiano in c. 2. qui Episcopus ordinandus, 23. dist.
 inter quæ inquitendum dicitur, ut sit natura priu-
 dens, docibilis, monib[us] tempestatus, vita castus,
 sobrius, suis negotiis cauens, literatus, in lege
 Domini instructus, in scripturarum sensibus cau-
 tus, in dogmatibus Ecclesiasticis exercitatus,
 fidei documenta veribus simplicibus afferat, &c.

Sunt

INSTYTUTIONES NOVÆ

Sunt & in iudiciis causarum Ecclesiasticarum seruandi canones Ecclesiastici à sum. Pontificib. editi, ca. i. & fin. de Constitut. ca. i. de Consang. & affinit. cum similibus. nec debet Ecclesia domini regenda cedi iis qui legitimarum institutionum nescij sunt: c. statuimus. 8. 61. distin. debetque adhuctere iudicans Episcopus, potius sanctionibus & legibus Pontificalibus, quām explicationibus sacræ paginę Doctrinum etiam Sanctorum, quia illi non habuerunt potestatem statuendi, sed tantum explicandi, quae alia est. vt docetur in principio 20. distinctionis apud Gratia. Debet & cognitionem habere legum secularium, quibus Ecclesia vtitur in temporalibus, c. 8. quoniam idem mediatur, 10. distinct. ca. i. de Oper. noui nuncia. Singulare quod notat Panorm. ad ca. fraternitas, de Cleric. non residentibus, quod canonista cæteris paribus, debet preferri Theologo in prælatura obtinenda. Hostiensis & alijs in ca. i. de Consanguin. & affinita. etiam notant, in dissensu quis eligendus, an purus Theologus, an purus canonista eligi debeat in prælatum, eligendum prium canonistam, potius, si Ecclesia sit remota ab hereticis, & consistat in iurisdictione & ventilatione causarum pro maiori parte; quia ex canonibus potest spiritualibus & temporalibus commodè prouidere. ca. nouit. 12. ca. i. 10. distinct. Si autem Ecclesia vicina esset hereticis, prius Theologum preferendum, c. in causis, in fine, de Election. c. excomunicatus, §. si qui, de Heretic. Si tamen mixtus, ex utraque scientia concurreret, is utrisque esset preferendus. facit Glad. c. Officij. 38. ad verbum, in consumenti de Election.

In Conclito Tridentino sessio. 22. in decreto, 15
 de Reformation. c.2. statuitur, vt qui ad Ecclesiæ
 parochiales in posterum erit assumendus, si non so-
 lum natalibus, ætate moribus, & vita, ac aliis quæ à
 sacris canonibus requiruntur plenè sit prædictus; ve-
 rum etiam in sacro ordine antea, saltem sex men-
 sium spatio fuerit constitutus: scientia verò præter
 hæc eiusmodi, polleat, vt muneris sibi iniungendi
 necessitatì possit satisfacere. Ideoque antea in vni-
 uersitate studiorum magister, siue Doctor, aut licé-
 tiatus, in sacra Theologia aut iure Canonico sic
 promotus; aut publico alicuius Academie testimoni-
 olio idoneus, ad alios docendos ostendatur. Quod si
 regulatis fuerit à superioribus suæ religionis simi-
 lem fidem habeat. Et in sessio. 24. c.12. de Reform.
 statutum, ne Archidiaconi qui dicuntur oculi Epi-
 scopi, fiant in Ecclesiis, nisi sint magistri Theo-
 logia, seu Doctores, aut licentiatæ iure Canonico.
 Et ne admittatur quis ad dignitates curam anima-
 rum habentes, nisi qui vigesimum quintum sua
 ætatis annum attigerit, & in clericali ordine versa-
 tus, doctrina ad suum munus exequendū necessaria,
 ac morum integritate commendetur. Ad cæteras
 autem dignitates, vel personatus: quibus animarum
 cura nulla subest, clerici alioquin idonei, & viginti
 duobus annis non minores, assumantur.

In regularibus beneficiis, hæc eadē de doctrina 16
 resoluenda, vt non nisi idoneis, id est, qui regulam
 & ordinem nouerint & professi fuerint, præficiantur,
 cùm in magistrum assumi non debeat qui for-
 manum discipuli non assumpserit, cap. Officij tui, 38. de
 Election. cap. cùm in magistrum, 49. cod. de Elec.
 quod

I N S T I T U T I O N E S N O V A E

quod in omnibus clericis etiam seculatibus , regu-
lare est, ut primò sint discipuli , quām magistri , ca-
ordinatos , 50.dist.& ca.miserum , 61.dist. ca. si cle-
ricatus, 16. quæst.i. multo tempore descendum, que
postea doceamus , ca. sic viue , 16. quæst. i. Et qui
remun tenere non dicit , secundum locum in ta-
bernaculo tenere , non debet præsumere. cap. ante
omnia, 40.dist.In Concilio Basiliensi & Pragmatica
sanctione, titu.de Collationibus, §.tertia pars , defi-
nitum, ut tertia pars præbendarium conferetur gra-
duatis alias idoneis, videlicet , magistris aut licentiatis
seu Bacchalaureis formatis in Theologia, qui per
decennium in aliqua vniuersitate priuilegiata : Do-
ctoribus seu licentiatis in altero iuriū vel Medi-
cina, qui per septem annos in sua facultate studue-
rint in vniuersitate : Magistris seu licentiatis in arti-
bus cum rigore examinis, qui per quinquennium in
aliqua vniuersitate, à Logicalibus inclusuè in arti-
bus vel in aliqua superiori facultate studuerint nec
non in Theologia qui per sex annos: vel in utroque
vel altero iuriū Bacchalaureis, qui per trienium si
nobiles ex utroque parente & ex antiquo genere,
alias autem per quinquennium consimiliter in ab-
qua vniueritatem priuilegiata ad minus suum studiu-
peregerint. In eodem Concilio Basiliensi, in Pragm.
sanction.titul. de Numero & qualitate Cardinaliū,
de Cardinalibus sic statutum , *Sunt viri in scientia,*
moribus ac rerum experientia excelle tes & non mi-
nores virginis annis , magistri , Doctores seu licentia-
tis cum rigore examinis in iure diuino vel humano. Si ful-
tem tercia aut quarta pars de magistris aut licentiatis
in sacra scriptura. Inter eos autem aliquis esse possum
et aliud

vnde admodum pauci, sly, fratres, aut nepotes regum seu
 magnorum principum, in quibus cum circumspectione &
 maturitate morata, competens literatura sufficiat. Ex
 Concordatis Gallæ, scientia per gradus & testi-
 monia eorum definita est. §. i. de Regia ad prælatu-
 ras nomination. ut adueniente vacatione prælatu-
 rum Rex Francie unum grauem magistrum seu
 licentiatum in Theologia, aut in utroque, seu in al-
 tero iurium Doctorem, aut licentiarum in vniuer-
 sitate famosa, & cum rigore examinis, & in 27. æta-
 tis suæ anno ad minus constitutum alias idoneum,
 intia sex menses à die vacationis Ecclesiarum com-
 putandos, teneatur summo Pontifici nominare.
 Rursum in aliis beneficiis, idoneos Concordata re-
 quirunt; & in beneficis villarum vel oppidorum
 muribus cinctorum, exigunt gradum aliquem do-
 ctrinæ testificatum ab Academis. §. præfatique or-
 dinarij, & §. præterea, de Collation. in Concordat.
 & in constitutione Ludouic.ii.arti.7.9.ii. Et vacan-
 tia certis mensibus ibidem non possunt conferri
 nisi graduatis, & proinde si ordinarius conserat non
 graduato tanquam graduato, collatio nulla est, quan-
 quam sine expressione gradus non graduato facta,
 non ideò irrita sit: quia deficientibus graduatis, alias
 idoneis, eti graduati non conquerantur, confetti
 potest etiam in illis mensibus. §. teneantur. & ibi
 Reb. ad verbum, item. de Collation. in Concord.
 Ludouic. Roman. singular. 496. incip. *primus consil-*
tationis, de Selua tractat. Benef. 3. pat. q. 41. explicat
 & distinguit Rebaffus tractat. Nominatio. quest. 21.
 num. 3. quem videndum censeo, & ad §. si quis veit,
 ad verba, ipso iure, de Collation. in Concordatis.

vbi

INSTITIONES NOVÆ

vbi notat, quando non persequente graduato subsistat collatio alij facta non graduato. Iura etiam Pontificia non aliter præponi beneficiis ab Episcopis voluerunt, quam ab illis vel eorū Archidiacōnis examinatos.c.ad hæc,7. de Officio Archidiac.

- 17 Consideranda in sc̄iētā quāstione regula Cancellariæ dē idiomate quoque, cuius verba : *Item voluit, si contingat ipsum (scilicet sum. Pontif.) alicui persona de parochiali Ecclesia prouidere, seu mandare prouideri vel gratiam expectatiuam concedere, nisi dicta persona intelligat, & intelligenter loquatur idiomate loci vbi Ecclesia huiusmodi consistit, prouisio seu mandatum vel gratia desuper, q̄ ad parochiale Ecclesiam, nullius sit momenti.* regula est Gregorij eius nominis II. & Eugenij 4. Ita in rectore qui curam animarum habet, duæ saltē linguæ requiruntur; vna Latina, ex qua hauriat quæ possit docere, & ideo illiteratum esse non posse beneficiatum & clericum, antea monuimus.ca.cūm in cunctis,§.inferiora, de Electio.cap.2.36.distinct.c.si.de Tempore ordinat.in Sext. Altera communis & vulgaris, qua possit quòd nouit aliis declarare; per illam dicit: per hāc docet, alioquin erit quibus loquitur si non intelligant, barbarus : secundum D. Paulum I. ad Corinth.cap.14. Huic regulæ coniungi possunt aliæ Cancellariæ, vt regula de oriundis, regula expectatiuarum, quæ specialiter disponit, nullū extra suam nationem gratiam expectatiuam obtinere posse. Ideo censetur gratia & impetratio subreptitia, si exterus impetrat beneficium, non facta mentione originis,Glos. in c.si proponēte,ad verb. *menis nem,* dē Rescript.&c ibi Panorm. & Felin. ad c.sicut tuis,

de

de Simon.Ioan.de Selua tractat.Benef.par.3.qu.26.
 Et ratio prior ex parte rerum tractandarum in cu-
 ra duci potest , cur nosse idionia loci debeant cu-
 riones : nempe ut officio fungi suo possint , essent
 enim inutiles si non possent intelligere vulgus,nec
 intelligi:pabulum enim verbi Dei debent suis ou-
 bus , *Nec ex solo pane vivit homo , sed ex omni verbo*
quod procedit de ore Dei, c. inter cætera,15. de Offic.
 ordin.DD. Matthæi 4.Lucæ 4. Deutero.8. Clem.2.
 de Sepultu. debent & confessiones audire , & pec-
 cata confessa distinguere. c.omnis vtiusque sexus,
 de Poen.& remiss.que omnia illisq; alia similia sine
 intelligentia idiomatis expediti nequeunt ; viden-
 dus c.i.sit rector discretus, 43.distin. &c quoniam
 in plerisque, cap.14. de Offic.ordi.vbi & in ciuitate
 vbi confluunt diuersarum linguarum populi , præ-
 poni debent à beneficiato, Vicarij, qui idioma illo-
 rum intelligent ut animabus illorum conuenientia
 exhibeui possint. Quare & extianei & alienæ lin-
 guæ, si intelligent & intelliguntur in loco beneficij,
 si quid aliud non prohibeat , censetur esse idonei
 ad beneficia.ita Innocētius 3.an c.ad decorum, 5.de
 Institution.lib.3.tit.7. reprehendit Constantinopo-
 litanum Patriarcham, quòd satageret tatum Vene-
 tos in Constantinopolinis Ecclesiis collocare ; &
 mandat ei, ut viros literatos & alias idoneos vnde-
 cumque originem duxerint , in prædictis Ecclesiis
 maximè in maiori,instituere. Non enim locus vnde
 natus est clericus, vel paientes eum commendant.
 cap.nos qui,c.non loca,40.c.vndecumque,c.nasci
 ca dominus, s̄c distincte posset alia ratio reddi eti-
 non admittantur extranei in quibusdam Regnis

INSTITIONES NOVÆ

extra regulam de idiomate quamquam cognouerint idioma regionis; ne videlicet regni secreta detegant, & proditionis vel defectionis causam promoueant. l. mercatores, 4 de Commer. & mercato. lib. 4. C. titul. 53. Exploratores qui secreta nunciant hostibus, proditores sunt; & capitis pœnas luunt, l. omne delictum, 6. §. exploratores, de Re militar. lib. 49. P. tit. 16. l. si quis aliquid, §. transfugæ, de Poen. P. Extranei seu peregrini aut alibi quam in Gallia nati: nisi literas adoptionis seu naturalizationis acceperint à rege, beneficia Ecclesiastica nequeunt possidere. Glos. in prologo Pragmat. sanctionis, ad verbum, *exterritum*, Rebiffus in 3. parte Beneficior. in regulam de idiomate, Ludo- uici 12. & ea de re extat constitutio, Rubrica, *Des Presidentis & Consillers*, & in stilo parlamenti, titulo de Præbendis, constitutio. 3. Est & Caroli 7. constitutio anni 1431. Hoc priuilegio concessum regno Galliæ notat Cosmas Guñier, in Glossa, ad verbum, *exterritum*, in fine, in proœmio Pragmaticæ sanctionis. In Regno Hungariæ quoque, alienigenam beneficium non capere, videtur innuere cap. bonæ memorie, in 2. §. fin. & ibi Glossa, ad verbum, *alienum*. In Britannia etiam lex, seu in Anglia: Sacerdos Gallicus in Britannia ne occupato beneficium. Bononiae quoque, nec exteris conferuntur officia aut beneficia. Barbata, consil. 23. vol. j. idipsum & caustum in Veronensi statuto. Bald. consil. 46. volum. j. & in Pannonia. Iste consuetudines & similes, suas habent rationes quibus consistere possint: vt & alię que his cōtrarie sunt;

sunt; suas, quibus inhibetur ne beneficia conferantur ciuibus loci, quemadmodum legi in Chronico M. Alberti Argentinensis in anno millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto, talem esse Ecclesiae Herbipolensis consuetudinem. Verba enim eius sunt. *I sacra temporibus de Hohenloh Episcopus Herbipolensis, de auxilio Moguntini & comitum de Vinterberg & aliorum, ciuitatem Herbipolensem potenter obsecrit, pro eo quod enas Ciuitatensis prabendam Ecclesia Herbipolensis contra Ecclesia consuetudinem, que nunquam Ciuitatenses receperat, impetravit à fide, & non obstante appellatione capituli ad invocationem executoris bona capiuli occuparunt, & veniens rex ibi negotium reformatum; ita quod ciues curias canonicorum, quas interim destruxerant, readificare deberent, & qualibet pars in suis libertatibus remanere. Ius tamen commune aliud statuit. Neque etiam antiquos patres admissoe facile in Ecclesia gubernanda clericum peregrinum seu alienigenam, docet can. penul. 71. distinction. Imperatores etiam Arcad. & Honorius in l. in Ecclesiis, xj. de Episcop. & cleric. statuerunt, ut in Ecclesiis, quae in possessionibus (ut fieri a solet) diuersorum, vicos etiam, vel quibuslibet locis sunt constitutæ, clerici non ex alia possessione vel vico, sed ex eo ubi Ecclesiam esse constiterit, ordinentur. Ideo & in maioribus beneficiis, ex propriis Ecclesiis, qui ibi ministrauerint, profici debent; vt qui in eis laborauerint, in honoribus & stipendiis extraneis, & alterius Ecclesie clericis non postponantur, tuncque alte-*

INSTITUTIONES NOVAE

rum alterius Ecclesiæ eligi debere placuit, si de ci-
uitatis ipsius Ecclesiæ clero, nullus dignus poteris
reperiri, vt scribit Celestinus Papa, ad Episcopos
Galliae epistola. 2. ca. 5. & refertur in ca. 13. nullus
inuitis, 61. distinct. facit in argumentum l. dñi,
24. de Tutoribus & curatorib. datis ab his, &c.
lib. 26. P. tit. 5. dum Paulus Iuriscons. respondit: Si
quando definiunt in ciuitate ex qua pupilli oriundi sunt,
qui idonei videantur esse iureores; officium sit magi-
stratum inquirere ex vicinis ciuitatibus honestissimum
quemque, &c.

- 18 Scientia ruisum in beneficiis & insignis litera-
tura habet maiorem saepe fauorem quam commu-
niter mediocri tribuatur. ca. de multa, & ca. penult.
de Præbend. Ex quo & colligitur differentia inter
gratias quæ sunt fauore pauperum clericorum, &
nominationes quæ sunt in gratiam scientie, seu
pauperum eruditorum: quia non tam paupertatis
quam scientie, conceduntur etiam habent benefi-
cium vel beneficia, dummodo illud vel ille, simul
non excedant summam ducentorum aureorum seu
florenorum auri. §. volumus, de Collation. in Con-
cord. & §. quod si quis ex dictis, de Collation. in
Pragmat. sanction. cum tamen gratie in forma pau-
perum, locum non habeat, si impetrans habeat ex-
iguum beneficium, c. si pauper, de Præbend. Sext.
vide aliam differentiam apud Rebuffum in com-
mentar. ad Concordat. in §. volumus, ad verbum.
petere, de Collation.

De Pet

D e Personis quæ conferre possunt.

C A P . XXXVIII .

- 1 Conferentium persone ut habeant potestatem, considerantur.
- 2 Qui ordinarij & extraordinarij collatores.
- 3 Collatio est iurisdictionis voluntaria: ideo potest fieri extra Episcopatum.
- 4 Episcopus quomodo det Vicario potestarem conferendi.
- 5 Collatio beneficiorum, aliquando communem, aliquando disunem ad Episcopum & capitulum pertinet.
- 6 De potestate summi Pontificis Collationibus.
- 7 Pape mandatarius preferitur graduatis nominatis nisi iam acceptauerint.
- 8 Praeventione dubia quis preferatur ex pluribus concorrentibus prouisio.
- 9 De concursu collationis facte diuersis ab Episcopo & eius Vicario.
- 10 De praeventione in executione gratiarum.
- 11 Praeventio temporis per qua probari possit.
- 12 Praeventonis questio quando tractanda.
- 13 Praeventio summi Pontificis quando non obest impenetranti ab ordinario,
- 14 Laici quando conferant ex privilegio.
- 15 De prescritione in iure collationis.
- 16 Collatio quomodo fiat iure deuoluto.
- 17 Deconomus qui possit beneficia conferre.
- 18 Sequester num possit beneficia conferre.
- 19 Litigiosa existente Ecclesia, que habet ius collationis, quis ex litigianibus conferet vacania beneficia lice pendente.
- 20 Coadiutor pralato datus non confert beneficia.

I N S T I T U T I O N E S N O V A E

N collatione beneficiorum maximè persona considerenda eius qui consert: Ne-
mo enim potest dare quod non habet,
ca. perfectionem , & c. ventum est , i. q.s.
ca. quomodo , de Confér. distin. 4.l. si vnuiesæ,
C. de Lega. & donatio nihil potest transferre ultra
potestatem & facultatem seu ius dantis. l. traditio
nihil amplius , 20. de Acquiren. rer. dom. l. nemo
plus iuris, de Regul. iur. cum simili. Collatio sola
canonica , etiam sine possessionis adceptione dat ius
in beneficio. c. si tibi absenti; & ca. quorundam, in
fine , de Præbend. in Sexto.c. execrabilis, §. porrò,
eod.tit.in Extrauagant.Ioan.22.canonica autem esse
non potest,nisi fiat ab eo qui potest.

Possunt porrò quidam iure ordinario , quidam
ex priuilegio consuetudinéque conferre : ordinarij
collatores generaliter possunt etiam appellari , qui
conferunt siue Episcopi sint, siue alij, quibus ius cō-
ferendi datur ex priuilegio & consuetudine, autho-
ritate principis, ut ita semper conferant statuti. arg.
cap.33. à iudicibus, 2. quæst. 6. sic ordinarij collatores
qui ius habent collationis extra Episcopum , in c.3.
§. in conferendis, de Offic. ordina. in Sext. Clem. i.
& ibi Glof.Vt lite pēden.c. si soli, de Concessi. præb.
in Sex. & §. præfatique ordinarij, & §. præterea , de
Collat. in Concordat. dicitur & ordinarius iudex,
qui subiectus & inferior Episcopo, in c. cùm ab Ec-
clesiatum prælatis, de Offic. ord. verùm hic ordinarij
collatorem, qui ex iuris cōmunis dispositione,
extra consuetudinem priuilegiūque dicemus Epi-
scopum, non alios absolutè eo quod alijs inferiores,
communiter teneantur institutionem ab eo impe-
trare

trare post collationem , & ita ordinario iure conferit vnuquisque Episcopus beneficia Ecclesiarum suæ dicceseos : in quibus institutio & destitutio præpositorum ad illum pertinet, c.conquerente, de Offic.ordin. vbi & diximus , & c.ex frequentibus, & c.cùm venissent, de Institutio. c.cùm ex iniuncto, de Hæretic. cap. i. de Capella monach. cùm cura Ecclesiarum illi demandata fuerit, cap. omnes Basiliæ, & can. nullus, 16. quæst. 7. cap. regenda, 10. qu. i. Distribuit hæc potestatem Episcopis summus Pontifex, eos in partem solitudinis vniuersalis Ecclesiaz sibi concessæ assumæs, c.mandata, de Præsumpta. ad honorem, de Author. & vsu pallij. dummodò sint confirmati ; nam antè , quamvis quædam alia tractare post electionem vel prouisionem possint, tamen non possunt cōferre, c.nostri, 9. c.trāmissam, 15. c.qualiter, de Electio.apud Gregor.ca.auratit, 5. eod.titu.in Sext. èd quodd jurisdictionis sit collatio, consequatur autē per confirmationem jurisdictionem in predictis iuribus.

Et quia jurisdictionis est voluntariæ collatio, ³
nempe quodd non exercetur nisi inter volentes , non contra inuitum qui non cogitur acceptare si nolit beneficium, c.sì tibi absenti, de Præbend. in Sexto. idèd exerceri potest extra locum Episcopatus , & collatio per Episcopum alibi fieri potest. ca. nouit, iuncta Glossa de Offic.legat. Glossa expressa in ca. 3. ad verb. *in remoto*, de Præbend.in Sext. Quæ enim jurisdictionis huius voluntariæ sunt , sicut possunt extra territorium.l.2. de Officio Proconsul. & leg. P.non etiam ea quæ sunt jurisdictionis contétiosæ, vt ibidem dicitur:contétiosæ enim reddit ius etiam

INSTITIONES NOVÆ

contra inuitum. Inter stipulantem, §. i. de Veiboi. obligat. l. i. Si quis ius dicen. non obtemp. P. l. fin. de surit. om. iudic. P. Ex quibus elicetur differentia ratio, cur in concessione iurisdictionis facta Vicario vel Officiali per Episcopum, non transeat potestas conferendi beneficia, nisi expressè quoque ea potestas detur, ut habetur c. fin. de Offic. Vicar. in Sext. Cur etiam mortuo Episcopo, non transeat ad capitulum potestas conferendi, c. illa, Ne sede vacan. c. l. cod. titu. in Sexto. Nempe, quod illa translatio censatur iurisdictionis contentiose non voluntaria: Sic & institutio & confirmatio collationum ab aliis factarum, quæ pendent ex necessaria iurisdictione Episcopi, transfeunt ad capitulum sede vacante, ut in c. ad abolendam, de Hæret. c. his que, xj. & c. cum olim, 14. de maioritat. & obedi. non autem collationes que à solo Episcopo facienda sunt, quæ sede vacante referuantur successoribus in Episcopatu, ut alij siue. ca. 2. Ne sed. vacan. Glos. ad cap. cum olim, de Maior. & obedi. potest tamen capitulum dare vacantiis beneficiis sede vacante: economum, cap. cum vos, de Offic. ordin. & potest etiam interim summus Pontifex ea conferre, ut per præventionem & concilium.

4. Episcopus potest dare potestatem conferendi beneficia vacatura generaliter Vicario suo, cap. fin. de Offic. Vicar. in Sext. certum tamen beneficium conferendi vacati in specie, potestatem non dat, c. constitutus, de Concel. præbend. si tamen certum beneficium vacat iam, potest dare potestatem illud conferendi, ut ibidem notatur, & per Glos. in c. de Jibciatione, §. prohibemus, de Offic. legat. in Sexto.

Potest

Potest & coniunctum collatio beneficiorum & § disiunctim cum Episcopo ad capitulum pertinere, vt in c.i. Ne sed. vacan. in Sexto. & in §. i. & fin. eius capitulis; interdum ad capitulum vel alium collatio pertinens, fieri debet cum consilio Episcopi: vel ad Episcopum, cum consilio capituli; interdum ad solum Episcopum pertinet de quibus etiam in ca. ex frequētibus, de Institution. cap. cum in illis, 16. §. fin. de Præbend. in Sext. cap. cùm Ecclesia, de Election. Potest & collatio pertinere ad unum canonicum iatione suæ hebdomadæ, c. mandatum, & ibi Glos. & c. inter P. de Præb. in Sext. decis. Rotæ 383. nota in dñe. est, in Antiq. is autem confert vice capituli, Feli- linus ad c. eam te, & c. causam, de Rescrip. potest & alternis vicibus ad Episcopum & capitulum per- tinere collatio. Clement. plures, de Iure patron. d.c. cùm in illis, §. fin. de Præb. Sed & ex priuilegio vel præscripta consuetudine quidam prælati, quæ non sunt propriæ collationis iure communi, conferunt iure singulari: quemadmodum Ecclesiae Mediola- nensis consuetudo est vt Archiepiscopus conferat beneficia vacantia per matrimonium vel interfe- ctionem clericorum: vt refert Gloffa in cap. cùm in Ecclesia, ad verbum, duam, de Præb. in Sexto.

Confert etiam summus Pontifex beneficia, non 6 tantum sui Episcopatus & propriæ dicæcæsos, sed etiam totius orbis, iure deuoluto per negligentiam proximè inferiorum non conferentium, ca. licet, de Suppl. neglig. prælat. sex mensibus enim elapsis ne- gligentes non possunt cōferre, aut purgare moram, nec tenet post elapsos menses definitos collatio, ca. fin. eod. utru. nisi prouisi ita de misericordia & cum

INSTITIONES NOVÆ

dispensatione in beneficio tolerentur.c. literas ve-
stræ discretionis , eod.tit.Sunt & propriæ collatio-
nis summi Pontificis , beneficia exempta ei imme-
diatè subiecta,vt cap.fin.de Renunciat.Beneficia ei
reseruata generali vel speciali reseruatione,qua ab
alio conferri quām summo Pontifice non possunt,
vt curialium , & quæ in Curia Romana vacare di-
cuntur,vt c.2.3.& ca.præsenti.34.de Præb.in Sexto.
vt plenius suprà documus in principio vacationis,
cùm dicebamus alia vacare beneficia in Curia, alia
extra Curiam,c.24.sunt & ad solus Papæ collatio-
nem maiora beneficia relata,vt tñäslatio Episcopo-
rum,c.j.& seq.de Translat.Episcopi.Habet & sum.
Pontifex ius conferendi omnia oibis beneficia per
concursum seu præventionem,id est , vt si vacante
beneficio,prius quis à summo Pôtifice , & aliis po-
steà ab ordinario impetrauerit,præferatur prouisus
à sum. Pontif , vt contrâ:si quis impetrauerit prius
ab ordinario, præferatur impetrati posterioris à sede
Apostolica,ca.si à sede , 31.de Præb.in Sext.Clem.j.
Vt lite pendente nihil inno.lib.2.titul.5. Non enim
tantam potestatem ordinarius vel aliis conferendi
concessit , quin similem vel maiorem sibi retine-
rit.c.dudum , 14.§.nos igitur , de Præben.in Sexto.
Et in partem solicitudinis vocati sunt tantum ordi-
narij, non autem in plenitudinem potestatis , dicto
c.ad honorem,de Authorita.& viu pallij.c.manda-
ta , de Præsumpt.Plenitudo potestatis in beneficis
ad summū pertinet antistitem , qui de illis ex nuta
disponit,&c de fructibus & collationibus eorum,c.
proposuit,de Concession.præb.c.3.de Præb.in Sex.
Clem.j.Vt lite penden.Episcopi semiplena cōtent
esse

esse debent erga beneficia potestate, quatenus eis iure conceditur, Glossa ad ca. consequens, ii. dist. ita Legati Cardinales seu à latere, qui summi Pontificis honoris prærogativa lætantur, in prouincia in qua legatione funguntur, possunt conferre beneficia per concursum & præventionem ordinarij: Legati autem nati vel missi nequaquam sine speciali mandato & potestate: c. i. de Offic. legat. in Sex. vbi & Glos. ad verbum, *ampliori*, notat eo modo posse concurrere tres collationes eiusdem beneficij vacantis, nempe summi pontificis, legati à latere in prouincia & ordinarij, & potiorem priorem. Vide Ioannem de Selua, in tractat. Beneficiorum, parte 2. quest. 3. ad eam rationem quoque Gregorius 4. in cap. ii. Decreto 2. q. 6. decreuit, ne quid statuatur contra Episcopum ad sedem Apostolicam confugientem & ad eius auxilium, quæ ita suas vices aliis impeituit Ecclesiis, ut in partem sint vocatae solitudinis, non in plenitudine potestatis. idipsum & scriptit Vigilius Papa in epistola ad Eutherium, c. fin. relatum in ca. 12. qui se scit, eadem 2. question. 6.

In concordatis etiam Gallicanis, §. declarantes, 7 de mandatis Apostolic. statutum, quod mandatarij qui à sede Apostolica ad beneficia Ecclesiastica prouisiones obtinuerint, præferantur quibuscumque graduatis nominatis & simplicibus & ordinatis collationibus. idem in §. neque etiam, de Collationibus in Pragm. sanction. Si tamen per graduatum simplicem aut nominatum acceptatum fuerit, beneficium ante præventionem Apostolicam, & habuerit graduatus collationem & nactus fuerit possessionem, manus Papæ erit ligata & præfertur mandata

INSTITIONES NOVÆ

mandatario, ut habetur in ordinatione Ludouici II.
artic. 13. Solam etiam requisitionem graduati vel
nominati afficere beneficium, dum is requirit ordinariū, vel sede vacante capitulum ut sibi conferat,
quamvis non fuerit collatū: & ita præueniri summ.
Pontificem tradit Rebuffus ad §. declarantes, de
Mandat. Apostol. in Concordat. ad verbum, *præ-
uentione*; ex ordinatio. Regia, de Rub. *des præventions
Apostoliques*. Præuentio facit, ut postquam unus ex
concurrentibus prior alio contulerit præuentus non
possit se intromittere de collatione: quia postquam
post collationem prioris quis præuentus est, bene-
ficium non dicatur amplius vacare: Henrich. Bohic.
ad c. auditis, de Election. citatur ca. i. §. subiunctum,
etiam extitit, de Concession. præbend. in Sexto.
Sicut quando statutum, ut unus aut omnes, vel duo
aliquid exequantur, uno eorum negotium inchoate
commisum, alijs nequibunt se intromittere de eo-
dem, c. cum plures 8. de Offic. & potesta. iudic. de-
legat. in Sext. cum similib. ibi notatis. Si plures pro
eadem re sunt definiti iudices, unus alium potest
præuenire: c. penult. & ibi Socin. de Foro competē.
I. si quis posteaquam, de Jurisdic. omnium iudic.
idem si plures in solidum sint procuratores consti-
tuti. c. si duo, de Procurator. in Sext. cap. penul. de
Election. in Sext.

- 8 Præuentio ratione temporis est, & ratione di-
gnitatis conferentium, quare in incertitudine præ-
uentonis impetracionis, si à sede Apostolica vel le-
gato uni, & ab ordinario alteri eodem die, idem be-
neficium conferatur, nec appareat quæ collatio fue-
rit primo facta, erit potior conditio possidentis,
d.c.

d.c.si à sede , de Præb.in Sext. Et si vterque possideat, qui prior nactus fuerit possessionem , ille posterior erit , eò quod qui nactus fuerit possessionem secundo loco alio possidente videatur violentus possessor & intrusus, per ca.eū qui,de Præbend.in Sext.l.extrat. Quod met.cauf.P. cum simil. & in dubiis pro possidente iudicatur. §. commodum , & de Interdict.l. fin. C.de Rei vindica. Ita in pari causa quandiu dubitatur quis prior prouisus sit, qui prior possessionem erit adeptus , præuenisse videtur. Si verò neuter possideat ; in pari causa dubij , quis prior impetraverit ab ordinario vel à summo Pontifice , is cui sedes Apostolica contulit , vel legatus eius, propter conferentis ampliorem prærogatiuam erit alteri præferendus, d. ca.si à sede,& ca.penult. versic. quod si forsitan , de Rescrip. in Sext. quod accidere potest , si beneficium à tertio alio quam ab impetrantibus possideatur : in quo casu præuentio, non ratione temporis, sed dignitatis collatoris consideratur. Quod si summus Pontifex vel. legatus eius , duobus idem beneficium eodemq; tempore, de cuius prioritate non constet, contulerint , si unius summi Pontifex , alij legatus, præfertur qui prior in possessione: si nullus possideat, prouisus à summo Pontifice. Si verò à summo Pontifice uterque eodem tempore prouisus , & aliis prouisus ab ordinario, quo prouisi eodem tempore concursu se impediunt, iuxta l.duo sunt Titij, 30. de Testam tutel: P.l.si ita fuerit , de Reb. dub. P. Et prouinde beneficium vacare adhuc intelligitur , & ab ordinario prouisus præferetur etiam si posterior eius collatio. Casus aliis præventionis summi Pontificis : quod si sum.

Ponti

INSTUTIONES NOVAE

Pontifex ex causa resignationis in manibus eius facte, confert resignatario ex ea causa cum clausula vel alia quousmoducet, etiam si per obitum, & cum derogatione regulæ de viginti diebus; & ordinarius contulerit eodem die alteri idem beneficium vacans per obitum, præferatur à summo pontifice prouisus ei, qui ab ordinario obtinuit, quanuis prior adeptus fuerit possessionem; propter fauorem resignationis qui dedit occasionem resignatio veniendi ad summum Pontificem, sicque iudicatum in Senatu Parisiorum 24. Decemb. anno Domini 1514. ut refert Papus. 3. Tomo notario. lib. 2. ca. *de concurrence*, & lib. 2. Rhapsod. arresto. tit. 9. arrest. xj.

2 Contingit aliquando collationes eiusdem beneficij fieri ab Episcopo & Vicario eius, quo casu & seruanda resolutio, cap. si à sede, nempe ut prior prouisus præferatur: & si uno & eodem die uterque fuerit prouisus, præferatur qui prius adeptus fuerit possessionem, quod si neuter adeptus fuerit, præferatur prouisus ab Episcopo ei, qui prouisus est ab eius Vicario, propter maiorem dignitatem: Vicarius quippe nomine & loco Episcopi confert. c fin. de Offic. Vicar. in Sext. c. statuimus, 16. quæst. i.

10 Genus præventionis aliud ponitur in executione gratiarum eiusdem diei; de quo non possemus dilucidius agere quam tractauerit Bonifacius 8. in c. duobus, 14. de Rescip. in Sexto. Cuius sunt hæc verba. *Duobus super prouisione simili sibi facienda in eadem Ecclesia, literas à nobis obuentib[us] una die, certissime executoribus deputatis, si non apparuerit quis primo impetraverit ex eiusdem c[on]silio coram nicasum*

nicalum contulimus, est in prebenda preferendus alteri, qui à nobis canonicatum non est affectus: licet priusquam alius eis, ad quos spectat canonicorum receptio & collatio prabendarum, suas presentauerit literas, & ab eis in canonicum sit receperus. Si vero neutriri eorum vel utrique canonicatum contulimus; tunc ex quo in gratia sunt aequales, is qui primo presentauerit, erit potior in prebenda. Quod si forsan ambo in presentando concurrant, bi ad quos, ut premittuntur, spectat canonicorum receptio & collatio prabendarum, vel eorum maior pars, ex eis alterum quem voluerint, eligere teneantur, quo electo, aliui omnino careat imperatus; nisi ex tenore literarum ipsius expressè appareat quod utrique ipsorum voluerimus prouidere. In quibus postremis verbis docetur posse & summum Pontificem utrumque iubere admitti, per clausulas quæ solent apponi, veluti: *Non obstante si pro alio scripsimus qui hancmodi gratiam, &c. vel non obstante si per nos fuerit Ecclesia vestra grauata. vel non obstante si aliqui auctoritate nostra in canonicos sint recepti, vel ut recipiantur insistant.* vide c. cum aliquibus; ca. suscep. de Rescript.ca. si motu proprio, de Præbend.in Sexto.

Dubium praeventio[n]is cessaret, si una die collationes à diuersis de eodem beneficio diuersis personis facte, possent per horā, imò per momentum, præcessisse doceri: nam is, qui ita vel per momentū præuenisset alium, potior haberetur, vt notat Gl. in d.c. si à sede, 31. ad verba, nec appareat, de Præbend. in Sext. Gloss. ad c. si duobus, ad verba, si non appareat, de Rescr. in Sex. Et usq; rei (vt ibidem dicitur) probatio fieri potest vel per adiectionem horæ, posite

INSTYTUTIONES NOVÆ

positæ in collatione, quamvis mos is non sit in vñu. Si dicitur datum die tali ante meridiem, vel post vesperas: potest & probari prioritas per testes, qui dicant se vidisse prouisionem coram summo Pontifice legi vel scribi tali hora, vel quod interfuerint cùm tali hora collatio facta fuit, vel per aduersarij confessionem: si dicat primo aliam factam. Dicta testimoniū, confessiones partium, & scripturæ fidem probationis faciunt in iudicio, c. cùm ad sedem, iij. de Restitution. spoliator. c. i. de Confessis, in Sexto. l. vnic. C. cod. cum similibus quæ in titulis P. & C. & iuris Pontificij ponuntur de testibus, de probationibus, de fide instrumentorum. Posset & esse praxis, in dubio prouisorum duorum eodem die à summo Pontifice, vel ab ordinario, vt is consulere tur, & diceret quem prius instituerit: vel cui prius contulerit: vt notat Glossa ad c. si eo tempore, 45. ad verbum, iam, de Electio. in Sexto. per cap. penult. de Rescript. in Sexto.

¹² Notandum, præventionis quæstionē ita demum locum habere, si collatio legitimè utraque facta fuerit: alioquid quæ nulla est, non impedit per præventionem aliam: sicut citatio quæ nulla est, non inducit iurisdictionis præventionem. Glo. ad c. cùm plures, 8. ad verba, q. ad p. o. e. t. de Offic. & potesta. iudic. delegaz. in Sexto. Quemadmodum nec per captionem illegitimam seu prehensionem persone iurisdictione prævenitur: Angel. ad l. si quis posteaquā, de Iudic. P. neque contestatio non iure facta ius dat, sed pro non facta habetur. Res enim cum effec tu est intelligenda, c. relatū, de Cleri. non resid. l. 4. §. condemnatū, de Re iudic. P. neque talis contestatio

statio nulla præscriptionem interruptit. I. intra quatuor, de Diuers. & temporalib. præscription. & paria sunt non esse, vel esse inutiliter, I. quoties, Qui satisdat.cogan.P.

Hinc sequitur, quod præuentio summi Pontificis valebit, si præcedat, à die vacationis & tempore quo verisimiliter à loco obitus beneficiati notitia obitus potuerit peruenire ad notitiam eius: alioquin propter Cancellariae 28 regulam de verisimili notitia, quæ ita disponit, prouisus ab ordinario posterior quāvis in data, præfertur prouiso à summo Pontifice ante tempus verisimilis notitiae: idem si impetrans à summo Pontifice, celauerit corpus mortui beneficiati, ne innotesceret obitus ordinario, vt posset sua impetratione apud summum Pontificem, collationem ordinarij præuenire. Boerius decis. 287. incipien. *in dicto processu*. facit ordinatio Francisci i. publicata anno 1539. art. 56. quia dolus & fraus nemini debet patrocinari cap. sedes, de Rescript. & sic collatio ordinarij contra hanc fraudem potior erit, et si posterior, quod & notat exprefse Rebuffus ad §. declarantes, de Mandat. Apostolicis, ad verba, *mre præventionis*, in Concordat. Cosmas Guimier ante eum, antiquus interpres Pragmaticæ sanctionis, ad 6. neque etiam, ad verbum, *tacendas*, de Collation. in Pragm. sanctio. Notat & Rebuffis in proximè citato loco, post præsentationē factam à patrono, si ante institutionem Episcopi summus Pontifex alteri conferat, ure præventionis prouisum à summo Pontifice non esse præferendum: si Papa nullam mentionem præsentationis fecerit: contra si fecerit videnda Glos. ad §. viiiij, ad verba,

INSTITIONES NOVÆ

non valent, de Collation. in Pragmatic. sanction. Nec minus notabile est quod Glossa antiqua notat in dict. §. neque etiam, ad verbum, *alii*, de Collat. in Pragmat. sanctio. non habere locum præventionem summi Pōtificis, in beneficiis electiis, in quibus seruanda est forma c. quia propter, de Election. quod & probatur in c. licet, §. i. statuit, de Electiōnibus. in Pragmat. sanctio. Ea ratione, præsentatio facta à clero patrono Episcopo, collatio præueniens non habet præventionem in effectu: quia illa præsentatio habet vim electionis, ca. cum autem, de Iure patronat. nisi forsitan præsentatio esset facta à patrono excommunicato; quo casu vt etiam facta ad eius præsentationem institutio, pro nulla haberetur, & non impedit ex eo capite collationem seu prouisionem summi Pontificis, vt li- quere potest ex decisione Rotæ §26. incipiente, *nota quod p̄tronus excommunicatus*, in Antiquis, & decisi. 161. incip. *nota quod p̄tronus*, de Iure patron. in Antiquis. Item non habebit locum præuentio quando in ea violarentur primilegia à sede Aposto- lica concessa, veluti si summus Pontifex vellet præuenire Regem Galliarum in nominatione ad prælaturas, & vellet sine ea iure præventionis absolutè conferre, contra titulum de Rēgia ad prælaturas nomination. in Concordat. vel si vellet conferre in vim reservationum in Regno prohibitarum, dicto §. declarantes, de Mandat. Apostolic. in concorda. & Rebuffus ad Rubric. de Reservation. sublat. in Concordat. Sunt etiā quædam beneficia, quæ iure regaliæ cōfert Rex Galliarum, & alijs quoque prin- cipes: quorū collationes non possunt à præventione summi

summi Pontificis anteuererti. Nam & summus Pontifex vult seruari regalia quæ competit euiam, vel ex fundatione, vel ex antiqua consuetudine: in ea generali constitutione, 13. de Election. in Sexto. vel ex priuilegio, de quibus multa nos diximus in lib. 17. Syntagma iur. ca. 7. quæ hic cōiungenda sunt, noluimus autem transcribere, ne tempus & chartas superfluè his impendamus.

Docuimus & eodem loco, conferre extraordi-¹⁴
nariè ex consuetudine vel priuilegio beneficia, etiā
laicos, ut & in c. Adrianus. 63. distinct. c. dilectus, 3.
de Præbend. quare in contentione beneficij pro eo
iudicatur qui habet collationem ab eo qui est in
possessione conseruandi, c. penult. de Causa propt. &
possess. poriò sine priuilegio, laicus per se incapax
est collationis actiùè & passiùè; & ita non confert.
c. si quis deinceps, cap. per laicos, & ca. laicis, 16. q. 7.
neque consuetudo sine priuilegio vt laicus confe-
rat, posset dare ius, ca. Massaria, ca. sacrosancta, de
Election. quia præscribere non potest laicus iura
spiritualia vlo modo, ca. causam quæ, de Præscript.
c. cum laici, de Iure patrion. Neque etiam ex priuilegio
collatio à laico facta ius spirituale acquirit ei
cui collatum est, donec per Episcopum vel alium
clericum fuerit institutus, c. in synodo, 63. distinct
Ioannes Montaigne, tractat. de Bigamis, q. 5. pro-
dest tamen à laico prouiso, laici inuestitura, vt inue-
stitus possit recipere feuda, & alia bona temporalia.
Coisetus tractat. de Potestate regia, q. xij. Hostien. in
summa de Institution. In personis collatorum iur-
sum requirimus, vt quo tempore cōferunt, capaces
sint, nec prohibeantur, prohibentur veò conferre

INSTITUTIONES NOVÆ

legitimè , ex quibusdam causis relatis a Rebuffo in Praxi beneficiorum. cap. de requisitis ad collationem; vt si suspensi sint à dignitate, si hæretici, schismatici , excommunicati. Posse quoque ex priuilegio conferre beneficia dicimus foeminas , vt Comitissam Flandriæ.c.dilecto, de Institutio. Abbatissam, in decisione Rotæ 196.in Antiquis. Vide Ioannem de Selua,in tractat.Benefic.parte 2.quæst.23.confert & aliquando ex delegatione summi Pontificis , qui alterius non habet, c. 4. c. cum aliquibus de Rescr. in Sext.c.is cui conceditur, 19. de Præben. in Sexto. Docuimus & dicto lib. 17. Syntagmat. cap. 8. de Collatione & iure regalizæ:& c. 9. de Collation. per ius deuolutum, ca.10.de Collation. ex iure reservationis.ca xj.de Collatione per mandata Apostolica: de quibus etiam tractauimus in Rescriptis abundè. In persona collatorum etiam requiri mus , vt quo tempore conferunt capaces sint, nec prohibeantur. Prohibentur verò & non possunt legitimè conferre ex quibusdam causis relatis à Rebuffo in Praxi beneficiorum,ca.de requisitis ad collationem, vt si suspensi fuerint à dignitate , si hæretici , si schismatici,si excommunicati.

15 Possunt Abbates & alia personæ Ecclesiasticæ inferiores Episcopo,ex præscriptione ius conferendi defendere, quemadmodum & alia iura Episcopalia, c. cùm olim frater, 18. & c. audietis, de Præscr. quod & in iure institutionis locum habere dicitur & destitutionis, in d.ca. cùm olim frater. quāquam extra prescriptionem, inferior, qui habet ius conferendi, plenè non conferat , sed post collationem eius exigatur institutio prouisi Episcopi vel eius vicarij.ca. fin.de

fin.de Cleric.peregr.c.3.de Institut.

Iure deuoluto collatio fit per superiorem etiam ¹⁶ negligentis, vel delinquentis, vel denegantes collationem. ca.nulla, de Concession. præb.ca. licet, de Supplend. negl. Prælat. estque collatio non libera, quæ ita fit: nam collatio transit ad eum ad quem deuoluitur cum suo onere, ut teneatur usdē personis, & eodem modo censere qui iure deuoluto confert, quibus tenebatur is à quo deuolutio fit. Cl. vn. de Suppl. neglig. præl. Felin.ad.c. cùm accessissent, de Constit. Iure deuoluto etiam confertur beneficium à superiore, si collatum fuerit ab inferiore indigno, qui ea vice priuat collatione: Rebuffus in Praxit. de forma signaturæ, vers. ver incapacitatem.

Collatio etiam ad œconomum seu visitatorem ¹⁷ vel administratorem Ecclesiæ, sede vacante beneficiorum tempore quo administrat vacantium, pertinet. Si visitator is seu œconomus à summo Pontifice ponatur, ca. obitum, 15. in fine 61. dist. expressus in c.fin.de Suppl. neglig. præl. in Sext. quod locum non habet in œcono constituto à capitulo sede vacante, c. cùm vos, de Offic.oid. & dicto ca. si. de Suppl. neglig. prælat. in Sexto.

Sequestres etiam, si pédente sequestro Ecclesiæ, ¹⁸ vacet beneficium pertinens ad electionem vel presentationem in Ecclesiæ sequestratæ, presentabūt aut eligerent, aut conferent. Rota decision. 323. incipien. *Nota Gloss. Ianoes. & Höff.* in Antiq. per notarii in 1. Glos.ca. examinata.de Iudic. & in Clemen. vnic. de Sequestra. possess. id affirmatur in sequestro ab Episcopo posito, dum ait, plenam & debitam curam de ipso beneficio gerere. sic & tradit Fredetic. col. 166.

INSTITIONES NOVÆ

Siquidem ad sequestrum pertinet colligere fructus, fructuum autem nomine continetur electio & collatio, ut notatur ad ca. cùm olim, de Maior. & obed. & per Felin. in c. cùm Bertholdus, de Sent. & re iud. & secundum hanc sententiam iudicatum refert Cosmas Guinier Scholastes ad §. ita tamen, ad verbum, *Vicario*, de Collat, in Pragmat. sanction. & in hac fuit etiam sententia Octavia. Vuestrius, lib. 7. Introductionis in Romanæ aulae actiones, c. 2. n. 2. 3. 12. & Russæus tract. regalio. p. 111. 10. Contrariam tamen defendunt aliqui, ut Pan. ad d. c. examinata, de Iudic. eoque sequester auctoritate iudicis positus non vere dicatur possidere, l. intercessione, de Acq. pos. l. vñ. C. de Sequest. pos. l. Item sequester nomine alieno non proprio fructus colligit, quos tenetum postea restituere victori. ca. 2. de Sequest. pos. l. Cle. vñ eod tit. dehinc in ca. cùm Bertholdus, de Sent. & re iudic. Creditor habens in pignus cum uniuersitate ius patronatus, non presentat: quia nomine alieno colligit fructus. Notat & Henricus Bohic ad d. c. examinata. injectionem manus regiae in possessione non priuare aliquem possessione sua. Considerabuntur autem istæ sententiae cum distinctione sequestri, si quidem si sequester sit voluntarius, hoc est, consensu litigantium à iudice positus, efficitur possessio, & contendentes desinunt possidere: & tunc plena ei competit administratio, & hic poterit cōferre, & præsentare, Rochus de Curte, in tract. de Iure patr. in verba, ipsa velis, q. 36. Ioan. de Selua, tracta. Benef. 2. par. q. 9. Scribit autem Rebuff. trac. No. q. 14. n. 76. se vidisse sequestru iequitente volūtatem colligantū cui cōficiendum esset: & si in

vnus

vnum conuenirent, illi conferebatur à sequestro, si non conuenirent electum per illum vnum magis idoneum ex duobus nominatis per litigantes, idq; ita fieri, tutius sibi videri. Quòd si sequester appositus sit citra consensum partium, sequestratio non priuat possessione sua antè possidentem, nec facit quin ea continuata vtatur ad præscriptionem prædictam. I. interesse, de Acq. poss. Attamen Panor. ad d.c. examinata, tradit quòd nec in hoc casu qui primo possidebat, post sequestrū poterit percipere fructus vel colligere: is enim fuit finis sequestrationis; ne ab aliquo litigantiū hoc fieri possit. Notabile tamen quod scribit Lud. Gomes ad Reg. de Ann. poss. q. 46. Sequestrū appositum beneficio per iudices seculares, non impedire possessionē quoad effectum prædictæ regulæ Cancel. de Annali possel. & ita iudicatum in Rota. & sequestrum auctoritate iudicis secularis qui nō habet potestatē, esse spoliationē, vt ait Anch. cōf. 249. ad prædicta dubia. Dec. cōf. 25. col. 1.

Quòd si sequestratio non sit facta Ecclesiæ de ¹⁹ qua contenditur, & pendente lite vacatio acciderit beneficij pertinentis ad collationem eius Ecclesiæ, ad quē pertinebit eius collatio, questio explicatur à Gloss. si. ad c. ex literis, 7. de Iure parr. & ad c. 2. de Restit. spol. Et resolvi poterit paucis posse utrumq; litigantium conferre, illum autē ius habiturum, cui collatum est ab eo qui in lite vicerit, nisi alter litigantium probaret se habuisse possessionem conferendi, & in possessione contulisset ante litem, d.c. ex literis, & c. consultationibus, de Iur. parr. ca. pen. de Caus. possel. notatur in ea. cùm Ecclesia futrina, de Caus. poss. Ioan. de Selua tractat. Benef. quest. 7.

Coadiutor prælato datus, non potest conferre beneficia Episcopi, Ioan. Mor. & Archidiaconus, ad c.i.de Cleric. & g iota. in Sex. per illum textum, quo prohibetur coadiutori Ecclesiasticarū reū alienatio, etiam si coadiutor datus fuerit à Papa, cùm in generali mandato Vicariatus, non contineatur potestas conferendi beneficia. ca. fin. de Offic. Vica. in Sext. Si tamen coadiutor datus sit ad spiritualia Episcopo, conferet prælatus de consilio coadiutoris, nisi forsitan prælatus esset omnino mente captus, quia tunc conferret solus coadiutor, maximè si impedimentum sit perpetuum, ob quod datus coadiutor. Oldr. conf. 44. Domini. ad d.c.i.de Cleric. & gr.

De modis conferendi beneficia.

CAP. XXXIX.

- 1 Collationes alia libera alia, non libere, & de ea un differentiis : coram ordinario vel aliis : & de signatura.
- 2 De bullarum formula & robore.
- 3 Collationes non liberae in mandatis in beneficiis patronatibus, in nominationibus regis, aut graduatorum & nominatorum Academiarum.
- 4 In his in quibus locum habet optio, & de optione.
- 5 Non habet & locum libere collatio, in aacatione ex causa permutationis.
- 6 Si authorisatio petenda sit ab alio collationi
- 7 Aut confirmatio.
- 8 Collationis, presentationis, & institutionis differentia.
- 9 Titulus beneficij unde oritur.

- 10 Quando collatio eusdem beneficij eidem vel aliis, bis vel plures fieri possit.
- 11 De denegatione iuri conferendi vel eligendi per negligentiam collatorum, vel electorum, & ad quos pat.
- 12 Collatio debet fieri sine vi vel in etu.
- 13 Pure.
- 14 Aperiè.
- 15 Sine diminutione.
- 16 Gratuito.
- 17 Congruo tempore.

Collatio, seu beneficij concessio, vel est libera, vel est non libera:libera est, cum sis qui potestatē habet conferendi, sponte cui vult, dummodo idoneo, consert: cap. relatum, iuncta Glossa, de Præbend. est enim in libera collatione locus gratificationi, pluribus existentibus idoneis, §. statuimus, de Coll. in Cōcor. Ea sit, vel motu proprio conscientis, vel ad supplicationem prouisi, ea si motu proprio, &c. si tibi absenti, de Præb. in Sext. Supplicatio, vel verbo sit, vel scripto verbo sit, ut plenumque coram ordinario collatore. Consequenter & concessio vel collatio sit eodem modo, cap. institutionis, 25. question. 2. ad cuius tamen probationem, titulus & scriptura datur subscripta & sigillata, adhibitis duobus testibus, qui adeste debent. Rota decis. 348. in Nouis, & ita fieri tantum ad vitandas fraudes, Senatus consulto cautum & imunctum ordinariis, ne dent collationes sine testibus, secretario, vel duobus notariis: testes autem, sine exceptione maiores, non domestici,

INSTITUTIONES NOVAE

& quibus imperii non possit, iuxta cap. in literis, de Testib. quæ pluribus tractat Rebuff. ad Rubr. de Collat. in Concord. Supplicatio scripto maxime proponitur summo Pontifici, cuius responsio quoque scripto constat & signatura, vnde impetratio ipsa vel supplicatio, dicitur signatura, de qua & de formula, & vi eius nos copiose tractauimus in tracta. de Rescriptis, circa finem. & lib. 17. Syntagmat. cap. 13. tractat & Rebuff. in Praxi beneficior. titu. de Supplicatione, & sequentibus, de forma eius, & in 3. parte Praxis. titul. de Breui Apostolico.

2. Accedit collationi per signaturam concessæ, formula bullarum, quæ super signatura expediuntur, de quibus etiam diximus in tractatu de Rescript. circa finem, & agitur in cap. licet, de Crimin. falsi. Bullæ non tam collationi vim quam probationem firmiorem supplicationi, aducere videntur, quando de beneficio, vel titulo in iudicio disputatur, quare ratione dicitur gratia esse informis ante expeditionem literarum seu bullarum plumbo sigillatarum, in quibus clausulæ gratiae & supplicationis extenduntur. Rota decis. 19. de Concessi. præb. in Novis. & in regula Cancellarie, de Non indicando iuxta formulam supplicationis, sed literarum expeditarum. Alioquin enim gratia, in essentia perfecta, & ius dat per signaturam ante expeditionem bullarum, statim ubi facta est ei responsio per, fuit, Calderic. ad c. quisquis, de Elect. plura conuenientia his, & probationes congerit Andreas Sicalus, ad c. in nostra, 5. colum. nu. 19. de Rescriptis.
3. Collatione non libera conferuntur beneficia, quando qui confert tenet certæ personæ vel certo perso

personarum generi, etiam nolens conferre, veluti
primo si mandatini habenti, & acceptanti primo
vacuum beneficium teneatur conferre vel pro-
uidere.c.si duobus, ca.si tibi, de Rescip. in Sexto.
diximus plenè de mandatis Apostolicis in tractat.
de Rescip. & lib. 17. Syntagm.c.xj. vide & Rebus.
in Concord. sub titul.de Mand. Apostol. Secundò,
dam præsentatum à patrono laico vel clero, tene-
tar quis institueret, sine præsentatione enim conferre
nequit,c. illud, c. relatum, de iure patiō. ca. decen-
nus, 16. quest. 7. diximus de hoc iure patronatus,
lib. 17. Syntagm. c. 4. consulere quoque poteris tra-
ctatum de iure patron. Rochi de Curte, Papiensis,
& Pauli de Cittadinis Mediolanensis. Tertiò, quādo
prouidetur tantum à summo Pontifice in p̄latus
vel aliis beneficiis ad nominationem Regis vel
aliius principis pertinentibus, §. 1. de Regia ad
p̄lat. nominat. in Concord. Quartò, inter collatio-
nes non liberas ponitur collatio quæ sit graduatis
vel simplicibus, vel nominatis in vim nominationū
& literarum gradus concessarum ex priuilegio ab
Academis, §. quia vciò, & §. vlt. de Collation. in
Concordat.

Quintò, quando ratione optionis debetur bene-
ficium antiquiori optandi, libera non est collatio,
vt in c. fin. de Consuet. in Sext. habita ratione con-
suetudinis quæ prescribitur in distinctis prebendis,
per spatum quadraginta annos & in indistinctis,
per decem, vt scribit Rota decis. 460. incipien-
tia etiam quatuor tempora, in Novis. ubi plura notabili-
ta de optione. Quando videlicet possunt beneficia
optari, non aliter, veluti non possunt optari si be-
neficia

INSTYTUTIONES NOVÆ

neficia essent reseruata, vt notatur in additionibus decision.Rotæ 23. *fuit dubitatum, vitum beneficia reseruata, in Nouis, aut si beneficia vacent & resignentur tantum ex causa permutationis, vt ibidem dicitur per D.Petrum in cap, quæsitum, vlt, quest. de Rer.permut, quamquam habeat locum optio, in beneficiis ad summum Pontificem ex negligentia collatorum iure deuoluto delatis. Ioan. Andre. ad cap.fin.ad verbum, *vacantib. is*, de Consuet.in Sext. vide & in additione dictæ decis. 23. que tamen non admitteretur si beneficium vacaret in Curia Romana.in decis.Rotæ 296. *sicut canoniciatus*, in Nouis vel si optandi consuetudini derogetur per clausulas mandati de prouidendo, vt notar & disputat Rota in decis. 300. *si mendatur al. eis*, in Nouis, & rursus decis. 218. *nota quod secundum ca. cum in tua*, in Antiq. ubi secundum. cum in tua, de Consec. in Sext. optio non habet locum in beneficiis reseruatis,nec contra Apostolicos impetrantes, propter clausulas derogatorias positas in litetis.*

⁵ Sextò, non erit libera collatio, quando fit de beneficiis ex causa permutationis renunciatis: quia debent necessario conferri compermutantibus. Cl. vnic.de Rer. perm. cap. ynic. eod. titul. in Sexto. Idipsum septimò dicemus, in renunciatis in fauorem & non alias,Clem. 2.de Renunc.c.ohim, §. 1. de Restit. spolia. cum similib.de quibus egimus antea cum de renunciatione loquebamur.

⁶ Octauò, non etit libera, quando institutio vel auctorizatio adhibetur collationi factæ ab alio inferiore ab ordinario,vt in ca.3.& ca.cum venissent,de Institut.c.præterea,4.de Iure patron.

No nō

Nonò , confirmatio habet quodammodo collationem necessariam, quæ firmat & ratam habet electionem de aliquo factam. Confirmatio sequitur electionem, ca. postquam , de Elec^t. Elec^{tio} ius tribuit electo. c.fin. de Elec^t. in Sext. Confirmatio ius dat administrandi, ca.transmissam. ca. nihil est , de Elec^t. vide quæ ex professo tractauimus de electio- ne, ad c. quia propter, de Elec^t. & lib.17. Syntagm.c. 12.& de Confirmatione, eod.lib.c.13.

Ex quibus facilis erit dignotio regulæ quæ ad- fertur in ca.cùm in illis 16.§. cùm autem , de Præb. in Sext. cuius hæc sunt verba. Cùm assiem inter collationem , presentationem , & institutionem , differentia magna esse noscatur ; si cui de beneficio ad alicuius collationem spectante prouiders mandetur , de illo quod ad eius presentationem vel institutionem pertinet prouide- ri non poterit, nec etiam è conuerso , Expresso enim uno casum predictorum mandatum super hoc factum, quod habet de sua natura restringi , ad alios extendi non debet. Hinc fit quodd capitulum non confert sede vacante beneficia quæ pertinent ad collationem Episcopi, c.1. Ne sede vacan.apud Gregor. ca. vnic. cod.titul.in Sexto.instituit tamen sede vacante instituendos ab Episcopo si viueret, cap.i. de Institut. in Sext.c.cùm olim , de Maior.& obedien. idipsum & in Vicario dictum in c.fin.de Offic. Vicar. in Sexto. ca.ex frequentibus , de Institut. Notandum tamen quodd si ordinarius non precedente collatione eius qui ius conferendi habet, inuestiat aliquem de beneficio quodd talis inuestitura habetur pro collatione, Pā.ad c.authoritate,de Inst.arg.c. 1.de Cons. recti feud. in Vilib.feud.Ioan.de Selua.in tract.Benef.3.part.q. 10.

Oritur

INSTITUTIONES NOVAE

9 Oritur ita titulus beneficij ex collationibus praedictis liberis , vel necessariis, ex quibus ius in beneficio queritur prouiso ; habet & inuestitura vim tituli ab Episcopo facta in beneficio suæ diocesis vacante , cuius iure communi dispositio & prouiso ad eum pertinet,c. cùm ex iuncto, de Hæret. ca. i. de Capell. monach. cum similib. pro vero quoque titulo habetur, tolerantia Papæ in beneficio , unus institutio alias non secundum ius esset facta , in causa literas, de Suppl. neglig. præl. & sola tolerantia eius tacita, dummodo constet de eius voluntate, dat ius in beneficio, iuxta Glo. c. si aliquando, de Sent. ex commun. Clem. si summus eod, tit. Potest & summus Pontife. nullum titulum validum reddere, per rescriptum , *perinde valere* , vel alio modo , ob plenitudinem potestatis quam habet in beneficia, ca. proposuit, de Concessio. præb. Si quis etiam existens in possessione eligendi vel presentandi, elegerit vel presentauerit, licet postea declaratum fuerit ius ad eum non pertinuisse , tamen electio & presentatio , & ad illam facta confirmatio vel institutio valet, nec electus vel presentatus destituetur. ca. consultationibus, de iure patron. c. cùm Ecclesia, & ibi Panorm. de Caus. possessio. & propri. facit l. Barbarius Philippus, de Offic. Præt. P. I. I. C. de Test. Inuentur & triennalis præscriptio, quæ roborat titulum possessori beneficij, qui alioquin non sustinetur in c. i. de Præscriptio. & in regula Cancel. 33. & titulo de Pacificis possessor. in Pragmatica sanct. & Concord. si modò , vt ait regula, ingressu Simoniaco beneficia careant, nec beneficia sint reseruata reservatione generali in corpore iuriis clausa, aqui-
para

parat enim p̄aeschriptionem beneficiorum , quæ in mobilibus videtur consistere , p̄aeschriptioni rerum mobilium, quæ triennio perficitur. §. i. de Vſucap. l.vnic.de Vſucap.transfor.C.

Propter diuersos modos conferendi , ordinarius collator vel Summus Pontif. potest vnum & idem beneficium vni, vel pluribus , diuersis temporibus plures conferre , & sic prima collatio non impedit secundam : veluti si ordinarius iure ordinario conferat, & postea idem beneficiū secundo conferat ex necessaria collatione , veluti requisitus in vim gradus à graduato vel simplici vel nominato in vim Concordati prima collatio non impediret secundam.nec pr̄stat impedimentū quæ de iure non est sortita effectum.c.non pr̄stat,de Reg.jur. in Sext. quemadmodum , si patronus contulit beneficium cùm non possit, poterit nihilominus pr̄sentare ad illud item.c.si.de Iure pat. Similiter si Episcopus contulerit sine pr̄sentatione patroni , rursus pr̄sentante patrono tenetur instituere,c. decernimus, iunc.glo.q.7.facit c.ex insinuatione,de Iure patr.in aliis & ponit exempla Gl.antiqua ad §.quòd si quis cuiuscunque status, de Collat. in Pragma. sanctio. & Rebuff.ad §.si quis verò,ad verbum Dispositiones. de Coll.in Pandec.sic discrieta iura talia remanent, quamuis ad eandem personam peruenenterint.l.tutoriem, de His quib. vt indig.ideoq, quando duo iura diuersa concinrūt in vna persona, illa loco duarum personarū est,l.si Consul,de Adopt.l.Papinianus,§. sed nec impuberis,de Inoffic.test. P.dumque plura iura diuersa vni dātur, uno sublato aliud nihilominus remanet,l.si domus,de Seruitut.vrbani.pratio.

P. I.

I N S T I T U T I O N E S N O V A E

P.I. quoties duplici, & ibi Decius, de Regu. iur. P. Alioquin si diuersi modi non sint conferendi, semel collatio vel electio facta impedit secundam fieri, donec prior fuerit improbata, seu ut dicunt cassata, post electionem, §. quoniam, de Concess. præb. cap. inter dilectos, de Excessib. prælatorum: idque propter variationem quæ improbatur in ea. considerauimus. &c. auditis, de Elect. Clem. vnic. de Renunt. & qui contulit semel etiā indigno functus est munere, quod ad se pertinet, & vt dicitur de electione indigni, qui scienter talem elegit, priuatus est electione pro illa vice, c. cum in cunctis, §. fi. de Elect.

ii Iure deuoluto confert etiam qui aliter non poterat conferre; per negligentiam eorum, qui cum potestatem haberent eligendi vel conferendi, non contulerunt vel elegerunt intra sex menses in minoribus beneficiis à tempore notitiae vacationis & cessationis legitimi impedimenti, ca. 2. & c. quia diversitatem, de Concess. præben. cap. licet, & c. fi. de Supplenda neglig. prælat. & si agatur de maioribus prælaturis, si non elegerint intra tres menses, ca. ne pro defectu, de Election. sit autem deuolutio interdum ratione coniunctionis collationis, à capitulo ad Episcopum; & cōtra, ab Episcopo ad capitulum, & ab utroque, ad superiorem Archiepiscopum. vt notat dictum cap. 2. de Concess. præbend. vt ad immediatum superiorem: & ab Archiepiscopo ad Patriarcham, vel ad summum Pontificem in casu negligentiae inferiorum, habita ratione loci in quo positum est beneficium; vt non conferente eo qui infra Episcopum conferre debet, deuoluatur ius collationis ad eundem Episcopum loci, Clem. vni.

iuncta Gl.de Suppl.neg.prcl.de quo vide latè apud Rebuff.in d.§.si quis vero,ad veib. *immediatum*; de Coll.in Concor. vbi & notat, posse immediatū dici superiorē ad quem sit deuolutio, ipsum Episcopum qui interfuit collationi factæ à capitulo tanquā canonicus; non tanquā prælatus, nam tūc non posset supplere suam negligentiā.c.pen.de Concil.præb. dicitur autem interesse seu adeslē capitulo tanquam canonicus Episcopus, quādo ibi nō habet primum locum,Glo in c.à collatione,de Appell.in Sex.Pari modo si Abbatiam & Episcopatū sub quo Abbatia sit,vnus possideat, si tanquā Abbas non contulerit, vel per negligentiā post tēpus cōferat, sit deuolutū ad eundē tanquam ad Episcopū & immediatum,c. causam quæ,de Iudic.sicq; consuluit Dec.cōsil.6.41. incip.*in duobus*. Fieret tamē & in deuolutione propter delictum conferentiū, deuolutio ad Papam in maiorib.dignitatibus,c. quāquam,de Elect.in Sex.

Inter modos conferēdi, non alienū est admone-₁₂
re, collationem fieri debere liberē , id est, sine vi.&
metu illatis conferēti; aliter iñsumari poterit c.2.&
c.ad aures,&c.pe.de His quę vi metūs ve can.funt.

Secūdū, item fieri debet purē ab ordinariō, sine ₁₃
pacto & cōditione, ne inde simonia cōsequatur,c. f.
cap.cūm pridem,de Paclis,c. quam pio.i.qu.tst.2.

Tertiū,apertè, nō clādestinē,c.l.Vt Eccl.benef. ₁₄
sine dim.conf.c.clericus, 8l.dist.facit l.nō existinq,
de Admī.tut.si tamē collatio facta fuerit capaci,nec
salpicio fraudis sit , non ideo improbatur collatio
quod domi in camera,nec palā facta sit. argu.l.t.de
Delato.lib.10.C.dūmodò testes adsint,& formādū;
de qibus dixi supiā hoc eodem capite,in princ.

INSTYTUTIONES NOVÆ

- 15 Quartò, ex integro sine diminutione, vel retentione rerum eius, cap. vnic. Ut Eccles. benefic. sine diminut. confer.
- 16 Quinto, gratis fieri debet, alioquin simonia eam infirmat, c. ordinationes. &c tota i. quæst. i.
- 17 Sexto, requirit collatio ut fiat suo tempore; nam post sex menses, facta post deuolutum non tenet. cap. fin. de Suppl. neglig. præl. cap. de monachis, & c. avaritia, de Præb. facit cap. prohibemus, c. grauis, de Censib,

De Iudiciis & controuersiis, seu litibus beneficiorum. C A P. X L.

- 1 Lites beneficiorum summarie & de plano tractanda.
- 2 Lis super beneficis, & de titulo, & de possessione, & de rebus moueri potest.
- 3 Beneficium litigiosum quando dicatur omnino, aut pacificum.
- 4 Quando ex una tantum litigantium parte litigiosum.
- 5 Lis cœpti, quando dicatur.
- 6 Quia actione experiatur pro iure beneficiary beneficiorum.
- 7 De triennali possessione,
- 8 De contraria fœta rerum beneficiary, differentie à controuersia beneficiary.
- 9 Lis beneficiary incipu ferè semper à possessorio.
- 10 De iudice competente litis beneficiary.
- 11 Spoliationis causa, aliis questionibus possessionis & proprietatis preponitur.
- 12 De iudicibus propriis beneficiary datis in parisib[us] beneficiary.

- 13 Adoptionis & possessionis formula, in beneficiis.
- 14 Num cum signatura quis possit nancisci possessionem beneficij & de regula de non iudicando iuxta formam supplications.
- 15 Differentia possessionis violenter adepie, & propria auctoritate accepta.
- 16 De possessione beneficij absenti querenda.
- 17 De possessione in iure regalis consideranda.
- 18 De vindictis adiudicandis in questionibus beneficiorum.
- 19 Titulus quis sit Canonicus ad defendendam possessionem.
- 20 Missio reservanda causa in possessionem, non habet locum in beneficio, & quare.
- 21 Quod remedium detur contra litigantem de beneficio. Iudicium de beneficio contra absentem ferri potest eod.
- 22 Sequestratio beneficij vel fructuum, quando fit.
- 23 Sequestrationum beneficiorum utilitas.
- 24 De pena impudentis vel spoliantis sequestrum.
- 25 Modi ordinary revocandi sequestrationem.
- 26 Differentia inter recendentiam beneficij & amissionem manus regiae.
- 27 De subrogatione litigantium permitta vel vetua.
- 28 Subrogatio quare intra annum impetranda.
- 29 De pleno possessorio beneficij iudicando, et probatione plena.
- 30 De iuramento in supplementum probationis in causa beneficiaria.
- 31 De probatione tituli diuersa, in interdicto adipiscenda, & recuperande.
- 32 Titulum sue possessionis quando qui cogatur ostendere.

INSTITUTIONES NOVÆ

- 33 *Frustrum restitutio in sententia plenis possessorijs quid continere debeat.*
- 34 *De expensis & damnis litie.*
- 35 *De sententia proprietatis beneficij.*
- 36 *Quæ sit in appellatione in beneficiis seruanda.*

Postrema pars tractationis beneficiorum consistit in litibus eorum, quæ ratione cupiditatis, ambitionis & fraudum, præmodum infinitæ sunt. Clemens quintus in Clem. 2. de Iudic. admonet lites moueri super electionibus, postulationibus, vel prouisionibus, aut super dignitatibus, personatibus, officiis, canonicatibus, vel præbendis, & quibusuis beneficiis Ecclesiasticis, aut super decimis, & vult de cetero in his simpliciter & de plano, & sine strepitu iudicij procedi,

2. In summa autem, vel pro beneficiis principaliter & pro iure, aut pro possessione eorum; aut separatum de rebus ad beneficia pertinentibus litigatur. Agitur & petitorio & possessorio iudicio. in Clem. vni. de Causa possess. & propriet. lib. 3. tit. 3. Lis simpliciter super beneficio introducta, & ad titulum seu proprietatem, & ad possessionem pertinet, vt notat Cassiodo. decisio. 9. num. 3. de Caus. possess. & prop. etiam si causa vel lis esset super iactationibus, & molestationibus introducta, si modò molestationes narrarentur super beneficio: contrà, si super possessionem tantum, quia isto casu sola possessio esset litigiosa, perinde ac si de possessione expressè fuisse introducta, quo casu lis ad proprietatem beneficij non extenderetur. ut eadem decis: scribit Cassiodo

Si do. num. 8. & 10. & decisi. 4. num. 1.

Incidit in beneficiorum tractatum sèpè questio, num beneficium sit litigiosum, & quomodo disce-
natur pacificum à litigioso; ex qua plures effectus &
utilitates colliguntur: ut beneficium possellum pa-
cificè per triennium non potest controuerti, nec in
petitorio nec possessorio, per regulam Cancellarie
33. confirmatam ex Pragmat. sanction. & Concot-
datis Galliarum, & summi Pontificis, titulo de Pa-
cif. possessorib. ibique & iuxta ca. 1. de Prescr. lib. 2.
titul. 26. veluti pendente lite beneficij, si ex duobus
electis litigantibus alter renunciet vel moriatur, vel
excludatur, non potest procedi ad electionem vel
presentationem alterius, donec finiatur lis cum col-
litigante superstite. c. 1. & 2. Ut lite pen. nihil inno.
lib. 2. tit. 8. in Sex. Sic & consideratur in Clem. 1. eo.
tit. Ut lite pend. lib. 2. tit. 5. in beneficio litigioso al-
tero vel utroque ex contendentibus decedente, in
questione, num vacet in curia Romana vel extra.
Sed neque prouisus de beneficio curam animarum
habente, tenetur promouere se ad sacerdotiū intra
annum, si litigiosum sit; & nisi à tempore pacifice
possessionis, in c. commissa, c. licet canon, de Elect.
in Sex. in quo casu & dicunt pacificā possessionem
dici, obtenta recredentialia, si per tres annos non mo-
ueatur cōtrouersia ei postea, & ideo teneri promo-
ueri statim post triennium nō sacerdotem ad sacer-
dotium, alioquin vacare beneficium per non re-
motionem, ut scribit Rebuff. tract de Pacif. possess.
nu. 167. per caput licet canon, & c. cōmissa, de Elect.
Beneficium quoque litigiosum mandatarius non te-
netur acceptare, quia non est conferendū pendens

INSTITIONES NOVAE

lite, viuente alterutro litigantium, d.ca. fin. Ut lite pendem. in Sex. Clem. 1. eod.tit. 1egula Cancell. 17. sic decisum in decis. Rot^e 608. *in aqua*, in Antiq. latè Rebus. ad §. declarantes, ad verbum, *comprehensa*, de Mandat. Ecclesia. in Concord. Rota decis. 582. *incip. virum, c. i b.*, in Antiq. quod in nominatis ab Academis videretur usdem rationibus habere locum. Tamen hodiè poterunt in Gallia acceptare si velint litigiosa per obitum alterutrius litigantis vacantia, & effectus litis seu exitus potent probare num vacauerit ex persona mortui litigantis, an alio modo. vide Rebussum in quælt. 15. na. 44. Potest & lite pendente nouum ius impetrari, veluti gratia si neutri, & noua prouisio, dummodò in ea fiat mentio de lite. Staphile tract. de Gratiis & expectatiis. §. in primis, num. 50. qui porrò ita impenetraverit admittetur seu coniungetur liti, in eodem statu quam reperit, Clement. 2. Ut lite penden. Pacificè possidere beneficium dicitur, cui non mouetur contiouersia iuris vel facti, in iudicio, nec extra Glos. & Doctor. in Clem. gratiæ, de Rescip. Rota decis. 61. *suffici*, in Nouis. facit c. cùm olim, 7. de Dolo & contum. ibi. *pacific* possestionem gaudere, lib. 2. tit. 14. ca. ex parte, 7. de Testib. lib. 2. titul. 20. Litigiosum contra dicitur, secundum Glossam ad c. 1. ad verbum, *litigantibus*, Ut lite pendent. in Sext. de cuius dominio questio vertitur inter petitorem & possessorem, conuentione iudicaria vel precibus principi, aut iudicii oblatis, & per eum futuro reo cognitis, Authent. litigiosa, C. de Litigios. Videnda Clem. 2. & ibi Glos. Imola, Zabarella, Ut lite pen. Et quamvis quasi ceptum dicatur iudicium,

voca

vocatione in ius quod pertinet ad perpetuandam iurisdictionem iudicis, cap.gratum, 20. de Offic. & pot. iud. deleg. tamen, res litigiosa adhuc non dicetur proprie, nisi sex concurrentia quæ faciunt litis pendentiam: primum quodd citatio emanauerit, & à competente iudice. Secundò, dehinc tertio, quodd ad citatum peruenierit, vel per eum steterit quomodo perueniat. Quartò, quodd ex tenore citationis potuerit cognoscere, de qua re sit futura controversia. Quintò, quodd citatio sit apta. Sextò, quodd apparitor seu nuncius eam legitimè & sufficienter inlinuauerit: quæ colliguntur ex Clem. cùm item, iunctis Glossis, & Zabarella, in verbo *plene*, Ut liceat. pendens. Gui. Papæ, decr. 48. Atque in præscriptionis interruptione per citationem requiri in citatione ait Guido Papæ, decis. 416. num. 2. vt saltem sit citatio cognita, & per eam instructus de causa retis propter quam citatur, aliter simplex citatio non interrumpet præscriptionem: sicq; intelligendas ill. sicut, omnes, cum notissimi, de Præscript. 30. vel 40. ann. sic & intelligendus idem Guido Papæus decis. 488. dum ait nu. 9. simplicem citationem interrumperet usucaptionem odiosam, sic secundum diuersos fines, potest dici pedere lis, & non pedere. Pendere namque potest per oblationem libelli, l.i. C. Ut liceat pendens. Secundò, per appellationem, titu. nihil noua appella. pendens. Tertio, per relationem & consultationem factam superiori. Quartò, per iudicis recusationem. c. secundo requiritis, & c. cum speciali, de Appell. apertissimi, C. de Iudic. Quintò, per restitucionem in integrum, C. vt in integr. restitutio. postula. nihil no. Sextò, per porrectionem libelli factam

INSTITIONES NOVÆ

principi, l.i.& 2. quand.libel.princ.oblat.litis cont.
fāc.Septimō, per impetrationem iudicis,ca.sugge-
stum,de Iudic.c.causam,de Testib.Cardinal.ad Cl.
2. Ut lite penden. Octauō,per commissionem cau-
ſe,vt ibi ait Cardin. quæ etiam vera sunt ad prohibi-
benda nouam iudicis impetrationem , non etiam
ad reputationem attentatorum , in qua requiritur
citatio.Glossa etiam ad §.lis autem,de Pacif.posses.
ad verb. *terminorum* , in Pragm. sanction. expreſſe
notat, antequam beneficiū dicatur litigiosum, tria
requiri,primum quod emanauerit citatio executio-
ni demandata:secundō, quod titulus agentis fuerit
in iudicio competenti parti aduersar exhibitus:ter-
tiō,quod omnes dilationes ordinariæ iuris vel sibi,
quæ dantur ad item contestādam, sint elapsæ ante
finem triennij.

- 4 Interdum tamen beneficium dicetur esse litigio-
sum ratione actoris,& non ratione rei:sufficit enim
quod pertinet ad actorem , citationis decretum,
quamvis non fuerit facta citationis executio , cer-
tus enim amplius certiorari non debuit: c.eum qui
certus,de Regul.iur.in Sext. c.ab excommunicato,
de Rescript.l.i.§.fin. de Actio.empt. P.& sic quoad
illum, beneficium dicitur litigiosum: sicque iudica-
tum in Rota tradit Gomes in compēdio vtriusque
signaturæ. Ea ratione reus conueniēdus, posset be-
neficio cedere sine metu prohibitionis cessionis de
beneficio litigioso : actor non posset , & si faceret,
reuocaretur : quamvis ante terminum articulandi
vel contestationis, renunciaret , Clem.l. §. si vero,
Ut lite penden. in decis. Rotæ 3. & 10. Ut lite pen-
dente , in Nouis. Ægid. Bella-mera , decision. 102.

At in

At in questione regulæ de Pacificis possessoribus, seu triennali possellore, & ad hoc ut quis dicatur vel non dicatur pacificus possessor, intelligitur pacificus si ad executionem citationis, iurisque sui in iudicio exhibitionem ac terminorum omnium observationem processum fuerit. §. Iis autem in hoc casu, de Pacific. possess. in Pragm. sanct. titulus vero de Pacificis possessoribus in §. I. sic statuit: *Statim quod quicunque, dummodo non sit violentus, sed habens coloratum titulum, pacifice & sine lite prælataram, dignitatem, personatum & administrationem vel officium vel quocumque beneficium Ecclesiasticum, trienno proximo hactenus vel pro tempore possederit, seu possidebit in petitorio vel possessorio, à quoquam, etiam ratione iuris nouicer reperti, molestari nequeat, preterquam praetextu hostilitatis, aut alienius legitimi impedimenti, de quo processari, & illud iuxta concilium Viennense inutri debet: quam resolutionem pluribus explicat Rebuffus proprio tractatu de Pacific. possessor. Quare hic non dicitur pacifice possidere, qui habuerit fiduciariam possessionem, quam in Praxi vocamus recredentiam in possessorio, si ei moueatur his in petitorio. Gloss. in §. item quod vniuersitates, ad verbum, possid. bunt, de Collation. in Pragm. sanction. aut si adhuc litiget super possessorio, Glos. in cap. commissa, de Electio. in Sexto. Dicunt & pacificum possessorum ad effectum triennalis possessionis, eum quidem qui contra aliquem litigavit per triennium, qui ab aliis non fuit lite pulsatus, & eorum respectu: nam etsi quod pertinet ad eum qui cum eo litigavit, dici non possit pacificus, tamen quod ad alios pertinet, qui cum eo*

INSTUTIONES NOVÆ

non litigarunt, dicitur pacificus: exemplique seruitum aduersus eos liberas quædes habet. l. loci, §. pen. Si seruitu. vendice. P. nam interruptio ciuiles prodet tantum agenti. l. inter quatuor, de Dueri. & tempora. præscr. P. l. cùm notissimi, de Praescript. trigin vel quadra. anno. C. nisi forsitan in aliis quam beneficiis interruptio fiat ab uno ex corris credendi, quo casu prodebet alteri. l. fin. & ibi Gloss. Baldus & Angelus. C. de Duo. reis. vitium aliquam litigiosi, afficit partem colligantem, non autem tertium, qui nō est in lite, decil. Rotæ 3. Ut lite pen. in Nouis. Glo. in l. creditor, ad verbum, posse, in fine, Manda. P. Felin. ad c. exceptio, versic. quinio fallit, de Excep. Lud. Gomes, ad regulā de trien. possess. q. 41.

5 Generaliter lis incipitur per litis contestationē c. super questionum, §. intentionis, de Offic. delega. nec prius propriè lis dicitur mota, ca. ex parte, 1. de Verbor. signific. neque antè quis petere dicitur, sed magis velle petere. l. hoc amplius, rem rat. haber. P. Sic autem contestatio definitur, ut sit petitio in iudicio proposita. cum sequente responione rei, c. 1. & 2. de Litis contesta. lib. 2. titul. 5. l. 1. C. eod. tit. cap. dudum, in 2. de Elect. contestatio etiam fit per negationem conuenti iudiciale, l. rem non nouam, §. patroni, de Iudic. Authentica offeratur, & ibi Bal. de Litis contest. C.

6 Cùm omnis controvetsia in beneficio de possesso, aut de petitorio sit, utraque mouetur ab eo qui præsupponit sibi esse ius in beneficio, & habere titulum ratione collationis: nam per collationem Canonicam, etiam sine traditione tribuitur ius in beneficio. cap. execrabilis, §. porrò, ibi, Dummodo in

eo ex collatione canonica competans, &c. de Præb.
in Extrauag. Ioan. 22.c. si tibi absenti, de Præbend.
in Sext.ca. quotundam, & ea. accedens, eod. titu.
Quare pro beneficio collato & eius iuribus, agi po-
tent per beneficiatum actione in rem etiam posses-
sione nondum apprehensa. vt notat Glo.ad d. Extr.
execrabilis, §. potrò, ad verba, *Competat ius.* per
Compostellatum ad ca. Cùm Martinus, de Constit.
quod singulate dicitur in beneficiorum iure: nam
in rebus profanis iure cōmuni alter receptum est,
I. Seiuū, C. de Rei vend. l. traditionibus, de Pa&t. fa-
cītq; in his possessionis datio plenū ius, vt in l. quo-
ties, C. de Rei vēd. & diuerso modo ius acquiritur
in beneficiis & in profanis: item diuerso modo pos-
sessio utriusq; acquiritur, vt notat Innocen. ad c. m
literis, super verbo *Prīus*, de Restit.spol. Aliquando
autem possessorio solū, aliquādo petitorio tantum,
aliquando possessorio & petitorio simul agitur. c. l.
2.3. de Causa possell. & proprie. aliquando solo in-
terdicto retinendæ, aliquando recuperandæ. Posses-
sionem beneficij quis tuetur per exceptionē quod
per annum proximum possederit, & quod is qui im-
petraverit per non titulum possessoris, vel alia ex
causa viuentis possessoris, certum modum vacandi
non expresserit, nec nomen, gradum aut nobilita-
tem possessoris, & quot annos illud possederit, iuxta
regulam Cácellariz de annali possessore: aut quod
à die impetrations, infra sex menses ad iudicium
possessorem vacari nō fecerit, vt ait prædicta regu-
la, que & aducit, quomodo impetrans ita beneficium
viuentis, nec seruans regulam condemnandas sit
in quinquaginta florēs anni Camerę Apostolicę,

cum

INSTUTIONES NOVAE

cum damnis & expensis, & quod non ideo dicatur beneficium factū litigiosum Quod si pendente lite possessorij vel petitoriij, cōtra possessorem, interpetitorem & possessorem beneficij sit prolata vna diffinitiua sententia à qua ipse appellat quāuis sententia dicatur nulla, tunc sequestratio fit beneficij, dummodo possessor cōtra quem iudicatum sit, non fuerit triennalis. c. vnic. de Sequestr. poss. in Clem. vide decis. Rotæ 390. incip. *Si feratur sententia diffinitiua, in Nouis.* Et fit sequestratio non fructuū tantum, sed etiam beneficij, inter quæ maximè interest: nam alijs possunt dari fructus beneficij, & alijs potest dari ius & titulus eiusdem beneficij, ca. si tibi concessio, 26. de Præben. in Sext. & ibi Gloss. ad verb. *fructus.* Quare sequestrato beneficio, sequester possessor administrabit & exercebit iura beneficij & beneficiati, c. examinata, 15. de Iudic. & ibi Innoc. notat, sequestrum posse presentare & conferre. Interdicit & sequestratio ne is qui antea possessor, vel alius, extra sequestrum iuribus Ecclesiæ se intromitiat. Ægid. Bellam. conclu. 428. néve seruitium Ecclesiæ faciat, vel ibidem prædicet sine licentia sequestri, & Episcopi Ægid. conclus. 420. 429. alter incidit in pœnā §. i. Cl. vn. de Sequest. posses. Exigit Clem. vni. de Sequest. benef. quod sententia sit prolata contra possessorem pro petitore, antequam fiat sequestratio, si modò ea fuerit prima. Aloquin si pro possessore iam prima sententia fuerit, & postea succubēte possessoire in appellatione alia fuerit sententia lata cōtra possessorem, & ab ea appellauerit, non siet sequestratio, vt scribit Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de Sequest. poss. & Card. ad d. Cle.

Excipit

Excipit vero eadem Clem.vn, de Sequest. trien-⁷
talem possessorem, nempe, quod si quis pacificè &
per triennium possederit beneficium, & posteà de eo
ei lite mota, sequuta fuerit prima sententia definitiva
contra illum, & appelletur, quod non possit pen-
dente lite sequestrari beneficium: hoc firmauit re-
gula Cancell. de Trienalib. posses. facit I.i.C.de Fidei.
Præsumitur ex triennali possessione pro iure posses-
soris, & pro eo indicatur, si habeat titulum vel ve-
rum vel coloratum, si possederit per triennium cō-
tinuum sine lite, & alio modo sit habilis, ut expli-
cant plenè Rebuffus ad tit. de pacificis possessor. &
tract. de Pacificis possessor. Gomes ad regulam de
Trienn. posses. Tradit & præxim Rebuffus ad dictū
titulum: & in exceptione triennalis possessionis; vt
si quis molestetur super beneficio, quod possederit
cum vero vel colorato titulo per triennium com-
pletum, & perfectum, impetraret in Gallia literas à
regia Cancellaria, directas iudici coram quo causa
mouetur, & petat illas comprobari & interinari.
Et tūc pars aduersa petat titulū ab impetrante exhi-
beri, quod & impetrans facere debet, cùm beneficium
sine canonica institutione possideui nequacat, c.i. de
Reg.iur.in Sex. debetq; probare exceptionē super
qua innituntur vel fundātur literas antequam actio
probet suum titulū, per not.ad c.i. de Litis cōtest. in
Sex. Cùm quis post triennalem pacificam posses-
sionem impetraverit has literas de Pacificis, curat per
has fieri inhibitionē parti aduersarię ne illum mole-
stet, & in casu oppositionis fit præsentatio illarū &
approbatio coram iudice. vide latius Reb. in Const.
Regiis, tomo 3. tit. de Causis possessionis benefic.

Agitur

§ Agitur de proprietate Ecclesiarum aliquando inter aliquos beneficiatos, & tunc illa controuersia non respicit titulum beneficiis prouisorum, sed res ad titulum pertinentes, ca. 1. de Dol. & contuma. c.2. Ut lite non contestata, &c. quæ controuersia differt à controuersia de beneficio, in qua mitti non potest actor in possessionem beneficij ob contumaciam possessoris, rei seruandæ causa, cum tamen possit, si agatur de proprietate: ca. vni. & ibi iuncta Glo. ad verbum, *vniuersitatem*, de Eo qui mittit. in poss. rei seruan. caus. in Sex. lib. 2. tit. 7. coſtituitur & ibidem alia differentia iudicij: quod dum agitur de beneficio abſente & contumace possessore etiam lite nō contestata, potest procedi ad iudicium contia abſentem, & ad testium examinationem, in aliis nequaquam c. contingit, de Dol. & contuma. ca. quoniam, §. porro, Ut lite non contest. non proced. ad test. exam. vide Ioan. Andream, & Glo. ad dictum c. vni. ad verba, *eum quis*, de Dol. & contum. Eadem & controuersia proprietatis, adfert controuersiam praecedentem possessionis, vel retinendæ, vel restituendæ, vel transferendæ ratione contumacij, & ex aliis causis, vt in c.1. & 2. de Eo qui mittit. in poss. causa rei serua. vt liquet ex titulis, de In integr. restitutio. lib. 1. tit. 4i. de Causa possessio. & propriet. lib. 2. tit. 12. de Restit. spoliator. lib. 2. tit. 13. cum sim. Agitur & inter beneficiatos de decimis & aliis iuribus Ecclesiarum, & de possessione & proprietate earum, vt c. dilecti, 8. c. suggestum, 9. c. cum continget, 29. de Decim. cum simil. Clem. 1. de Iudic. Quæ tamen controuersia non tam beneficia ipsa quam iura beneficiorum, & res respiciunt; proinde illas

illas relinquemus dispositioni communi controversiarum forenium , & tantummodo admonebimus ea quæ ad lites , super iure beneficiorum , pertinent.

Omnis ferè his beneficij incipit à possessorio in 9 quo & sequitur controvicia de proprietate seu de iure tituli : quia in beneficialibus causis oportet possessionem aliquo colore tituli defendi, cùm sine canonica institutione teneri non possit. cap. beneficium, de Regul. iur. in Sext. docet & c. ad decimas, de Restit. spoliat. in Sex. idque ne vitiosus detur ad beneficia ingressus. cap. vnic. de Eo qui mittitur in possessio. causa iei scruan. in Sext. lib. 2. titul. 7. Agit de sola possessione beneficij titularius qui prouisus est de beneficio vacante ipso iure ; cùm is ex cuius persona vacat , vel facto incumbat nihilominus possessioni , in quam nouis titularius induci non potest nisi eo coram iudice vocato ad relinquendam occupatam detentionem, cap. licet Episcopus, 28. de Præb. & dignitat. possessor. quippe qui ex aliquo titulo licet iniusto possidet, non debet sua possessione priuari sine causæ cognitione : can. volumus, 16. quæst. 4. & sic intelligi debent, ca. in literis, de Restitut. spolia. c. 2. de Causa possessio. & propr. c. cum nostris, de Concess. præb. pro possesso enim presumptio est iusta detentio, donec contrarium appareat. I. fin. de Revendi. C. I. qui accusare, C. de Edend. I. siue possideris. C. de Probatio. cum simil. Causæ cognitione hæc consistit in discussione collationis petentis , num sit canonica , & an detentio possessoris sit iusta. Archidia. ad c. olim, de Rescr. & Ioannes Andreas ad c. cum nostris, super Glos. 2.

de Concell.præben. alioquin si habens canonicum titulum , alio possidente , beneficij nancisceretur propria authoritate possessionē , ius quod haberet, amitteret tanquam intrusus,c.eum qui , de Præben. in Sext. & violentus efficeretur & illegitimus possessor, l.extat , Quod metus caus.l.penult. ad l. Iuliam, de Vi priuata.l.si quis in tantam, C. Vnde vi. atque aduersarius posset vti interdicto restitutionis tanquam spoliatus , per cap. in literis, & tot.tit.de Restitutio. spoliat. & esset ante omnia restituenda naturalis possessio spoliato, cunctaque que ablata essent.cap.1.cap.2.cap. redintegranda & seq.3.qu.i. Et possessio in pari causa tituli dat ius,c.si à sede, de Præbend.in Sex.quòd si violentus possessor spoliator careat titulo , quamvis idē non possit dici intrusus , vt notat Dominicus ad cap. eum qui , in 2. notabili, de Præb.in Sex.attamen,tanquam violentus, nō poterit iuuari possessione illa,vt possit præscribere.l.sequitur,§.quod autem, de Vſuca.P.§.furtiæ, eod.tit.apud Iustin.nisi prius purgatum fuerit vitium violentiæ,§.aliquando, eod. tit.cùm improba possessio priuet omni beneficio iuuis,l.improba, de Acquir.possessio. vt non possit violentus possessor referre quæstionem dominij , etiam si agatur petitorio.l.si quis emptionis, §.sed hæc super,C. de Præscript.30.vel 40.annor.

10 Quæstio de beneficio agitur coram iudice Ecclesiastico iure communij, ca.3.de For.compet.nulla distinctione vel exigua, num agatur de possesso-rio vel de petitorio : tum ratione personarum Ecclesiasticarum contendentium, tum beneficiorum, que sunt fori Ecclesiastici : de ipsis enim Ecclesiæ se im.

se immiscere non debent iudices laici. c.2. de Iudi. c.cum laicis,de Reb.Eccl.non alien.ca. Ecclesia,de Constitut.c.contingit,de Arbit.c.benè quidem,96. distinc.de personis Ecclesiasticis idipsum statutum ne de illis iudicent,c.1.& 2.c.quod clericis,9.c.si diligenti,11.de Foro compe.cap.placuit, c.in olita,xj. quest.i.Nouella , Ut clerici apud proprios Episc.§. statuimus,de Stat. & consuet.in feud. Auth.statuimus,de Sacrosanct.Eccle.C.In Gallia tamen iudex regius,Senarchus seu Bailliuus,cognoscit de causis beneficialibus,si agatur interdicto retinendę,vocant *muntenuere*, vel recuperandę, in causa spoliationis vel turbationis possessionis. Explicat Guido Papaeus, decis.i.vbi &c refert Martini quinti sum.Pontificis rescriptum,quo nominatum hoc Regni Francie priuilegium vel vsus approbatur.Maxime quia quando agitur super possessorio vel quasi, etiam in spiritualibus vel beneficialibus causis , iudex laicus est iudex competens. Ioan. Andreas ad cap. fin.de Iudi.cum possessorium in spiritualibus etiam videatur esse temporale non spiritualę. Archidiac. ad ca.1. de Restitut.spolia,in Sext. Franciscus Zabarella,ad Clem.dispensiosam,de Iudic,Guido Papae.conf.78. incip.*circa processum*, sic in ca.causam,in 2.sic incip. *qui huius sunt legitimi*, sum. Pontifex relinquit iudicium possessorium regi Angliae. Et pro vi turbativa in causis beneficialibus in Gallia intentant casum no uitatis:vt notat Ioan. Faber ad §.retinende, de Interdict. & est textus expressus in c.significauerunt, 21.de Iudic.vbi Florentina potestas,& ita iudex laicus , cognoscit vt iudex de possessione vel quasi possessione eligendi rectorem , inter personas Ecclesiasticas:quauis de proprietate posteā agi coram

Ecclesiastico possit: quo textu praxis Gallicana, etiam si non haberet priuilegium, firmatur; & in aliis regionibus posse id ipsum, ratione possessorij, habere locum probat. Quare & cognoscit Curia parlamētum inter duos presbyteros in possessione retinendae, in causis beneficialibus. Guido Papæ consil. 49. & decif. 85. De possessorio verò adipiscendæ possessionis, non cognoscit quia habet quæstio plus petitionij quam possessorij, Guido Papæ decif. i. num. 3. quemadmodum nec cognoscit principaliter de petitorio, cuius causa non sit communis cum possessorio, iuxta l. naturaliter, §. nihil commune, de Acqui possess. P. Ut plerumque tamen dum agitur de virtutatu in casu ut dicunt nouitatis, seu in interdicto retinendæ, concurret proprietatis quædam consideratio, & inter contendentes de beneficio sunt productiones titulorum: quia hoc interdictū habet causam proprietatis annexam. l. 2. §. quædam, de Interdict. P. interpret. ad Clem. vii. de Causa possess. & propt. & adiudicatur possessio ei cui iustior est titulus. iuxta ea quæ notantur in causa cum venissent, de in integrum restit. c. ex insinuatione, de Proct. facit expresse, l. edicta, de Edicto diuī Adria. tollen. C. l. si duo, Vti possid. P. l. i. C. eo. tit. debentque partes audiui in Curia temporali litigantes super possessorio beneficij, si velint coniungere materiam petitorij ad corroborationem sui possessorij, Guido Papæ decif. 71. ex Speculat. in titu. de Testib. §. nunc videndum. Eò quod in materia interdicti *uti possideret*, is obtinet qui potiora iura probat in petitorio, cap. audita querela, de Restit. spoliat. apud Gregor. cap. ad decimas, cod. de Re litigat. spoliat. in Sexto, notatur ad c. licet, de Probat.

Si tamen quereretur de restitutione spoliati, ¹²
 prius de ea quam de titulo vel proprietate agendū
 esset, in literis, de Restitu. spol. cum simil. ibi not.
 sufficit interdicto recuperandū, ostendere agen-
 tem se fuisse in possessione tempore spoliationis, l. si
 quis ad se fundū, ad leg. Jul. de vi public. C. Austrer.
 15. Cappellae Tholos. decis. Et ordinarij iuris est, vt
 prius de possessione agatur. l. si de vi, de Iudic. §. re-
 tinenda, de Interdict. nihil tamen prohibet de vtro-
 que simul agi, & utrumque iudicium simul termi-
 nari, c. 2. & c. dilectus, de Causa posse, & prop. imo
 in Gallia præuenta cognitio questionis beneficia-
 lis, in possessorio coram iudice regio temporali, im-
 pedit ne agi petitorio super eodem beneficio co-
 ram iudice Ecclesiastico posset, ex Constit. Fran-
 cisci I. publicata anno domini 1539. articulo 48.
 Item & singulare, quod si quis agat de proprietate
 beneficij, cum posset de spoliatione & possessorio
 agere, & perseveret usque ad conclusionem litis,
 non posset ad possessionem redire. c. pastoralis, 5. de
 Causa possessio. & propt.

Iudices proprij beneficiorum, maximè in Gallia, ¹²
 sunt qui habent iurisdictionem regiam in locis be-
 neficij vel Episcopi dicecenses, exceptis maioribus
 causis, neque hac de questione quis tenetur adire
 summū Pontificem, qui etiam si ad eum appelletur,
 debet appellationis decisionem delegare terminā-
 dam iudicibus in partibus datis, vt habetur in titu.
 de Causis. in Pragm. sanct. & in Concord. ad vitan-
 dos sumptus & calumnias litigantū, & vexationes
 temere agentium: & quia probationum testium &
 instrumentorū in partibus & locis litigiosē rei, faci-
 hor & certior est editio. l. 2. ubi de Ratioc. ag. opot.

I N S T I T U T I O N E S N O V A E

C.l.l. Quando Imperator inter pupilos & viduas,
 C.Sicque conformis fit hæc sanctio iuri communi,
 quod statuit , conueniendum esse unumquemque
 in sua prouincia,tota 3. quest. 6. quodque ordo con-
 fundantur, si suæ iurisdictio cuique illibata non ser-
 uatur:ca.peruenit,xj,quest. 1. licet olim & in prima
 instantia, summus Pontifex à quolibet adiri posset,
 vt iudex ordinarius totius orbis.ca.fi, de Fölio com-
 peten. vide copiosè disputatum de hoc articulo , in
 Glos. ad §.i,ad verbum, *finsanit*, de Causis,in Prag-
 mat, sanctio. excipiendæ sunt lites beneficiorum,
 quæ juris seu collationis sunt regalia, quæ alibi
 quam in suprema Curia Parisiorum agitant vel de-
 cidi nequeunt , ex constitutione Ludovicæ xj. edita
 anno dom. 1463. 24. Maij. vide iudicia eius rei apud
 Papam lib. 2. Rhapsodie arresto, titu. 3, arrest. 14.
 Prauentio cognitionis in possessorio coram iudice
 seculari regio , efficit in Gallia & impedit , ne pro
 eodem beneficio de petitorio coram alio iudice
 agi possit, iuxta constitutionem Francisci eius no-
 minis regis, editam anno 1539, art. 48.

13 Disputatur in possessione beneficij; an quis be-
 neficij possessionem vacuam fucit legitime adep-
 tus, an alio possidente, vel vi, vel sine vi. Et formam
 adipiscendi possessionem beneficij quidē præsculpsit
 Henricus Galliae rex anno dom. 1550. die 24. Iulij , vt
 fiat in loco beneficij , vel in atrio Ecclesiæ publica-
 tio prouisionis seu collationis, & insinuatio nis quo-
 rū inter se potest sine armis & vi aliqua, nō propria
 auctoritate. Mittit vero in possessionem beneficij
 collati per sum. Pontifici. delegatus ad eam dandam
 in prouisione. Potest & fieri missio in possessionē
 per presbyterium , vel alium clericum diaceſeos

virtute,

virtute clausulæ quæ apponitur in collationibus,
 & dirigitur vniuersis & singulis personis Ecclesi-
 sticis , ad fines mittendi in possessionem prouisum,
 adhibemus & notarium , vel Apostolicum vel re-
 gnum retinentem instrumentum missionis in pos-
 sessionem,adhibitis testibus,vt Rebussus docet , in
 tractatu beneficiorum, tit.de Missione in posses-
 sionem num.14. 20. & 21. Ordo adipiscendi posses-
 sionem,vt si nemo contradicat : adeatur Ecclesia post
 publicationem collationis , & prouisus in eam in-
 ductus soleat aquam benedictam aspergere , adire
 altare maius , eum suppliciter osculari , adorata sa-
 crosancta Eucharistia ; pulsari & debent campanæ
 ne clandestina sit possessio,debeturque duci ad fontes
 baptismales,si Ecclesia sit Parochialis ; si canonica-
 tus,debet duci & installari in choro & in capitulo.
 Quod si alius de facto possideat nec tunc possit
 adiri Ecclesia,vel ea sit clausa , sufficit post publica-
 tionem,per tactum ianuæ vel pessuli adipisci posses-
 sionem,cum ea intentione,vt reliqua per hanc adi-
 tionem velit possidere. l.z. de Acquiren. possess. P.
 quod si adhuc tutum non sit appropinquare Eccle-
 siam,sufficit per visum pinnaculi Ecclesie nancisci
 possessionem : nam & oculis & affectu potest quis
 possessionem nancisci.l.i.S. penul. de Acqui.posses.
 Hic duo notanda pro controversiis possessionis,
 primum quod in vim tituli lecti seu collationis
 publicatæ fit missio in possessionem:quare quia ti-
 tulus in possessione adesse debet , eadem ratione:
 titulo defendenda.Et qui sine titulo adipiscitur pos-
 sessionem , videtur priuatus ipsa dispositione iuris,
 eo iure quod in beneficio haberet, tanquam intru-
 sus.c.i.de Elect. in Sext.

INSTITUTIONES NOVÆ

Vnde & dubitatum fuit, num cum simplici signatura, possit quis bullis de super non confessus, nancisci possessionem, quibusdam assertibus non posse sine vitio intrusionis, quia non detur delegatus in simplici signatura ad dandam possessionem, & idē propria autoritate videatur ingredi beneficium qui per signaturam prouisus est: vt notat dec̄l. Rotæ 458. in Nouis, facit regula Cancellariæ de non iudicando iuxta formam supplicationis: in quam notant Glossæ, supplicationem ante expeditionem bullarum esse gratiam informem, habitatione clausulatum quæ extenduntur in literis bullarum. Plura adhæc adiicit Ægidius Bellameta consil. 33. quæ & certè sententia obtinuit aliquando de rigore iuris. Alij fuerunt in contraria sententia, & hoc iure utimur, vt possit quis nancisci possessionem in minoribus beneficiis, vi tute signaturæ prouisionalis verificata ex licentia praestita ad petitionem beneficiati, coram cōmissario & Banchariis, qui illarum expeditionibus dant operam: si quidem per verbum fiat, perficitur gratia, & quamvis demus signaturam non habere ante literas expeditas plenam formam, tamen nemo dubitat, sufficere signaturam tanquam coloratum titulum ad possessionem nanciscendam, vt scribit Cassiodor. dec̄l. ultima, de Restitut. spoliator. Resoluit & Gomes ad distam regulam de non iudicando iuxta formam supplicationis. habere locum quando agitur de titulo controvesso in iudicio & authorisabi li. alioquin enim esse gratiam completam, vt non sit opus expectare ad perfectionem, bullas, nisi in signatura & bullis aponantur pro executione iudicis delegati, qui non possunt in causa signaturæ procedere

procedere absque bullis quæ commissionem vel delegationem continent. Rota decis. 458. in Nou. iuxta cap. pastoralis, §. fin. de Rescript. atque ita regula, de non iudicando, iuxta formam supplicationis habet tantum locum, ut Rota explicat, in iudicio petitorio, non in possessorio. Et ea. i. de Electio. in Sext habet locum in Archiepiscopatibus, Episcopatibus, Abbatitis & aliis maioribus dignitatibus, quæ propter pericula & damna quæ inde sequi possent, nec possideri vel teneri possunt sine productione bullarum. Quare in aliis praxis est, ut lite mota qui obtinuit per supplicationē prouisionem, actor vel defensor, seu qui se opposuit, vel possessionem adeptus est, possit producere signaturam pro corroboratione sui tituli. Et si aduersarius eam impugnet, sufficiat ex authoritate iudicis corā quam mota lis, vel eius rescripto seu apunctamento, ut loquuntur pragmatici, parte vocata eam recognosci, à Banchamis vel peritis in cognitione signatarum. Sed & hodie Concilio Tridentino, prouisio beneficij fit in signatura in forma dignum, per quam summus Pontifex, non tam prouidet, quam mandat Episcopo ut prouideat: & idē approbata signatura & verificata censetur per Episcopi collationem, iuxta formam supplicationis quæ pender ex Clem. vni. de Concess. præb. cuius hæc clausula: *Mandamus, si post diligentem examinationem dilectum nostrum P. ad obtinendum beneficium idoneum esse repereris, super quo tuam conscientiam oneramus, eidem autoritate Apostolica & nostra conferas & prouideas, &c.*

Secundum, quod notabile videtur, consistit in ¹⁵ differentia possessionis violenter adeptæ, & propria auctoritate. Nam violentus possessor, & propria

INSTITIONES NOVÆ

auctoritate nactus possessionem, habent similitudinem in eo, quod vterq; habet vitiosum ingressum, si alio possidente & contradicente possessionem nanciscantur. c.eum qui, de Præben.in Sext. Ceterum violentus possessor in eo c.eum qui, iure quo d habet ipso iure per intusationem priuatur : at non propria authoritate adeptus, id est, sine solemnitate, dummodò realem possessorem non spoliauerit, vt ait Felin.tractat.beneficiorum quæstio.15. Quae ex sententia Iasonis ad l. si ex stipulatione , de Acquirēn. possess. P. Si quis adipiscatur propria authoritate possessionem beneficij, quæ à nullo occupatur, non debet puniri ; tutius tamen erit, solemnitatem non omittere, & cum authoritate superioris, vel cum forma iam dicta nancisci possessionem. Pro adeptione autem possessionis ex superioris authoritate & permissione ingrediendi realem possessionem , habetur inuestitura quæ datur ab Episcopo, vel pylei clericalis, vel pennæ, vel alterius symboli , ratione cuius poterit ingredi possessionem realem sine reprehensione : dummodò beneficium ab alio, de facto nō possideatur, vel nisi alius intercedat, seu (vt dicunt) se opponat possessioni adipiscendæ, quo casu supersedēdum erit, & in casu oppositionis vocandi opposentes coram iudice..

16. Possessio beneficij, vt & beneficium, absenti per alium seu acceptantem & procuratorem , dari potest,c.accedens,24.de Præb.c.si tibi absenti, eod.in Sex. quia per alium nobis acquirere possumus possessionem & proprietatem nomine nostro : l.quicquid,de Acquir.possess.l.si procurator,13. de Acqui, posses.l qui mihi donatum,de Donatio.P.cap.quoniam,§.in aliis, Vt lite non contest.cap.si diligenti, de Prescriptio.c.cum venissent, de Restit. spolia.l.

quod meo, 18. §. 1. & l. 1. §. per procuratorem, de Ac-
quit. posses. Dummodò qui adeptus fuerit posses-
sionem per alium, eam ratam habuerit; nam ab eo
tantum tempore ratificationis ei incipit tempus
currere pacificæ possessionis triennalis, non antea
in præiudicium tettij: & sic iudicatum in Rota re-
fert Gomes ad regulā de triennali possessore quæst.
59. die 14. Decembris, 1537. faciunt notata per Glos.
ad c. ratum, & ad c. ratihabitionem, de Reg. iur. in
Sex. & ea quæ cumulat Decius ad l. semper qui non
prohibet, col. fin. de Reg. iur. P.

Considerabimus etiam in quæstionibus benefi- ¹⁷
ciorum collationis & iuris regalizæ, alio modo pos-
sessionem quam in aliis. Cum enim beneficiorum
possessio possit dici vna iuris, alia facti, alia iuris &
facti, consideramus pro possessione iudicanda be-
neficij ut cum titulo quis, id est, iure possideat,
nec sufficit sola possessio de facto usurpata sine ti-
tulo, capit. cum nostris, de Concessione pribend.
Neque etiam sufficit iure solo & ciuitate posside-
re, id est, habere iustum titulum, nisi quis inducatur
in realem & actualē possessionem authoritate eius
qui potest concedere, quia per collationem solam
vel institutionem non trāsfertur possessio, ea. cum
Bertoldus, de Re iudica. in illis verbis, *Iffum insti-
tuim in eadem, in possesionem cum induci faciens corpo-
ralem: Glos. in ea. per tuas, de Donatio. atque in hoc
casu, quamvis prouisio & titulus legitime cōcessus,
impedit ne beneficium iure vacare dicatur, tamen
non ideo minus de facto vacare non adepta posses-
sione dicetur. Et proinde collatio de eo alteri po-
test fieri iure regalizæ, tanquam de beneficio vacan-
te. si tempore regalij, non ingeniatur prouisus ante*

aperturam regaliae, in reali & actuali possessione per ipsum personaliter adepta: sic enim requirunt factum fuisse, cum regaliae collatio aperitur regi. Neque ea impediretur per adoptionem possessionis factam nomine titularij per procuratorem: quia fictitia possessionis adoptione ea habetur, & nulla fictio iuris remoratur vel impedit ius regaliae. Sicq; tractant qui explicat iura regaliorum & iudicia ea de re trita promuntur à Papo, lib.2. Rhapsodie tit.3. arrest.18.& 5.6.7.& 8. disputat & in 3. tomo Notario. lib.3. *du arsict de regale*, & Aegidius Magister in tractatu de eo iure. Vidēda quæ nos diximus de Civili & naturali & mixta possessione, lib.1. Syntag. iuris, cap.13. & de fictitia possessione. lib.20. Syntagm. ca.10.

- 18 In contentione beneficij super possessione adjudicantur vindiciae, seu recredentia, ei qui prima facie videtur habere magis apparentem titulum & magis clarum, per l. si. de Electio domini Adrian. tollit. quamuis, C. eod. notatur & in cap. licet, de Probat. & in istis questionibus habetur ratio iustioris tituli, iuxta notata ad c. cum venissent, de l. integ. restit. & in c. ex insinuatione, de Procurat. & in c. in literis, de Restitut. spoliat. in l. si duo, Vt posside. P. & in l. i. C. eod. titul. cum similib. quæ citat Guido Papetus dec̄s. 83. Et est ista summaria prima cognitio, suspensis probationibus falsitatis obiectæ, vel aliis questionibus quæ longiorem recipiunt indaginem quæ post recredentiam examinantur. Massuet. titul. de possessorio, versic. *item se altera*. Rebuff. in praxi beneficio. titulo de Senteent. executoris, artic. 1. Et quamvis in rebus profanis possessorio pro his agens sit restituendus ante omnia etiam si non docetur de titulo, l. si quis ad sc. fundum, C. ad Leg.

Iulde Vi publ. exceptis quinquaginta casibus traditis per Corsetum in tractatu de Potesta. regia. quaest. 72. tamen in beneficialibus quæstionibus, possessio debet fulciri & sustinere aliquo titulo , ca. ad decimas , de Restitut. spoliat. in Sex. Præposit. in summa 3. quæst i. ne vitiosus detur ingressus contra cap.i. de Eo qui mitti. in possess. in Sext. nisi quis finiet liti pendente spoliatus , sufficit enim tunc probare se fuisse in possessione tempore motæ litis. Auftr. decis. capellæ Tholos. quæst. 15.

Titulus canonitus in beneficiis quo quis ius suum defendit, quod in his habet, est quilibet modus obtinendi beneficia à iure approbatus ; si obtinuerit, vel per collationem puram, vel per renunciationem, aut per permutationem, præsentationem, institutionem, translationem summi Pontificis, de quibus Rebuffus tract de Pacif. possess. num. 53. 54. 55. & 56. Quemadmodum & in aliis titulus possessionis, est causa propter quam quis se dicit iustè possidere , & quæ factum afferentis tuetur ; est ita titulus initium possidendi l. per diuersos, Mandati. P. vt titulus pro Emptore , pro Donato , pro Hærede , &c. in Pandectis & Codice Iustinianeo. Hinc & dicimus titulū bonum, hoc est, causam possidēdi à iure probatam , vt pio emptore, pro donato , &c. Et titulum malum, vt in fure, raptoie, Tytāno, prædone , quando causa iusta possidendi adferri potest vel nō. l. qui interrogatus, iuncta l seq. de Petit. hær. Inde & titulus verus, putatiuus, falsus: verus, quando causa quæ p̄t̄d̄it̄r̄ veiē ināuenit: Putatiuus, dum nō interuenit, sed putatur interuenisse. Falsus, quando suppolitus est , quando verbis singitur vel præsupponitur, & nulla alia præsumptio cum fuisse firmat.

INSTITUTIONES NOVÆ

firmat, secundum Gomes. ad regalam de Triennali possessorie. q. 5. verus, legitimus & canonicus titulus, qui à lege vel ab homine potestatem habente est inuictus, & habet speciale nomen perpetui tituli, ca. i. cum ibi nota. de Capell. monach. in Sext. facit textus in I. legitima & liurisgentium, de Pact. P. Præsumptum verò dicit Gomes titulum, qui non est visibilis, nec palpabilis, nec proueniens ex provisione alicuius ordinarij viuētis, sed ex solo cursu tempotis, ut decem annorum, ut in c. illud, de Præsumptio. Affinis titulus præsumpto est, qui dicitur coloratus, quamvis inter se differant. Nam, inquit Gomes ad dictam regulam de Tren. possess. q. 37. sufficit decennali possessori post probatam suam possessionem, allegare solum titulum quem maluerit, & in iudicio deducere: quia nō cogitur illud probare, quia præsumitur, & propterea præsumptus dicitur. Sed triennali possessori, qui innititur colorato titulo, non sufficit sola allegatio tituli colorati, sed requiritur eius probatio & productio. Et adhuc talis probatio colorati tituli triennalem non iuuat possessoriem, nisi in possessorio tantū, & non in petitorio. Panorm. ad cap. contingit, de Dolo & cont. idē postea probari debet, titulum esse verum & non coloratum: siquidem coloratur ad possessionem tantum pertinet in dubio. Colorari potest titulus, ostendendo eum habitum ab eo qui conferendi habet potestatem vel ostendendo, quod eius authoritate fuit missus in possessionem; Innocent. ad cap. in literis, de Restitution. spolia. sufficit autem illa ostendi sine suspicione falsi extrinseca non rasa, aut suspecta, reiecta quæstione ad indegationem pleni possessorij: iuxta I. fin. de Edict. dñi.

Adrian.

Adian. tollen. Coloratus & dicetur titulus, si is qui cum se dicit habere ostendit aliquid gessisse quod ad munus beneficij pertinet presentibus his qui potestatem habebant conferendi, vel repugnandi, ut si tanquam canonicus adfuit cum aliis canonicijs, & presente Episcopo. Inocent. in cap. bonae, in 2.de Postulat. p. x. Cosmas Guimier ad §. de Pacif. possess. ad verbum, *coloratum*, in Pragm. sanct:one. Post Panormit. Ioannem Calder. ad cap. cum nostris, de Concession. præben. & alios, colligit titulum beneficij dici omnino sine colore, quando possidens beneficium nullum non habet titulum ab eo ad quem collatio vel electio pertinet, vel si habet quidem ab eo qui habuit conferendi vel eligendi ius, quod fuit priuatus ante, potestate per sententiam, vel iure, vel ab homine. Si recipiat contra ius beneficium à laico non habente potestatem conferendi, ea illud, de Iure patro. & ut ea illa. Ne sede vacante. si fiat à capitulo sede vacante: si collatio fiat ab ordinario post inhibitiones conferendi factas ab executore literarum mandati propter decretum appositum, vel ob aliam causam, iuxta ea que traduntur in c. si soli, de Conc. præben. in Sex. c. i. & 2. de Lle. St. in pragm. sanct. & c. 1. de Coll. in eadem Pragm. Si fiat collatio de beneficio reseruato collationi Papæ, per reservationem in corpore iuris clausam iuxta c. statutum, de Præb. in Sexto. si fiat à Vicario generali cui conferendi potestis non fuit data, c. fin. de Offic. Vicar. in Sext. In summa, datus titulus ab eo qui potestatem non habet, non potest colorare possessionem, ut in l. minor autem, §. denique, de Minor. P. l. hoc colore, de Inoffic. testam. l. nec ullam, §. omnibus, de Petit.

hæc d.

INSTITIONES NOVÆ

hæred. P. Contrà si habet ab eo qui potestate præditus erat conferendi , quamquam ampliori probatio ne possit subuerti possessio per incapacitatem vel aliam indignitatem vel causam possessois, interim enim iudex factum superioris tuetur ex presumptione quod bene factum sit, donec postea plenius constare possit de cōtrario:l. i. quod cum falso tuto,&c.c.in præsentia,de Renunc. Liuste possidet, de Reg.iur.P.ca. qui peccat,23. quæst. 4. Sic electus ab iis qui potestatem habent eligendi,& confirmatus,licet forsan aliás electio possit declarari inualida, ramen coloratum dat proculdubio titulum possessori : nisi forsan apertè constaret de inualiditate electionis.Calder.ad dic.c. cum nostris , de Concess. præb.facit etiam confirmatio electi colorem , quia secunda contra eam facta non valeat , nisi prima cassata,ca.inter dilectos, de Excess. præl. Tiadit regula de Triennali possessori. quod si quis fit triennalis possessor sine simoniaco ingressu, ex collatione vel electione eorum qui conserre vel eligere possunt, dummodo non sint intrusi , non possint super possessione beneficij molestari: attamen titulum requiri coloratum , qui tamen coloratus censetur exhibitus, nisi qui dicit non coloratum, doceat non esse: eius enim censetur onus probandi qui agit, non possessoris triennalis qui non cogit titulum suæ possessionis ostendere , l. cogi, C. de Petit. hæred. expressè Panorm.ad dic.c. cum nostris, de Concess. præb. Archidiac.ad c.contra morem, centesima dist. Gomes ad regul.de Triennal.possess. quæst. 43. facit 2.q.5.in princi.nisi forsan ius resisteret possessioni, putà quia professor duo habet beneficia; quia tunc ipse cogendas esset docere de dispensatione,ca.i.de

Præscript.

Præscript.in Sext. Teneretur etiam ex iudicis sententia, si cum ita quedam moueant ad iudicandum, possessor fidem facere, propter officiū iudicis quod in questionibus bonæ fidei exuberat, cap. cùm dilecti, de Elec^t.c.ex frequentibus, de Institut.cap.relatum, de Iure patr. expressius in d.cap.i. de Præscr. in Sext. Notat singulariter Gloss.ad §.i.ad verbum, coloratum, cīcā finem in Pragm. sanct. titulum coloratum, qui requiritur in sustinenda possessione triennalis possessoris, à tempore initij possessionis requiri: quod & regula Cancell. de Triennali, statuit, dum non sustinet violentum aut intrusum. Alioquin, inquit, si ab initio incoloratus fuerit titulus, & cum eo quis ex trienio per biennium vel alio tempore possederit, & superuenierit titulus coloratus, tempus est computandum à superueniente tantum colorato; in quo tamen noua adeptio possessionis non requiratur, nisi titulus superueniens esset collationis iuris regalis: oportet enim invim eiusdem, nouam beneficij adipisci possessionem, ut notant legalistæ: quamuis id in iure non probetur, ex quo superueniente nouo bono titulo, ei qui ante erat incoloratus, nō requiritur noua possessio. l.certæ, §.penult.de Preca. P.ca.penult.de Supplen. neglig.prælat.c.ex parte, de Concessi.præb. cap. postulati, de Cleric. excommunic.minist. Cur autem exceptus fuit titulus priueniens ex iure regalis, vel collationis eius, potest recipere rationem; quodd qui habet collationem à iegre, non possit se iuvare alia collatione etiamsi à Papa emanauerit, & ita Rebuffus tractat.de Pacific. possesi.num.264. iudicatum fuisse ait in Senatu Parisiensi, 1338. die 3.Julij inter Magistrum Robertum Gay, & Robertum eccl

Macheo

INSTITIONES NOVAE

Machcolo ratione præbendæ Rotomagensis, quod non probat Rebuffus, verum ego probo quodd beneficiæ quæ iuris collationis regaliæ sint, à nemine alio quam à principe possint cōferrri, ut statuit Ludouic. xj. ann. 1463. 24. Maij, & proinde non est mirum si reliquantur alijs tituli tanquam inutiles, dum conueniunt litigantes iuris esse regaliæ collationē arg. I. fin. C. de Donat. superflua enim expungenda sunt, l. i. Quod metus causa, P, ne litis scies, titulorum onere superfluo inuoluatur. Attamen Papus in Rhapsodia arrestorum libr. 2. tit. 3, Arresto 9. videtur in contrariam sententiam citare dictum arrestum Gay, qui addit aliud pronunciatum in eadem Curia latum, anno 1367. inter Procur. regium & Ægid. de Maletauerne ex vna parte, prout sum iure regaliæ de thesauraria Rothom. & Bertrand. de la Mothe, ex quibus ait Regalistam audiendum esse & admittendum allegatam pro se titulum seu collationem regaliæ, & collationem simul S. Pont. & posse se vitroq; titulo defendere, quia quamvis diuersa media sunt collationis regaliæ & S. Pōt. tamen concurrant ad unum finem obtainendi beneficium contentiosum subordinatè, virtute alterutrius collationis. Pugnant certè istæ allegationes cum Reb. & necessariū est alterū illorū deceptū fuisse in arresto d. Gay, & si verū sit quodd ait Papus, iam violatur constitutio Lud. xj. quæ prohibet collationē ab alio quā rege fieri beneficij q̄ incidit in ius regiæ collat.

Singulare est in lite super beneficio Ecclesiastico obtinendo, cùm cōtra possessore instituta est, ne ob partis aduersæ seu aduersarij contumaciā mittēdus sit qui cum eo litigat in possessionē beneficij, vt rei seruandæ causam per hoc ad possessionē ingressus patere

patere valeat vitiosus.c.vn.dē eo qui mittit.in pos-
seſſe rei serua.caſa.in Sex.lib.2.tit.7. Non enim per
poſſeſſionē potest dari titulus & ius, ſed per canoni-
cam iſtitutionem, ca.1.de Reg.iur.in Sex. c.ex fre-
quentibus, de Inst.c.legum, 2.q.1.Nec ſola albi p̄ſ-
criptio, decurionē facit eū qui ſecūdū lēgē creatuſ⁴
non ſit, vt rɛſpondit Modest. Iurifc.in l.Herennius,
10.de Decur.lib.50. P.tit.4. conſideramus namq; in
controuerſia concurrentiū ab benefiциū percipiend-
u, non proprietatē Ecclesiæ ſed titulum.Si enim
ageretur de proprieſtate & reali actione, tūc poſſet
habere locū miſſio in poſſeſſionē:caſa rei ſeruādæ
contra contumacē, līte etiā non confeſtata.c.3.&
c. quoniam frequēter, §.§.in aliis, Vt līte non cōteſt.
lib.2.tit.6.cap.1.de Eo qui mittit.in poſſeſſ.caſa rei
ſer.eod.lib.2.ca.15.dilecto, de Verb. ſign.cum ſimil.
poſſet & in aliis līte confeſtata adiudicari poſſeſſio
actori reo contumace abſente, ſalua abſenti prop-
rietatis actione, c.prout nobis, §. de Dolo & cont.

Remedium porro contra contumacē etiam līte ²³
non cōteſtata eſt in quæſtione benefiциj, vt liceat in
hoc caſu contumacis abſentiā diuina replente p̄ſ-
ſentia, diligēter examinato negotio iſum fine dē-
bito terminare. d.c.vnico, de Eo qui mittit.in poſſ.
in Sex. videlicet, vt adiudicetur benefiциū p̄ſſenti,
ſi conſtet ex hiſ que probauerit ius potius habere
poſſeſſore contumacē:ſi autem pro contumace ab-
ſente ius ſit, etiā non obſtāte abſentia ei ius conſer-
uetur,l.properadum, §.cūm autem, C.de Iudi. facit
c.fi.de Arbit.in' Sex. Neque enim ſola abſentia liti-
gantis, debet eſſe caſa tituli probi eius qui nullū
vel improbum habet,cūm & abſens, quod pertinet
ad ſuum ius, de quo cōſtat iudici, pro p̄ſſente ha-

INSTITIONES NOVAE

beatur, d. §. cùm autem, l. properadum, C. de Iudi. §.
si verò neq; ipse, Ut omnes obediant iudic. prouin.
Nouella 69. c. 3. Neque etiam quia non constat ab-
sentem ius habere, idè debet adiudicari res aucto-
nisi & de suo iure doceat. l. f. C. de Rei vind.

32. Quocirca, quando in contiouersia beneficij vel
præsentibus litigantibus, vel absentibus ex produc-
tione titulorum super beneficij possessione, non
plene liquet de alterutrius titulo, quo possit susti-
neri possessio peccata, debent iudices sequestrare be-
neficium vel fructus beneficij, possunt enim & se-
paratim fructus, vel fructus & beneficiū ipsum se-
questrari. Cle. vnic. & ibi Gl. ad verb. *beneſtium*, de
Sequest. posſeſſ. & fruct. Si condénatus etiam fuerit
possessor qui nō possederit per trienniū relinquente
possessionem, quā non obtinuerat per recrédiū
ex sententia prius, appellaueit, poterit sequestrari
beneficium non obitanter appellatione, d. Cl. vn. de
Sequest. posſe. maximē si dissipentur ab eo fructus,
c. pen. & f. de Sequest. posſeſſ. lib. 2. tit. 17. l. Impera-
tores, de Appell. P. l. ab executore. Quorum appell.
nō recip. quia si confirmetur sententia priuationis
possessionis, debet restituere fructus cum re perce-
ptos post litem contestatā. l. certum, C. de Reivend.
Interdum & est suspicio ob malitiam condemnati,
ne ipse patiatur consumi fructus, cùm non habeat
vnde possit satisficerendè & sequestratio fit. vt in
l. si fideiſſor, §. i. Qui ſatisfid. cogan. ſic, etſi colonus
teus velit poſſeſſiones conductas deferere, fit ſe-
questratio. l. fin. de Agricol. & censit. lib. xj. C. adi-
mitur ita dotalī res & ſequeſtratur à marito ver-
gente ad inopiam, vt ſalpi ſint uxori pro oneribus
matrimonij fructus. l. si cùm dotem. ſ. fin autem in
ſeuſſi

seuissimo, Solut. mart. P. Item sequestratio sit interum pendente appellatione, quia ea pendente qui contra possessorē obtinuit vindicias vel tecredentiam non potest petere ratione l. i. de Appellat. P. Ea ratione, in l. Senatusconsulto, 16. §. fin. de Offic. præsid. P. statutum, ut præsidū vel rectori prouincię, res ablata, lite cōtestata deponatur: quia vltro pendente administratione agere nequit. Potest etiam suaderi iudici statuere sequestrationē, si periculum sit ne ad anima litigantes perueniat pro perceptione fructuum. congruit enim bono iudici præcauere ne prouincia violentus & armis infesteretur, in l. cōgruit, de Offic. præsid. P. facit & l. si usufructus legatus, 14. §. fin. iuncta l. et quassimum, seq. de Usufruct. lib. 7. P. tit. 1. citatu etiam pro hac causa sequestrationis, l. si oleum, 10. de Dol. P. lib. 4. tit. 3. Sed melius sequestrationem fieri cum timetur de violentia, de qua non potest sufficienter caueri, doceri potest ex c. literas, in fine, de Restitut. spoliato. Hic erit etiam singulare, vt nō possit impediri sequestratio ex predictis causis, si propter dubium maxime tituli validi priueur quis possessione, p̄textu oblate satisfaktionis ex parte eius cui admittitur possessio: quia idonee caueri pro non titulo & vitorio ingressu non potest. Ideò fit sequestratio iuxta l. si fideiussor. §. f. Qui fatus d. cogan. P. cum etiam non cesseret per fiduciusionem vel cautionem scandalum ex possessione litigantium, non potest per fiduciusionem curari sequestratio, nec cōstituta reuocari. c. literas, ad finem, iuncto c. transmissa, de Restit. spolia. Quamquam in aliis regulare remedium satisfaktionis contra sequestrationem, fuerit inductum c. 2. de Sequest. posselli. & expiatio in l. fin. de Ordine cognit. lib. 8. C. ut. 19.

I N S T I T U T I O N E S N O V A E

Quemadmodum & alioquin regulare est, h[ab]e pen-
dete nemine remoueri de possessione, nec possessori
eam adiuvi ut sequestretur.ca,volumus,16. q. 4.cap.
nonne,8.q.4. c.i. de Sequest. poss.l. viii. de Prohib.
sequest , pecu.l.2. C.de probat.toto tit. Ut h[ab]e pen-
dente nihil innouetur.lib.2.tit.16.semper enim pro-
possessore presumitur de iure possessionis:& actore
non probante, reus absoluitur : c. fin. d[icit] Rei vindic.
l qui accusare,C.de Eden.d.l.2.C.de Prob.

23 Fauorabiles sunt istae sequestrationes beneficio-
rum , nempe in fauore Ecclesie, ne praetextu tituli,
qui non est non verus pastor iurepat,n[on]e ve lis mai-
orem ambitu accipiat : cumq; turpius eiiciatur quam
no admittatur hospes.Interim enim datur sequester
qui & temporalia & spiritualia sedulò curare possit;
qui maximè exigitur (si beneficio detur) vt sit per-
sona Ecclesiastica.c. 2.de AEtat.& qualit. ordin. lib.
1.tit. 14. iura enim beneficij & beneficiati exercebit
sequester qui possidet, GLad Clem. Vnic. in verbo,
beneficium,de Sequest.possess.& ad c.examinata , d[icit] Iudi.etsi forsan recipientur fructuum sequester lai-
cus . si separati possint à sequestrio quod debetur ra-
tione beneficij,non aliter:quare controuelsia mota
pro officio Ecclesiastico claustral[i], committitur pro
officio diuino monasterij religiosus vel monachus
pro perceptione rerum temporalium laicus:quod si
utrumq; est inseparabile mensæ conuentuali adian-
ctum & servitio diuino,cōmittitur religioso, qui ex
authoritate sui prioris vel Abbatis , subit onus red-
dendarū rationū perceptorū, vt cautū arresto Senatus
Parisien[s]is in Prioratu longi pontis,29.Ianuarij,1534.

24 Quod si quis sequestrum decretū beneficij im-
pedierit,vel fructus sequestratos quoquo modo pre-
sumperit

sumperit occupare, excommunicationis incurrit sententia ipso facto, à qua nullatenus absoluēdus, nisi impedimento prius amoto, & restitutis prius occupatis per illum fructibus: nibilominus si de litigatiis fuerit, hoc ipso à iure cadit, si quod in huiusmodi beneficio, vel ad ipsum forsitan competit, quamquam appellauerit à sequestratione, & contra eam opposuerit nullitatis sententiam. d. Cl. vni: §. f.
 de Seq. possess. atque si nullum sit sequestrū, tamen violans illud, ipso iure priuatur iure suo: vt decisum in decis. 2. Rotæ incip. *virum pœna constitutoris*, de Seq. poss. in Antiq. collectis per Ber. de Bisigneto: Idque propter autoritatem iudicis, cu. us sententia statuta possellio sequestro, quam idem iudex tuetur et si nullā, donec de nullitate liqueat, l. j. Ne vis fiat ei qui in possel. missus erit. lib. 43. P. tit. 4. committit & in legem Iuliam, de Vī, qui propria autoritate rem suam ab alio invito possellere capi: l. extat, Quod met. cauf. P. l. penult. ad leg. Jul. de Vī priua. l. vnic. C. de Suffragan. & ius quod habet meretur amittere, per dictas leges, & in c. eum qui, de Prvb. in Sexto. Quod sancte introductum est, ne eo pretextu, quod male iudicatum esset, vel quod rem suā quis diceret, vis committatur, & iure publica & priuata subuertantur, cum alioquin interficit propter autoritatē rerum iudicatarū, etiam male iudicata, donec de iniuitate iudicij liqueat, sortiri effectum l. si prætor, de Iud. P. l. si. Nequid in loco publico. P. Idcirco postquam quis violauit sequestrū, beneficiū ex sua causa facit vacare, & aduersarius etiā ex eius causa nouiter poterit beneficiū impetrare, vt decisū in Rota 16. Nouembus 1539. ut ictet Gorres ad regulam, de Annali possell. quest. 3.

INSTITIONES NOVÆ

- 25 Ordinariū remedium rescissionis vel reuocationis sequestri datur aditio eiusdem iudicis , vel appellatio coram eodē iudice , potest quis tituli sui de quo dubitatur ante sequestrationem , veritatē & validitatē ostendere , & ita recreditiam obtinere , quēadmodū & recreditiam alteri datam in se transferre , & ratione vberioris probationis plerumq; possessoriū obtinere . Observādū tamen , vt si quādō beneficium fuerit sequestratū , & post sequestratiōnem actū fuerit de momētanea possessione , & in ea vnius ex litigātibus obtinuerit seu recreditia fuerit à iudice consequurus , débet cauere de restitutiōne fructuū , si quādō dictū erit postea restitutiōni locū forte . Si tamen obtinuerit recreditiam nullo antea constituto sequestro non tenetur cauere : nisi vel iudex ita statuat in dubio , vel si prouocatum fuerit à recreditia : sic iudicatū in Sen. Parisi. 10. Febr. 1510 . ut scribit Papus li. 8. Rhaps. Arest. ti. xj. arest. 17. & 13.
- 26 Cōstituant Pragmatici differētiā inter recreditiā beneficij , & amotionē manus regiæ , *nircreactiō* & *main leue* : quod recreditia non concedatur nisi existentib; duobus vel tribus collitigantibus , & utrinque ab illis productis titulis aut post p̄ceptōrias dilationes clapsas ad producēdum . Sed amotio manus , *Main leue* , datūs vno ex litigātibus tantum requirētē , & viso eius titulo , nullo aduersario existente : quia nec amotio manus executioni demandari potest nō obstante appellatione , nō minus quam nec recreditia quē alicui erit concessā non auditis utrinque collitigātibus , veluti ob contumaciam aduersarij , aut p̄cipiti iudicio adiudicata , & sic iudicatum in Senatu Parisiensi , 1536 . Papus vbi supr̄ aresto 2. Amotio manus superioris est , quando beneficium

neficiū erat sequestratum & ita sub manu seu potestate iudicis vel principis regebatur.

Sæpe mortuo altero ex litigatis, superstes qui¹⁷ ius suum persequitur curat celeriter productis suis titulis, sibi plenū adiudicari possessorū; & manum leuati potioē ut ipse capiat, siquidē ex Cl. i. Ut lite pend. nihil innouetur. lib. 2. tit. 5. mortuo vel renunciantे uno cum altero his cœpta decidēda est, antequam alteri possit conferri per obitum collitigatis, de cuius iure pendēte lite adhuc dubiū est num ad illum pertinuerit; per quā prohibitionē conferendi antequā lis fuerit decisa cū superstite, subrogationes in locū iuris & litis defunctorū sunt prohibitae nempe, quia prohibita est impetratio beneficij litigiosi per mortē vel renunciationem alterutruis litigantis, & id ipsum statutum in c. i. Ut lite pend. nihil inno. in Sex. l. 2. tit. 8. vt & secūda electio prima non cassata, nō valet. c. cōsiderauimus, de Elect. maximē quando de i. litigatur. Ratio adfertur in c. 2. Ut lite pen. in Sex. ne cedētibus vel decedētibus litigatis propter nouos aduersarios qui interdum malitiosè petitoribus subrogātur, litiga in Ecclesiāū dispensandum protogari contingat, eò pertinet tit. de Alien. iud. mut. caus. fact. Sanè tamen, inquit d. c. 2. in §. fin. Ut lit. pen. in Sext. si ad defensionem ipsius litis, aliqui, scilicet non subrogati, petierint se admitti, eos in ipso statu in quo ipsa inuenient possunt admitti. Sunt tamē certi casus in quib. permisla subrogatio in locū litigantiū, que dum spectatur solēt integrum litigantes manus amotionē petere: statim enim post mortē possessoris per recrēdētiāvel alio modo, aduersarius collitigās porrigit iudici coram quo lis mota est, libellū seu supplicationē, ad obtinendam

INSTITIONES NOVAE

manus leuationem (vt dicūt:) potest tamē impediri, si tertius adhuc sit collitigans, quo casu vterq; pro-
ducit suū titulū , & solet Curia celeriter productis
& vīsis titulis ei adiudicare, qui habet apparentiore
titulum , vt ait Rebuff. titulo de Subrogat. num. 39.
Subrogationes impetrātur vel à collitigantibus su-
perstitibus, vel ab aliis post mortem, cessionem vel
vacationem inductā ipso iure & factō, vt per mati-
monium, per simoniam, vel alio modo. Regula Can-
cellaria de Subrogādis collitigantibus permittit certo
modo, non abolutè hāc subrogationem ; & statuit
neminē ex collitigātibus posse subrogari in bene-
ficio, vel ad ius collitigātis, vacans per eius obitum,
contractū matrimonij ingressum religionis, vel aliū
casum, nisi prius auditori causæ, de collatione sibi
facta , vel alio colorato titulo docuerit , aut saltem
iurauerit causam ipsam nō malitiosè nec fraudulen-
ter, sed purè & bona conscientia inchoasse: ipsiq; etiā
auditor hoc ipsum ex verisimilibus coniecturis ita
visum fuerit. Quo casu ad prædictā subrogationem
procedat: illa fuit antiqua regula Ioannis 23. summi
Pontif. cui posteā addidit quodd subrogatus in ius
collitigātis præferatur Alteri non collitigāti habenti
prouisionem sub eadem data; idipsumque voluit
seruari in gratia, si neutr. Antiquā innouauit Mar-
tinus V.& anno Pontificatus sui 3. Calend. Nouem-
bris aliam edidit, per quā statuit subrogationes, vel
gratiam, si neutr. ad beneficia, vel ad ius collitigātis
non valere; si apparuerit ipsos impetrātes cum pura
& noua supplicatione possessore ipsum in causam
traxisse, facitque eas irritas & inanes, tanquam do-
losè obtentas ; & declarat nullius roboris & mo-
menti. Requirit regula, vt collitigans qui obtinuit
ius

ius per renunciationem, vel alter, faciat se subrogari
 intra mensim, ad effectum ut praefatur aliis non
 collitigantibus, impetratis beneficium per mor-
 tem, vel cessionem, vel alio modo collitigantis,
 quem computat à die præstiti consensu resignatio-
 ni, vel mortis, vel vacationis, ut explicat ad illā re-
 gulam Gomes qu. i. 10. & 17. Exigit insuper regula
 Cancell. ut collitigans, qui petit se subrogari, non
 fuerit intrusus, quod explicat Gomes in eam regu.
 q. 4. Alius interdum quam collitigas impetrat sub-
 rogationem in locum collitigantis, non iuxta juris
 communis dispositionem, quia illa id prohibet, c. 1.
 & 2. Ut lite pend. in Sext. sed ex dispensatione, facta
 mentione in impetracione dispensacionis, & deroga-
 tione adhibita regulæ de subrogandis Collitiga-
 toribus, que illis solis permittit subrogationem, ad-
 hibita clausula, dummodo non fias cesso, in potentiorem,
 videlicet ne cogatur collitigans, vi & metu poten-
 tioris subrogati cedere liti, & beneficio: ut tradit
 Gomes ad d. reg. Cancell. q. 1. In quo casu dicetur po-
 tentior cessionarius, quando is est superior, vel ha-
 bens iurisdictionem in superstitem collitigantem:
 vt notat Innoc. & Host. in c. 2. de Alié. iud. mut. caus.
 fact. vidēdus Iason & ad l. i. Ne liceat potent. &c. C.
 illud tamē prætereundū non est, quod licet iure co-
 muni uno ex collitigatis moriente superstite li-
 tem prosequēre, alteri non possit eius beneficij fieri
 collatio, cesso tamen facta per tertium lite pendente
 alicui ex litigatis bene valet, vt ius iuri additum,
 vt decidit Rota decis. 176. incip. commissio, in Nouis.
 In Gallia hodiè non seruatur etiam prohibitio, Cl.
 vn. Ut lite pen. & c. 2. cod. tit. in Sex. quibus mortuo
 vel cedēte altero ex litigatis, collatio beneficij

INSTITIONES NOVÆ

quandiu cū superstite lis nō est decisa an ei ius com-
petat sine dispensatione S. Pontif. non conceditur.
Nam ordinarius hodiè vel alius collator mortuo
collitigante cōfert; & is cui dē nouo collatio facta
est, impetrat literas à Cancellaria regia vel à rege,
vt subrogetur in ius & instantiam defuncti vel ce-
dēntis, illiq; idipsum conceditur ex æquitate, vt ait.
Rufæus in tract. Iuris regalio. §. priuilegio. Recu. ad
§. declarantes, ad verb. *successores*, de Mand. Apost.
in Conc. vbi & plura digna obseruatione notat de
subrogatione, potissimū dū ait: quod si tertius aliis
quam litigantes, prætendat ius in beneficio, quod
possit impetrare easdē literas à Cancellaria, & petere
se iūgi litii vel processui, admittiq; intta annū exem-
plio eius qui vult subrogari, ea tamen lege, vt non
possit de nouo lité inchoare: sed teneatur uti statu
causæ & processus in quo erit tempore coniunctionis
lis mota cū superstite, pro quo est textus in ca. fi. Ut
lite pen. & deci. Rotæ 3. nota quod *successor*, in Antiq.
Quæ pertinere possunt ad impetrates rescripta cum
clausulis si neutr. vel, si nulli. quæ habet prouisionem
conditionalē si ad neutrū vel nullū ex litigantibus
pertineat. de quib. rescr. nos diximus in tract. Resc.

Subrogatio hæc & coniunctio litis petenda est
intra annū computandū à die collationis sibi factæ;
nam postea non admitteretur petitio in possessionij
actione: cū interdicta quæ de possessione sunt, sint
annualia. l. i. de Inter. P. propter iurisdictionē prætoris
à qua processerūt, quæ annualis erat primū. Et notat
Reb. ad d. §. declarates, & ad verb. *successores*, quod
nec possit relevati morosus per literas à lapsu anni,
vel biennij allegādo causas proptes quas nō potuit
petere, eo q; possejso sit momētanea, c. i. de Causa
posl.

poss. &c prop. l. vn. si de Momēt. poss. &c. C. & restitutio nō detur pro re medica, l. scio, de In integ. restitut. P. quare qui petit subrogari, debet exhibere titulum, vt sciatur num veniat intra annū incisus qui nullum ius habet temerē alium vexet petendo subrogari, Glo. Gemin. & Doctores ad ca. 2. vt lite pen. in Sexto. Quod tamen intelligendum puto si quis velit se subrogari in locum eius qui possidebat; niempe in ius & possessionem, tunc enim causa annualis est, quod si non possidebat is in cuius locum subrogatio petitur, post annum subrogatio peti potest: sicque pronunciatum in Senatu Parisiensi fuit, anno Domini 1543. xj. Ianuarij. Hinc fit etiam, vt si controvērsia sit de beneficij iure, cuius collatio facta fuerit referuatis collatori vel aliis fructibus, non inspiciamus annum subrogationi necessarium cū propriè deductis fructibus collatio facta, non faciat vere beneficij possessorem, ca. si propter de Rescr. in Sext. c. si tibi concessio, de Præb. in Sext. Si etiam is qui petit subrogationē in locū sui colligantis, possedisset ante subrogationē, nihil efficiet si intra annum nō petat subrogationem vel post, cd quod iam sit nactus possessionē ratione cuius consideratur annus. Arg. l. vnicæ. de Alien. iud. mut. caus. fact. C. Possent etiam excusare dilationē ultra annū iusta impedimenta, quæ & excusant: quominus quis non fuerit nactus possessionem beneficij in c. commissa, de Elect. in Sex. quando enim non datur experīdi potestas, nō currit annus utilis l. i. Vt possit Pan. l. annus, 6. de Calumnia. lib. 3. P. tit. 5. Proinde multò magis excusabitur si impetravit quidē literas subrogatiōis faciēdāe, causa intra annū, sed nō potuit eas executioni demandare illo anno, causa iusta impidente,

pendiente, & ita iudicatum in Senatu Parisensi ex templo sedente magna camera, xj. Augusti. 1541.

- 29** * Post cōtrouersias possessionis momētanæ, & expedito interdicto retinendæ vel recuperandæ, peruenitur ad plenam probationem titulorum; & agitur de his quæ vitiare possunt titulū, de intrusione, incapacitate, falsitate, & aliis quibus nullus vel inutilis redditur titulus, proceduntque iudices ad plenum possessorium definiendū, obseruatis brevioribus, dilatioribus, & quantum veritatis *indagatio* petitur summarie & de plano sine strepitu & figura iudicij procedendo, iuxta formulam Clementinæ dispendiosam, de Iudiciis & iuxta præscripta à Pragmatica sanct. & Concordatis Gallicanis & Pontificalibus in Titu. de causis, obseruatis regū & principum constitutionibus, quæ de possessionis liibus editæ sunt. Explicat autem Clem. sæpè, de Verbo, signif. quid velint sibi illa verba, *sine strepitu & figura iudicij*, quidq; *summarie & de plano* procedere. Sententia sequitur postea, per quam vel possessio conseruatur ei qui iam fiduciariam obtinuit, seu qui habuit recreditiam, condemnato aduersario ad sumptus litis: vel admittitur ei cui momentanea concessa erat, cognitione postea sequuta exactori de meliori aduersarij iure. Recreditia enim non dat plenum ius, sed conditionalē causam possidēdi, ea lege, vt si dictū fuerit sententia, restitutio facienda fiat: nec facit idē pacificum possessore contra collitigatē, nec impedit petitorū. notat Rebuff. trac. de Pac. poss. nu. 166. facit l. vn. si de Momētanca poss. fuerit app. lib. 7. C. tit. 69. Attamen quāvis possessio recreditia trienalīs, post recreditiā nō possit obici collitigati agēti post recreditiā de pleno possessorio vel petitorio: tamē cōtra aliū nō collitigatē

qui post triennalē possessionē à recredētia mouere
vult ei quæstionem de beneficio, potest vti præscri-
ptione possessionis trienalis, tāquā pacificus possel-
lor: quia contra alios quām collitigantē i. pacificus
dicitur, arg.l.loci, §. pen.si Seru. vend. P.facit l.Ful-
cinius, §. sed illud, Ex quib. caus. in poss.eat. P.Et lis
duorū primi & secundi nō facit rē litigiosam cōtra
tertium l.i.§.i.de Litig.sicque praxim esse seruatam
contra Gomes.concludit Reb. tract. de Pacif. poss.
nu.167.cui ego accedo iustis rationib.prīmū vt lites
beneficiorū sōpiantur,c.finē litibus,de Dolo & cōt.
Si enim in aliis negotiis expedit citō lites circūcidi
multō magis propter periculū animarum ignorato
pastore in beneficiis,Clem. dispendiosam , de Iudi.
Dehinc & placuit per non prosecutionē instātię in
aliis in quibus tantū periculū non est triēnio induci
etemodiciū, seu p̄eemptionē litis, l. properandum,
C.de Iud, quare & aliquando placuit Sen. Parisiēsi,
1510.17.Maij, etiā triennalē possessorē post recteden-
tiā posse vti hac præscriptione contra collitigātē,
si post illam sentētiā nihil in iudicio prosequutus
fuerit, idq; in causa M. Tillon appellantis à Sena-
cho Andegauensi:& iterū anno eodem 13. Aug.pro-
nunciatiū pro M.Bernardo Collard , contra Bernar-
dū Roquart. Et idēt̄ hodie in Gallia procul dubio
hēc resolutiō recepta est , vt & qui obtinuit recte-
dentiā beneficij cum cura seu sacerdotalis , & in ea
fuit pacificē per triēniū , teneatur statim post trien-
nium promoueri ad ordinē requisitū beneficio, alio-
quin priuatur beneficio per nō promotionem : quia
pacificus est,iuxta c.cōmissa,de Ele.in Sex,& c.hcēt
canon,iuncta Gle. ti.ita & trādit decisum Boerius
decis,171.inci. super prab. Rebus,in praxi Benefic. &
c.de

INSTITIONES NOVAE

e. de Non promouendo. Multo magis hęc vera & firmiora erunt, si quis non tantum post rectitudinem, sed postquam obtinuit super pleno possessorio, possedit pacificè sine lite per triennium beneficiū, sicut enim & in iure Pont. receptū est, valere sententiam contra ius litigatoris latam, si intra tēpus à iure definitum, non fuerat remedium iuris vel appellationis vius, in e. cūm inter vos, 13. de Sēt. & re iud. Et hic est casus, in quo propter reg. Ćācell. de Triennali possesso. quę ius facit, sententia in beneficis transit in rem indicatam, & in quo nū erit sequenda regula generalis contraria e. cū olim Magalonensis, Episc. 12. xod. tit. de Sent. & re iud. In his enim que singulare iure recepta sunt non possumus sequi rationem iuris cōis. I. in his, 15. de Leg. P. estq; modus certissimus finiēdæ litis per sententiā: Rota dec. 10. *Vi. lite pend. in nouis, alias 4. ut. incip.* *Liē si lite pendēre.* maximē si ab ea non sit appellatum. Gl. in Cl. fi. ad verb. *postquam.* Ut lite pēd. vel si appellatū quidē est, sed appellatio fuit deserta, ex qua desertione cēletur non fuisse appellatum. & sententia transit in rem iudicatā. Cl. sicut, & Cl. si appellationem, de App. l. fi. §. illud, de Tēp. app. Si res iudicata facit titulū verum, quia pro veritate habetur. l. res iudicata, de Reg. iur. l. ingenium; de Sta. hom. P. Hic tamen nō prætermittā valde. notabile quod in sententia lata in causa beneficiis, respectu quidē eius contra quā fertur, facit ius & transit in rem iudicatam, si collitigator succubuit vel non appellauit, cū index declarauit beneficiū pertinere ad eum ad quę verē tamen non pertinet, & amplius non audietur post certū definitū tempus qui ius habebat de sententiā nō cōquestus, c. cū dilecti, de Ele. c. cū olim, de Dō. Attamē, si is, pro quo sententiā lata fu it,

fuit, in veritate cognoscat sibi beneficiū fuisse iniuste adiudicatum, nullo tempore potest illud beneficium salua conscientia sibi retinere, quia beneficiū sine canonica institutione possidesi non potest, c.i.de Reg. iur.in Sex.& sententia iudicis illi non dat ius, sed tantum declaravit ius beneficij ad eum pertinere, ca.forus, de Verb.sign.l.sicut,§.& si quidem. Si serui.vend.P. Neque institutio beneficij pertinet ad iudicem cognoscendum de titulis, sed ad Episcopum conferendum, c.cum & plantare, de P̄m.c.cum ex iniuncto, de H̄r. Quæ quidem vera sunt in foro conscientiæ, ratione cuius nullè possidere non potest iniuste detentum, sed non in foro contencioso, in quo tantum iudicatur de his quæ manifesta sunt, non de occultis. ca.i.Vt Eccl.benef.sine dim.conferan. & manifesta censentur in illo foro, quæ per sententiam iudicata sunt:c.f.de Cohab.cler. & mul.c.vestra,7.cod.titul. Excepit tamen Cosmas Guimier in Gl.ad §.i.de Pacif.posses.in verbo, triennio, in Pragm.sanct.casum, si is qui succubuit per viam denunciationis Euāgelicæ velit procedere, dicendo quod peccat tenendo beneficium sine titulo: quia tunc audiretur, per notata per Innocentium, ad c.ad auies,&c.mandatum, de Rescr.& ad c.quemadmodum, de Iureiur.Panor.ad c.ad audiētiā, de Rescr. Posset etiā iudex superior inquirere de titulo ex officio, contra eum qui obtinuit, non obstante sententia, quæ superiori non præjudicat.arg.c.constitutus,&c.oblatis,de Appel.c.cum olim, de Dol.& contu. facit expressè textus c.ordinarij, de Off.ord,in Sex.Docet id ē Guimier ad §.ordinarij,ad ver.inquirart. de Pacif.pos.in Prag.sanct. quomodo sententia sit ferenda in beneficiorum lice, & rescribunt Doctores annotare ad cap.mandatum, de Rescript.

INSTITIONES NOVAE

Rescript. quod si reus fatetur defectum iuris sui, & stat in meritis & puris terminis defensionis, & actor nihil probat de suo titulo, iudex absoluere reū tantum à petitione, quia auctore non probante reus absolvitur: l. auctor, de Prob. C. nec contra auctorem pronunciabit pro eo qui nihil petiit, quia alius iudex quā Papa vel alius. cui supra sit iurisdictio, non potest ultra petitionem libelli iudicare cum libello ordinarius conformem debeat dare sententiam: c. licet, de Simo. l. vt fundus, Commun. diu. P. l. fin. de Fideicomissa. liber. videnda decis. Rotæ 120. incip. auctore nihil probante, in Nouis. Si tamen reus petierit pronunciari securidum suum titulum & declarari suam institutionem canonicam sicut auctor: & constet iudici de nullitate tituli, vel institutionis utriusque litigantis, auctoris & rei, non debet iudex simul utrumque absoluere à petitione reciproca & relinquere possidentem in possessione: sed debet pronunciare utramque institutionem invalidam, & excludere utrumque à beneficio. Sicque intelligi debet, cap. cū super, de causa possessionis & proprie. Si tamen in lite facta fuisset semiplena probatio per alterū ex litigantibus, vel per utrumque, sufficiet absoluere utrumque à petitione alterutrius, quia uterque in illa mutua petitione confirmationis sui tituli est auctor. cap. ex literis, de Causa propriet. cap. licet, de Probation. compensatione facta expensarum utrinque factarum vel reum absoluere ab instantia auctoris si unus esset, auctor, alter reus, & si alter illorum possidet, non erit remouendus à possessione, quia pro possessore præsumitur etiam si nihil præstiterit. l. fin. de Rei vend. C. §. commiodum, de Inter. hæcque plenè discutiuntur

riuntur in decisi. Rotæ 15. incip. Si in causa beneficialis,
in Nouis.

Quod si neuter ex litigantibus possideat, & pe-
tant tamen sibi adjudicari beneficium, & uterque
seu alter illorum semiplenè probet, altero nihil pro-
bante, non est pro aliquo iudicandum, ex quo dubiè
& non plenè probatur, neque etiam erit locus de-
lationi iuramenti ad supplendam probationem, vt in
aliis forsitan rebus ex c. mulieri, & c. fin. de Iure iuran.
cap. vltimo, de Proba. quia in beneficiis agitur de ti-
tulo canonico vt possideri possint, cap. i. de Reg. iur.
qui titulus nec à iudice, neque à fide iurantis pen-
dere potest: & hæc quando agitur de sententia fe-
renda super pleno possessorio obtinenda.

Nam in simplici possessione momentanea obti-
nenda, si agatur de adipiscendæ interdicto, suffi-
ceret probare titulum quamvis non plenè, sed in
apparentia validum, vt dixi ex l. 2. & l. f. C. de Edict.
diui Adria. tolle. possent tamen obici exceptiones,
& defectus iuris, si in ipsa productione titulorum,
probationes essent ad manus, que & à proprietate
excluderent, vt notatur in c. i. & ad cap. ex literis, de
Restitutio. spoliat. l. 3. §. ibidem, Ad exhiben. Propo-
netur exemplum ex obiectione grauioris criminis
in c. accedens, de Accusat. cap. cùm olim, de Caus.
proprie. & possess. Et ita proculdubio receptum in
quæstione interdicti adipiscendæ, ab interpretibus;
non tamen conueniunt si actum sit interdicto recu-
perandæ, in quo fuisse quatuor sententias diuersas
eorum, refert Glossa in dicto c. in literis, de Resti-
tutio. spol. & ipsa eligit sententiam Innocentij. Gui-
mier vero, longa, subtili & utilissima in utramque
partem discussione, ad dictum §. ordinalij, ad

INSTITUTIONES NOVÆ

